**iesis LXXIII.** Civili potestati circa scholarem institutionem puerorum duplex cooperatio *ex officio* competit, altera *negativa*, quae in publica iurium, etiam personalium, tutela consistit, altera *positiva*, sed *externa* et *subsidiaria*, quatenus ad fundandas et sustentandas scholas necessarias socialis spontaneitas oneri impar publico succursu indigeat . . . . . 711
*Corollaria* . . . . . 714
3. Utrum et quatenus scholarum usus legali coactioni subiici possit? . . . . . 719
**esis LXXIV.** Scholaris institutio puerorum ab omni compellente interventu libera, in se considerata, eo quidem non immerito commendatur, quod iis, ad quos solos cura educationis iure pertinet, liberam sui iuris exercendi facultatem relinquit; in praxi tamen generatim gravi incommodo obnoxia est . . . . 720
**esis LXXV.** Obiective revera exstat aliquod ius efficaciter obligandi et hinc, quantum opus fuerit, compellendi pueros christianos ad subeundam institutionem singulis necessariam; verum hoc ius primario et tamquam proprium ad ecclesiasticam, secundario tantum et subsidii instar ad civilem auctoritatem pertinet . . 722

Pag.

**Thesis LXXVI.** Ubi de institutione et interna directione scholarum civilis auctoritas cum ecclesiastica sincere concordat. moderata aliqua legalis disciplina consentiente Ecclesia publice sancita, qua tota puerilis aetas ad usum scholarum efficaciter obligetur, practice omnimodae scholari libertati longe praeferenda est; ex inverso contrarium potius dicendum, ubicumque systema scholare coactivum, tamquam institutio exclusive civilis. illis condicionibus omnino caret . . . . . 724

*Corollaria* . . . . . 726

IV. De cura publica circa scientias et artes . . 727

1. Praeviae notiones . . . . . 727

2. Conclusiones: negativae — et positivae . . 731

*Scholium.* De necessitate harmonicae culturae animorum . 735

**Liber secundus.** Ius civile publicum externum seu ius internationale.

*Prologus* . . . . . 736

**Caput I.** De iure internationali in genere.

Articulus 1. De naturali exsistentia et obiectiva comprehensione iuris internationalis . . . . . 738

§ 1. Estne aliquod ius internationale vere naturale? . . 738

A. Opinio negans expenditur . . . . . 738

B. Sententia affirmans probatur . . . . . 743

**Thesis LXXVII.** Exstant officia et iura naturalia, quibus diversae societates civiles inter se moraliter et iuridice devinciuntur . . 743

§ 2. De officiis et iuribus gentium originariis . . . 745

A. Officia gentium originaria . . . . . 745

**Thesis LXXVIII.** Praeceptum naturale, quo individui hominis se invicem amare tenentur (cf. n. 49), pari modo ad societates civiles qua tales pertinet . . . . . 745

*Corollaria* . . . . . 746

B. Iura gentium originaria . . . . . 749

**Thesis LXXIX.** Omnis gens tamquam societas civilis constituta eo ipso ius habet personalitatis politicae, simul cum iuribus logice consectariis . . . . . 749

*Corollaria* . . . . . 749

§ 3. De iuribus gentium naturalibus acquisitis . . . 758

A. Praenotanda . . . . . 758

B. Titulus acquirendi dominium nationale iure naturae legitimus. — Eo pertinentia iuris naturalis principia 759

C. Ius naturae ex laesa iustitia commutativa contingenter ortum . . . . . 763

Articulus 2. De pactis internationalibus et foederibus . . . 763

§ 1. De natura et usu pacti internationalis . . . . 763

Pag.
§ 2. De essendi condicionibus pactorum internationalium . 766
A. De requisitis ad pactum validum . . . . 766
B. De solutione pactorum internationalium . . . 771
§ 3. De vi obligandi pactorum internationalium . . . 773
A. De vero pactitiae obligationis fundamento . . 773

**Thesis LXXX.** Quemadmodum vis perfecte seu iuridice obligandi, omni valido pacto insita, in solo iure naturae fundatur, ita nisi supponatur *ius naturae* tamquam suprema lex universi ordinis socialis omnes nationes *immediate iuridice obligans*, ipsi quoque *iuri positivo*, inter gentes liberas quocumque titulo communis consensus erecto, obiectivum vere obligandi fundamentum subtrahitur 776
*Scholium.* Indoles „moderni iuris", cuius libertas „evolutionis" eo magis augetur, quo magis a iure naturae emancipatur . . . . . 778
B. De accessoriis contractuum publicorum firmamentis . 780

**Caput II.** De iure internationali tempore belli.

Articulus 1. De bello in se spectato . . . . . 785
§ 1. De belli definitione ac divisione . . . . . 785
§ 2. Num bellum per se sit moraliter malum? . . . 788

**Thesis LXXXI.** Bellum in se consideratum naturaliter prohibitum censeri nequit . . . . . 788

Articulus 2. De legitimo belli usu . . . . . 791
§ 1. Condiciones ad bellum licitum requisitae . . . 791

**Thesis LXXXII.** Ad bellum licite suscipiendum haec triplex condicio requiritur: 1. Auctoritas supremae civilis potestatis, 2. causa iusta et necessaria, 3. intentio recta . . . . . 791
*Corollaria* . . . . . 793
*Scholium.* Nuperrima studia firmandi pacem internationalem aut certe minuendi frequentiam bellorum . . . 797
§ 2. De ipso modo bellum gerendi . . . . . 798
A. De belli initio . . . . . 798
B. De actione bellica . . . . . 799
C. De belli exitu . . . . . 802

**Thesis LXXXIII.** „Ultima" victoria post bellum etiam iustum nullum victori *novum* iuris titulum in hostem devictum parit, sed, superata iam iniusta resistentia, expeditam dumtaxat facultatem praebet sua iura aliunde fundata, ab hoste hactenus laesa vel detenta, cum aequa satisfactione efficaciter repetendi necnon in posterum, si opus sit, cautione muniendi . . . . . 804
*Corollaria* . . . . . 807
*Notanda ad solvendas difficultates* . . . . . 810
*Scholium.* Regulae christianae de bello secundum doctorem scholasticum *Victoria.* — Accedunt regulae „humanitatis", quas hodierna societas generatim a belligerentibus exigit;

Pag.

in specie huc referuntur „Actes de la conférence de Bruxelles 1874“ . . . . . 812

**Caput III.** De sociali problemate gentium.

Articulus 1. De obiectivo fundamento talis problematis . . . 814

§ 1. Ratio empirica . . . . . 814

A. Sensus fere communis peritorum . . . . . 814

B. Realis internationalis necessitas . . . . . 816

§. 2. Ratio philosophica seu idealis . . . . . 818

**Thesis LXXXIV.** Organica societatis humanae structura *secundum ideam et directionem naturae* nequaquam per solum numerum societatum civilium, cum aequali libertate et independentia sibi coexsistentium, sed ultimatim per earumdem universalem aliquam *socialem unitatem* terminatur . . . . . 818

*Corollaria* . . . . . 821

Articulus 2. De condicionata reali possibilitate societatis internationalis . . . . . 822

§ 1. Condicio naturalis . . . . . 822

§ 2. Condicio positive-providentialis . . . . . 824

§ 3. Aliqua consectaria . . . . . 827

Articulus 3. De partiali solutione problematis . . . . . 828

§ 1. Urgens necessitas . . . . . 828

§ 2. Consilia, quae a philosophia christiana in hoc negotio suggeruntur . . . . . 831

A. Primario consulitur . . . . . 831

B. Secundario consulitur . . . . . 833

*Scholium* . . . . . 837

---

## Emendanda.

Pag. 30 ad initium supple numerum 26.
Pag. 31 „de voto“ supple numerum 27.
Pag. 493 loco n. 501 lege: 510.
Pag. 590 sub finem notae, loco 4 Sent. dist. 4 etc. — lege: 4 Sent. dist. 14, q. 1 et 2.
Pag. 780 ad „I. Modus“ excidit n. 728.

# IUS NATURAE SPECIALE.

Pag.

in specie huc referuntur „Actes de la conférence de Bruxelles 1874“ . . . . . 812

**Caput III.** De sociali problemate gentium.

Articulus 1. De obiectivo fundamento talis problematis . . . 814

§ 1. Ratio empirica . . . . . 814

A. Sensus fere communis peritorum . . . . . 814

B. Realis internationalis necessitas . . . . . 816

§. 2. Ratio philosophica seu idealis . . . . . 818

**Thesis LXXXIV.** Organica societatis humanae structura *secundum ideam et directionem naturae* nequaquam per solum numerum societatum civilium, cum aequali libertate et independentia sibi coexsistentium, sed ultimatim per earumdem universalem aliquam *socialem unitatem* terminatur . . . . . 818

*Corollaria* . . . . . 821

Articulus 2. De condicionata reali possibilitate societatis internationalis . . . . . 822

§ 1. Condicio naturalis . . . . . 822

§ 2. Condicio positive-providentialis . . . . . 824

§ 3. Aliqua consectaria . . . . . 827

Articulus 3. De partiali solutione problematis . . . . . 828

§ 1. Urgens necessitas . . . . . 828

§ 2. Consilia, quae a philosophia christiana in hoc negotio suggeruntur . . . . . 831

A. Primario consulitur . . . . . 831

B. Secundario consulitur . . . . . 833

*Scholium* . . . . . 837

Emendanda.

Pag. 30 ad initium supple numerum 26.
Pag. 31 „de voto“ supple numerum 27.
Pag. 493 loco n. 501 lege: 510.
Pag. 599 sub finem notae, loco 4 Sent. dist. 4 etc. — lege: 4 Sent. dist. 14, q. 1 et 2.
Pag. 780 ad „I. Modus“ exeidit n. 728.

# IUS NATURAE SPECIALE.

# Prooemium.

1. A generalibus morum ac iuris principiis, quae in prima parte huius tractatus delineata atque stabilita sunt, iam ad eorum usum theoretico-practicum applicationemque convertimur. Et vero quoniam illa omnia demum ad legis naturalis summam reducuntur, erit haec ipsa nobis in tota hac disquisitione instar fecundissimae Maioris alicuius syllogismi, cui si aliae atque aliae successive Minores substituuntur, infinita particularium conclusionum varietas oritur, quarum singulae specialem aliquam vel agendi vel iuris asserendi regulam continent. Itaque vel expresse vel tacite supposita generali legis naturalis norma in prosequendis et apte assumendis illis praemissis Minoribus indeque ducendis conclusionibus totum fere huius partis propositum consistit. In hunc finem speciales hominis humanaeque activitatis relationes ex ordine respiciendae erunt, tum quae in individua hominis natura fundantur, tum quae eidem secundum varios sociales nexus conveniunt. Hos ipsos dein iterum secundum varios gradus, quos in sociali organismo totius generis occupant, consideremus oportet. Ita denique fiet, ut, quantum philosophiae concessum est, totius ordinis moralis specialia lineamenta cum praecipuis suis elementis tum ethicis tum iuridicis non perlustrare modo sed et rationibus philosophicis communire possimus, praesertim cum eadem ut plurimum divina revelatione atque christiana institutione iam praesignata habeamus. Pro nostro proposito tamen non vacat omnibus et singulis considerandis officiis et iuribus, etsi per se philosophiae obnoxiis, explicite immorari, quod prope infinitum est, sed ad ea potius sobrie restringimur, quae vel plurimorum aliorum quasi conspectum praebent, vel peculiare practicum momentum sive per se sive per adiuncta aetatis nostrae prae se ferunt.

2. Ita limitatum universum huius partis argumentum, secundum humanarum relationum *primaria fundamenta* distributum, his *tribus sectionibus* ambitu inaequalibus comprehenditur:

**Sectio prima.** Ius individuale seu absolutum.

*Liber unicus.* De officiis et iuribus hominis absolute spectati.

**Sectio secunda.** Ius sociale privatum, seu de officiis et iuribus, quae in nexibus socialibus privatis fundantur.

*Liber I.* Ius domesticum.

*Liber II.* De iure proprietatis seu dominii rerum.

**Sectio tertia.** Ius sociale publicum.

*Liber I.* Ius civile publicum internum.

*Liber II.* Ius civile publicum externum seu ius internationale.

---

# Sectio prima.

## Ius individuale seu absolutum.

---

## Liber unicus.

### *De officiis et iuribus hominis absolute spectati.*

### Prologus.

3. Homo secundum individualem etiam naturam consideratus, quemadmodum *rationalis,* ita essentialiter *socialis* est, immo ab ipsa nativitate numquam non in concreta societate vivit. Nefas propterea videri possit ius humanum absolutum a iure *sociali* distinguere et de illo separatim agere velle. Et vere quidem, si ita de eo agere „absolute" quis instituat, ut more pseudophilosophorum saeculi XVIII ab hominis statu quodam plane extra- vel antisociali, quem naturalem et originarium scilicet appellabant, mentis cogitatione proficiscendo, naturam humanam ipsa sua socialitate exuere vel ab ea per abstractionem arbitrariam penitus praescindere praesumat. Id enim esset non naturam humanam consulere, sed eam mutilare, non verum hominem, sed inane figmentum sibi considerandum proponere. At vero neque iis assentiendum est, qui, verum omnis societatis finem ignorantes et personali hominis dignitati plus aequo detrahentes, in subiecto humano *prius fere civem quam hominem agnoscere* videntur, et eius, sin minus officia mere ethica, certe iura iurisque officia perfecta nonnisi consequenter ad societatem civilem, immo ex eius solum institutis derivari posse existimant[1]. Itaque ut errori tam pernicioso ipso facto

---

[1] Ceterum haec de methodo controversia illi analoga est, quam „schola historica" sub medium saeculum XIX suscitavit contra communem Scholae doctrinam *de exsistentia iuris naturalis proprie dicti,* i. e. per se et antecedenter

obnitamur, non dubitamus exemplo Veterum in hominis pri *absolute spectati* officia et iura inquirere, ea videlicet, quae utut in societate concreta exsistenti, minime tamen ut memb familiae vel civitatis vel alterius cuiuscumque particularis s tatis, sed solum *ut individuum humanum est,* naturaliter venire probantur; individuum humanum dico, i. e. naturae manae secundum *totam* eius integritatem particeps, proinde n socialitatis neque communium socialium relationum ad genu ad alios homines coexistentes saltem ut possibiles expers.

Sic igitur spectatus homo eiusque activitas *triplici* relat *ad Deum, ad se ipsum,* et *ad proximum* suapte natura obst gitur, quarum unaquaeque peculiare legis naturalis applica fundamentum praebet.

## Caput I.

### De officiis hominis erga Deum.

4. Sensu aliquo latiore omnia hominis officia ad officia Deum reduci possunt; alia enim obligatio, nisi quae ultimati voluntate supremi legislatoris Dei emanaverit, exsistere ne Strictius autem ea tantum officia huc recensentur, quae I directe respiciunt et quae in relatione hominis ad Deum im diate fundantur. Eadem primarium et arctissimum morale culum constituunt, quo homo Deo obstringitur, et propterea q per excellentiam communi *religionis* nomine comprehendi sol

### Articulus 1.

*De religione generatim*[1].

#### § 1. De obiectivo religionis conceptu.

5. „Religio", ut ait *S. Thomas,* „proprie importat ordinem Deum. Ipse enim est, cui principaliter alligari debemus tam

---

ad ius positivum validi (vide P. I, n. 549—567). Hinc est, quod ipse F. W ceteroquin inter scriptores catholicos optime meritus, *sub influxu eiusdem „sc historicae"* sollicite monendum esse putaverit: Es ist „irrig, wenn man von Untersuchung der Urrechte des Menschen ausgeht und ihn mit denselben Staate gewissermassen gegenüberstellt. Da der Mensch thatsächlich ausse des Staates nicht ist und nicht sein kann, so darf ihn die philosophische Re lehre auch nur in und mit dem Staate nehmen" (Naturrecht und Politik [ 1871] § 5; cf. § 8 sqq.).

[1] De toto hoc argumento inter alios cf. *M. Gatti* O. P., Institutiones getico-polemicae de veritate et divinitate religionis. Romae 1866. *Gu*

icienti principio; ad quem etiam nostra electio assidue dirigi
ıt in ultimum finem."[1] Sicut autem ordo ad Deum funda-
ali q am veritatum summa consistit, quibus relatio nostra
D ui exhibetur et e quibus conclusiones practicae
ıam of giosa derivantur, ita et religio complete sumpta
l c i etiam illas veritates continere censenda est, et
ito initur: **Complexus veritatum, quae hominis ad Deum**
es t, et officiorum, quae inde derivantur. — Unde

6. *Distinguitur* religio:

1. *obiectiva* et *subiectiva,* prout illae veritates et obligationes
e vel in *homine* eas cognoscente et vitam ex illis dirigente
ıtur; unde religio *subiectiva* recte in Dei cognitione et
cultu reponitur[2];

2. *theoretica* et *practica,* quatenus primum vel alterum mo-
n m constituens (veritates vel obligationes religiosae) seorsim
ur;

3. *r* is et *positiva* (supernaturalis revelata). Illa veri-
et ciis, quae ex Dei hominisque natura necessario fluunt
et ra lu cognosci possunt, constituitur; haec vero factum

---

*Wilmers* S. J., De religione revelata (1897), Proleg. et lib. I, cap. 1 et 2. *Ign. Ottiger* S. J., Theologia fundamentalis (1897) vol. I.

[1] S. theol. 2, 2, q. 81, a. 1. — Eodem in loco s. Doctor recenset varios modos, quibus vox religionis etymologice derivari posse videatur, quin ex iis unum prae aliis explicite praeferat. Primus est *Ciceronis*, qui illam a „relegere" (iterum iterumque perpendere) derivat, dicens (De nat. deor. l. 2, c. 28): „Qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinent, diligenter retractarent et tamquam relegerent, sunt dicti religiosi a *relegendo.*" Alter et tertius modus *S. Augustini,* qui (De vera religione c. 55, n. 111) eam derivat a „religare": „Religat nos religio uni omnipotenti Deo. Ad unum Deum tendentes et ei uni religantes animas nostras, unde religio dicta creditur, omni superstitione careamus"; alias a „reeligere", scil. Deum neglegenter amissum. Ita De Civ. Dei l. 10, c. 3: „Hunc (Deum) eligentes vel potius reeligentes — amiseramus enim neglegentes — hunc ergo reeligentes, unde et religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus, ut perveniendo quiescamus." Augustino quoad priorem derivandi modum iam *Lactantius* (Instit. IV, 28) praeierat: „Vinculo pietatis obstricti Deo religati sumus, unde ipsa religio nomen accepit." Haec triplex autem etymologia, ut apte observat S. Thomas, aequaliter insinuat „religionem proprie importare ordinem ad Deum".

[2] De *subiectiva* religione ita iam *Lactantius*, Instit. IV, 4: „Non potest nec religio a sapientia separari, nec sapientia a religione secerni: quia idem Deus est, qui et intellegi debet, quod est sapientiae, et honorari, quod est religionis. Sed sapientia praecedit, religio sequitur; quia prius est Deum scire, consequens colere."

supponit particulare, quo Deus libero suo decreto hominem de naturali religione uberius edocet, vel veritates humanae r. impervias et relationes novas per supernaturalem provide oeconomiam conditas, ut redemptoris, vocationis ad finem s naturalem etc., revelat, subsidia salutis extraordinaria largit cultum sibi exhibendum praescribit. — Ad philosophiam sol ligio naturalis per se et directe, altera autem indirecte ta et hypothetice pertinet.

## § 2. Natura et origo religionis secundum inve „modernae" scientiae.

7. Conceptus obiectivus religionis, quem secundum S. Tho et philosophiam scholasticam statuimus, genio „positivo", moderna scientia gloriatur, vel ideo absque ulteriore examine sufficere non potuit, quod partim veritatibus et conclusio ordinis metaphysici nititur. Propterea recentiore aetate non viri docti et amplis modernae scientiae subsidiis instructi a sitivam religionis notionem eruendam viam historicae et e logicae inquisitionis inierunt, scrutantes et conferentes cuncta iectivae religionis vestigia per singulas regiones et gentes, qu mentio historica et geographica exstat, in saeculorum decurs servata. Ita orta et assidue exculta nova illa scientia, cui n „Religionswissenschaft". Primum quidem prae ceteris natu sectatores hanc tamquam novum scientiae progressum saluta nova scilicet inde arma sperantes, quibus inseparabilem religionis cum natura humana efficacius negarent. Sed c accidit. Ad illustrandam potius veram originem religionis illa providente, haud mediocriter contribuit. Contemni fortasse tenus poterat notissimum illud Plutarchi[1] testimonium, quo „ab ullo umquam homine, qui terras obierit, visam esse u templis diisque destitutam, quae precibus, iureiurando, o non utatur, non bonorum causa sacrificet, non mala tere nitatur". Pronum erat responsum veteribus q ı plu gentes fuisse adhuc prorsus incognitas. At vero h pe tensa illa et assidua studia ethnologica antiquorum testi mirum in modum illustrata, completa et confirmata sunt, a testes in hac re auctoritate conspicui affirmare non dubitent, *hodie constare, numquam et nuspiam in his terris homine*

[1] Contra Coloten c. 31.

a quali ique religione vixisse[1]. Immo, „quod maioris aesti-
h , ex iisdem scientiae fontibus iam id quoque novimus,
gis utandi labor per successivas aetates redeundo gen-
humanae culturae primordiis appropinquaverit, eo purioris
nis vestigia reperiri et ubique monotheismum varias formas
polytheismi tum pantheismi praecessisse, has vero tamquam
corruptelas paulatim invaluisse. Id v. g. de antiquissimo
Indorum, necnon Persarum, Assyriorum, Babyloniorum,
Aegyptiorum ex monumentis certo concludere licet[2].

Hinc autem via satis aperta erat, qua scientia sincero veri-
studio dedita facile ad veram quoque religionis *originem*
que eius *obiectivum conceptum* cognoscendum pervenire posset.
ea de re divinitus revelata documenta nobis non suppe-
, factum universale religionis ethnologice consideratum, non
rationabiliter conclusionem admitteret, nisi veram et origi-
*radicem* religionis ipsam esse *ideam Dei* homini a prin-
generis naturaliter cognitam simul cum omnimoda sui ab
premo dominio dependentia. Et haec quidem *naturalis*
, quae omni creaturae rationali fere a primo rationis usu
iis est, non tollitur, sed *supponitur*, si illi insuper, ut fide

---

[1] Cf. *C. Gutberlet*, Lehrbuch der Apologetik I (Münster i. W. 1888), 35 sqq., ubi complura gravissima testimonia de hac re notata reperimus. Ita inter alios viros in excolenda nova hac scientia conspicuos *Tiele*, Anglus, (Outlines p. 6) asserit: „Kein Stamm, kein Volk ist bis jetzt gefunden worden, ohne einen Glauben an höhere Wesen, und Reisende, die dies behaupteten, sind später durch Thatsachen widerlegt worden. Es ist deshalb vollkommen erlaubt, die Religion in ihrer allgemeinsten Bedeutung ein Universalphänomen der Menschheit zu nennen.“ *O. Peschel* (Völkerkunde [ed. 6, 1885] p. 273): „Die Frage, ob irgendwo auf Erden ein Volksstamm ohne religiöse Anregungen und Vorstellungen angetroffen worden sei, darf entschieden verneint werden.“ Similiter *Max Müller* (Ursprung und Entwickluug der Religion p. 88): „Man wunderte sich früher, dass schwarze Menschen überhaupt so etwas wie Moralität oder Religion besitzen könnten. Wir haben anders zu urtheilen gelernt, dank hauptsächlich den Missionären, die ihr ganzes Leben unter den Wilden verlebt, ihre Sprache gelernt, ihr Vertrauen gewonnen haben, und die, wenn sie auch ihre eigenen Vorurtheile haben, doch im ganzen den guten Elementen im Charakter der Wilden volle Gerechtigkeit angedeihen lassen. Wir können jetzt sicher behaupten, dass trotz aller Nachforschungen keine menschlichen Wesen irgendwo gefunden worden sind, die nicht etwas besassen, was ihnen als Religion galt.“

[2] Cf. *Chr. Pesch* S. J., Der Gottesbegriff in den heidnischen Religionen des Alterthums, Frib. 1886; Der Gottesbegriff in den heidnischen Religionen der Neuzeit, 1888; Gott und Götter, 1890. *Gutberlet* l. c. § 7, p. 68 sqq.

novimus, *supernaturale* augmentum cognitionis Dei, necnon maeva aliqua circa Dei cultum institutio divinitus accessit. I quoque vestigia in quibusdam formis divini cultus fere univ liter traditis et apud plurimas gentes ceterum diversissimas muniter usitatis, v. g. in ritu sacrificiorum, apparent.

Interim autem fere omnes, quotquot a christiana ve recentiore aetate defecerunt philosophi, ad omnia potius a dissima effugia se convertunt, quam ut obviam lucidamque tatem agnoscant[1]. Et si quidem singuli fere a principiis „philosophiae" procedere solent, fere tot falsa figmenta cir gionis conceptum et originem exstant, quot variae cl p sophiae „emancipatae" distingui possunt, non exceptis a et materialismo. Quae singula vel obiter percurrere cum lo sit neque ad rem necessarium, aliqua eorum *capita gene* et multis communia hic notasse sufficiet.

Initium sumimus a rationalismo critico *Kantii,* quam ipse specialem religionis conceptum potius radicaliter e n tollere quam in falsum convertere dicendus est. Secundum doctrinam[2] vulgaris rationalismus omnem *specialem Dei* qui generali *morum honestati* superaddatur, aut tamquam r contrarium reiicit, aut saltem tamquam philosopho super contemnit. Hinc late propagatus „indifferentismus".

Deinceps autem plerique suum religionis conceptum in busdam *animi sensis,* quae religiosa vocant, reponere coepe verum pro varia cuiusque philosophica indole de his phaeno psychologicis varii varie philosophari solent.

---

[1] „Mit einem solchen [dem wahren] Begriff von Religion wäre na jene freie Moral, jene Gleichgiltigkeit gegen die Wahrheit, welche die Si des modernen Lebens bildet, nicht vereinbarlich. Man hat deshalb, um ‚irreligiös' werden zu müssen, das Wort [Religion] aus seiner hergebr Bedeutung herausgehoben, man hat sich daran gewöhnt, den Affect de wendung zu irgend etwas Göttlichem oder auch nur Uebersinnlichem als p logische Thatsache zu fassen, und dann mit einem fabelhaften Aufwan Scharfsinn sich die Aufgabe gestellt, dem von der Erkenntniss eines p lichen, überweltlichen Gottes abgelösten Gewächs eine andere Wurzel zuphilosophiren" (*Tilm. Pesch* S. J., Die grossen Welträthsel II [ed. 2],

[2] „Ich nehme folgenden Satz als einen keines Beweises benöt Grundsatz an: Alles was ausser dem guten Lebenswandel der thun zu können vermeint, um Gott wohlgefällig zu werden, ist bl r gionswahn und Afterdienst Gottes" (Die Religion innerhalb der Gr Vernunft. Werke, Ausgabe *Hartenstein,* VI, 353).

adhuc theismum aliquo modo profitentur, tametsi aliunde
ıo imbutum, religionem agnoscunt in *vago quodam et*
*ıro affectionum instinctu,* quo animus quasi numine afflatus
ı se et terrena elevari se sentiat et independenter a functio-
intellectualibus aut notionibus dogmaticis numini se unitum
tur. Praecipuus dux huius opinionis fuit *Schleiermacher*
1768—1834), theologiae protestanticae doctor, omnem religionem
l (caecum) „sensum dependentiae hominis ab infinito“.
in n religionem christianam indifferentismus dogmaticus (!)
ıs . Huic spiritui cognata est schola „pietistica“ in sinu
ın ıi.

In eadem religione „sentimentalitatis“ generatim etiam pan-
i complacent, eam vero, si verborum ambages detrahas,
pantheisticam *hominis* apotheosin et *adorationem sui ipsius*
t. Secundum *Hegel* religio est libertas resultans ex sui
ia spiritus absoluti in homine.

P ıuam *Aug. Comte,* fundator „positivismi“ qua systematis,
m religionem proprie in solo *cultu hominis,* in singulorum de-
voti erga *totalitatem humanitatis,* consistere finxit, recentiores
oni positivismi seu empirici naturalismi iterum aliter atque
r sibi conceptum religionis formare conantur. In eo fere
eniunt, quod religiosi sensus et cultus phaenomena immemo-
assuetudine in genus humanum inducta esse supponunt, cuius
rei quisque suo modo in homine aliquam *causalem* dispositionem
psychologicam assignari posse existimat. Secundum *Herbert Spencer*
sensus religiosus in homine ex aliqua scepsi oritur: est nempe
quoddam indefinitum, obscurum desiderium [„ein unbestimmter,
schwärmerischer Drang“], quod in eo fundatur, quod *omnibus*
*existentia mundi mysterium est* (!) iugiter revelari postulans. Unde
illico in omne feruntur, quod aliquo modo speciem habere videtur
tantilli luminis illud transcendentis. Similiter *Darwin* ad „agno-
sticismum“ recurrens. *John Tyndall* putat per religionem satis-
fieri illi psychologicae necessitati, quae homini insita sit, sphaeram
cognitionum sibi datam aliquo modo ope fictionis poeticae trans-
grediendi. *John Stuart Mill,* qui in religione vix aliud considerat
nisi utilitatem, praesertim socialem, religionem definit „intensam et
in se collectam affectuum votorumque directionem in obiectum ali-
quod ideale, quod tamquam *summa* perfectio aestimatur, et supra
omnes egoisticos fines elevata“. Nihilominus et ipse religionem
ut phaenomenon psychologicum considerat, phantasiae operatio-

nibus obnoxium. *Feuerbach,* ex pantheista factus materia germina religionis etiam in animalibus reperit, quae sint ducta materiae. In homine religionem apparere i ar qui per scientiam debellandus sit; egoistice suis ( requisitionibus satisfactionem quaerere, quae si non ex a nec esse cur religio exsisteret. — Quibus accedunt com aliorum similis valoris deliria[1].

Inter eos denique, qui tamquam interpretes „modern sophiae" in praesentia potissimum innotuerunt, hic quoque nandus videtur *Fr. Paulsen,* professor berolinensis, qui diserte q „*idealisticum monismum*" profitetur, nihilominus vero cum a praedilectione de religione agere videtur. Ipsi quoque non in scientia, sed in animorum sensu et fidei instinctu radi „Man kann die Religion allgemein als den Glauben an eine t scendente Welt erklären. Sie entspringt überall aus ei l pfindung des Ungenügens der empirisch gegebenen Wirklichl ."[2] Propterea praeter scientiam etiam religionem homini nec esse agnoscit, eamque illi eatenus pacifice coexsistere p q tenus in sua sphaera se contineat. „Es bleibt der Religion ( Aufgabe, den Sinn der Dinge nicht mit Begriffen für d V aber mit heiligen Sinnbildern für das Gemüth zu deu ." (!)[3]

Universis istis erroribus, per quos religio omni *obi* *tate* exuitur et fere somnii illusionibus psychologice s plus minusve utilibus assimilatur, directe opponitur an et indelebilis *veritas philosophica: exsistere religionem vere obiectivam.* Quod dum pro omni sana philosophia aggredimur, non tam singulos illos errores quam commu *fontes:* multiformem atheismum, materialismum, positiv pantheismum, adversarios habemus. Verum ad hos, aliunde ( tissimis argumentis confixos, iterum explicite confutandos d dere hoc loco nobis propositum esse nequit. Ad suam pot quique peremptoriam crisin ex invictis philosophiae princi re mittendi sunt. Quapropter de religione cum iis, qui neq

---

[1] De recensitis et compluribus aliis erroribus fusius agunt: *C. G* *rlst* Lehrbuch der Apologetik I, 7 sqq. *Tilm. Pesch* S. J., Die grossen W II (ed. 2), 491—554. Cf. *Cathrein* S. J., Moralphilosophie II (ed. 3), 27

[2] System der Ethik (Berlin 1889) p. 325.

[3] Einleitung in die Philosophie (Berlin 1892) p. 10 sq. (Criticas animad versiones in hoc opus vide apud: *Gutberlet,* Philosophisches Jahrbuch VI [1893] 189 sq. 263 sqq. 382 sqq.).

ı Dei personalis neque animae immortalitatem admittunt, ) ( utare supersedemus. Multo minus cynicus nihilismus eligic s moralis a *Nietzsche* denique inventus ullatenus me- in quo hic utiliter immoremur.

## §3. De exsistentia religionis naturalis obiectivae.

§. T is I. **Exstat religio naturalis obiectiva, non solum e practica; immo officia religionis ceteris el t.**

Praenotanda. Termini in propositione usurpati secundum tionem et explicationem § 1 praemissam accipiuntur. Thesis ut liquet, *duplicem* praecipue assertionem continet, singil- aminandam.

**Probatur pars 1.** Ut vere exsistere obiectiva religio natu- r tum theoretica tum practica comprobetur, requiritur et suf- disse, 1. esse aliquam summam veritatum, naturali is lumine cognitam, quibus hominis ad Deum relatio physica moralis perhibeatur; 2. secundum hanc relationem specialia q dam hominis officia erga Deum a lege naturali deduci. *Atqui* de utroque certo constat.

Prob. min. ad 1. Huc imprimis pertinent quae de Deo infinite perfecto eiusque relatione ad mundum creatum universim et ad creaturam rationalem in specie tum in Theologia naturali tum in Cosmologia et Psychologia philosophice demonstrantur, et quibus Deum novimus tamquam rerum omnium principium et finem, tamquam benevolentissimum creatorem, absolutum et omnipotentem dominum, gubernatorem, provisorem, ordinatorem, legislatorem, infinite sapientem, benignum, iustum et sanctum, tamquam hominis ipsius denique supremum bonum et beatificum finem. His omnibus autem *multiplex et omnimoda hominis a Deo dependentia physica et moralis* enuntiatur. Et vero is dependet a Deo ut ens contingens ab ente necessario, ut creatum a creatore, ut intellegens ab intellegentia et veritate absoluta, ut voluntate praeditum ab infinito bono et fine ultimo, ut liberum a supremo legislatore, remuneratore ac vindice.

Prob. min. ad 2. Rectus naturae ordo, quem lex naturalis servandum praecipit, omnino exigit, ut easdem hominis relationes ad Deum, quas ratio nostra ut essentiales cognoscit,

*voluntas* quoque ut tales *libere et sincere agnoscat*[1]. Atqui exigentia commonstrat veras hominis obligationes *religiosas* Deum ex lege naturali oriundas. Ergo.

Prob. min. subsumpta. Praedictas relationes *libere cere* agnoscere per se aliud non est, quam voluntatis ı elicitis, immo et imperatis, ubicumque saltem veritas et sin ipsorum actuum elicitorum hos postulat, multiplicem i ı excellentiam absolutam hominisque absolutam dependen indigentiam ad minimum interius *profiteri,* adeoque Dei *r colere,* tum adorando, tum gratum animum, fiduciam, promptum voluntatis obsequium exhibendo. *Ergo* eo ipso, ( voluntas ad liberam et sinceram agnitionem illarum relatioı per legem naturalem obligatur, etiam *specialibus religiosis o Deo obstringitur.*

**Probatur pars 2.** Antecellere ceteris omnibus sane ea ( dicenda sunt, quae in homine 1. spectato *ordine relati* in quibus fundantur, prima sunt, 2. ratione *dignitatis et nece* reliquis omnibus praestant. *Atqui* utrumque de officiis rel' facile ostenditur. Ergo.

Prob. min. ad 1. Quaecumque alterius ordinis officia, immo illa etiam, quae homini secundum respectum identitatis, quo cum semet ipso comparatur, conveniunt, in relationibus fundantur, quae saltem hominis realitatem et exsistentiam subaudiunt. At relatio absolutae nostrae dependentiae a Deo tum physicae tum moralis in ipsa *notione naturae nostrae* ut realiter constitutae *immediate* continetur. Praeterea nonnisi intuitu primariae huius et primitivae relationis, qua *homo Deo ut legislatori subicitur,* e ceteris etiam relationibus vera et perfecta moralia officia derivari possunt (cf. P. I, n. 292).

Prob. min. ad 2. Quod si ordo *dignitatis* et *necessitatis* consideratur, eo certe potiora officia intelleguntur, quo magis immediate et formaliter finem ipsum supremum respiciunt, secundum quem omnis demum moralis ordo mensuratur; hac ipsa autem praerogativa prae omnibus religiosa officia distinguuntur[2].

---

[1] Ita iam Cicero concludit: „At est eorum [deorum] eximia quaedam praestansque natura, ut ea debeat ipsa per se ad se colendam elicere sapientem" (De nat. deor. l. 1, c. 41).

[2] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 81, a. 6.

**Corollaria.**

I. Omnis religio, etiam naturalis, determinato veritatis fun-
, quod eius partem theoreticam constituat, nitatur oportet.
opt i ı religionis notionem adulterant quicumque eam
p ı animi sensibilitatem vel ad obscurum psycho-
ıomenon absque ullo intellectuali fundamento reduci
ar ur. Et si quidem horum philosophia a solis fere
e factis" proficisci gloriatur, discant saltem ex *uni-*
eiusmodi facti psychologici, quod, utcumque sub variis
se manifestat, cunctis tamen gentibus commune et con-
i agnoscere coguntur — discant, inquam, illius origi-
r *universalem* et homini rationali *propriam,* nimirum
fortuitam assuetudinem nec caecum instinctum, sed ipsam
nem esse omnibus *naturam rationalem,* legis naturalis prae-
, cuius vox denuntians homini omnimodam suam a Deo
domino et legislatore dependentiam, a nemine, qui ra-
utitur, penitus ignorari potest.

II. Theoreticam autem religionem, ut ostensum est, non minus determinata officia practica consequuntur, a ceteris officiis moralibus ratione obiecti formalis *specie distincta,* sed *eadem lege naturali praecepta.* Quapropter, qui excluso omni „dogmatismo" quem vocant, nullum religionis exercitium rationi congruum, nisi quod in praxi honestatis morum consistat, agnoscunt, ipsum ordinem moralem, quem revereri praetendunt, impie potius mutilare eiusque partem essentialem vel neglegere vel repudiare convincuntur. — Hinc facile colligitur, quanti facienda sit illa vitae probitas, illa civilis virtus et fidelitas, qua vel ipsi athei aliique religionis contemptores gloriari audent, dum primis legis naturalis praeceptis non obtemperant — humana iura constanter et fideliter servaturi, si superis placet, postquam iura divina impie conculcarunt[1].

---

[1] In aliquo opusculo politico, quod iam 1847 in Germania paruit auctore *v. Sybel:* Die politischen Parteien im Rheinland (Düsseldorf), legitur p. 86: ‚Das Wahre ist, dass jede positive oder negative Ansicht über Religion mit der Politik unmittelbar nicht näher zusammenhängt, als die verschiedenen Systeme der Chemie mit der geschichtlichen Wissenschaft der Malerschulen. Das einzige Medium, wodurch sie eine nähere Verwandtschaft nachweisen möchten, der Einfluss auf die *Sittlichkeit,* ist durch die Erfahrung hinreichend widerlegt. *Ein orthodoxer Atheist kann ein ebenso tugendhafter oder nichtswürdiger Mensch sein, wie der rechtgläubigste Katholik oder Protestant.*" — Utrum hic vir post

III. Ideo inter absurdissimas simul et reipublicae pe
sissimas inventiones modernae impietatis merito numerand
opinio, primum quidem ex Kantiana „autonomia rationis“ h
mox deinde instar criterii altioris culturae[1] incautis me
assidue propinata, qua negatur *omnis internus et necessarius*
*inter ethicam et religionem*. Accedit quod haec „ethica
pendens“ (la morale indépendante) hac aetate systematice
et tamquam principium paedagogicum commendari coepit,
accommodatum scilicet futurae quam parant societati *atheae*
ideam humanitatis vel supra fundamenta „scientiae“ Darw
Spencerii demum feliciter erigendae. Novum sane, videre
non paucos „philosophos“ singulari studio de ethica disse
et volumina conscribentes non alio consilio, quam ut, s
possit, scientiam ethicam Dei nesciam construant, quae
modo sufficiens vitae socialis firmamentum morale citra o
religionem suppeditare queat. At vero, quocumque se ve
id frustra attentant, quia etiam nunc verum manet: „Dix
*sipiens* in corde suo: Non est Deus“ (Ps. 52). — Universus
que *ordo moralis* essentialiter et logica necessitate *relat*
*creaturae rationalis ad Deum* supponit, immo totus *in*
adeo ut, si ab illa per absurdum abstrahitur, omni p
vi et efficacia morali privetur necesse sit. Un m
*rationis* circa ideas morales et practica dic ni i luc

plures et recentiores experientias hodie adhuc, si viveret, idem tam
asseveraturus esset, merito dubitare licet.

[1] Quam late hic error ab ineunte hoc saeculo mentes ceteroquin no
occupaverit, vel inde apparet, quod ipse *M. Guizot* qua professor histo
universitate parisiensi anno 1828 ita suos auditores alloqui potuerit:
[illegible] qui ont fait des études philosophiques un peu éte
[illegible] évident aujourd'hui que la morale existe indépendam
[illegible] que la distinction du bien et du mal moral, l'obligat
[illegible] de faire le bien, sont des lois que l'homme reconnaît dans sa
[illegible] que les lois de la logique, et qui ont en lui leur p
[illegible] actuelle leur application“ (Cours d'histoire moderne
[illegible] *Humboldt*: „Weder dasjenige, was die
[illegible] was ihren Gesetzen gleichsam di
[illegible] den Willen leiht, ist von Religionsid
[illegible] die Grenzen der Wirksamkeit des
[illegible] Henrique D. Thulien, actu professor
[illegible] „Was
[illegible]
[illegible]

:tori nisi per suam relationem ad *rationem absolutam* Dei, ɔ illi vis humanam voluntatem vere *obligandi,* nisi per *Dei t s* vocem, quam ipsa denuntiat? (Vide P. I, n. 181 sqq. ɟ.)

IV. sane religio ad socialis vitae stabilitatem, felicitatem plane necessaria, quapropter, ut iam gentilis philosophia it, „omnis humanae societatis fundamentum convellit qui io n convellit“ [1]; minime tamen iis assentiendum, qui ex tantum capite, ex sola videlicet hominum sociali relatione, n a proprio suo principio religionis obligationem et officia ei . per se spectata derivare videntur. Non enim pro sola utorum multitudine in favorem imperantium, quo facilius regi , sed pro singulis hominibus, summis et infimis, philosophis rudibus, haec officia tamquam *absolute humana* exstant.

V. In ordine etiam naturali vera religio a spuria merito distinguitur. Quemadmodum enim veritas nostrae relationis ad Deum nonnisi una esse potest, et contrariam falsitatem excludit, ita et *vera religio per se una est,* tametsi spectata sola lege naturae, in suis applicationibus et formis accidentalibus, varia esse possit.

VI. Genuina religio speciatim a superstitione longe discrepat, quippe quae semper quaedam *aberratio est a vera religione,* sive ratione *obiecti* quod colitur, sive ratione *modi.* Idem fere dicendum de religioso *fanatismo,* in quem religio subiectiva degenerare potest, ubi mens ignorantia vel passionibus obcaecata pro variis religiosis officiis imaginationis deliria sectatur.

## Notanda ad solvendas difficultates.

10. 1. „Deo non exhibetur aliquid propter eius utilitatem, sed propter eius gloriam, nostram autem utilitatem“, ut apte monet *S. Thomas* [2]. Et vero obsequium religionis Deo praestandum ne in Dei indigentia neque in anthropomorphismo circa res inas fundatur, quasi Deum, quemadmodum exprobrant ratio- e, instar humani principis habeamus, qui supplicationibus, ılis et voluntariis oblationibus flecti et conciliari debeat; – l plane *vi rationalis ordinis* praecipitur, cuius veneratione et ɔura licet observatione iidem obtrectatores gloriantur.

2. Non minus inani praetextu impii ad infinitam creaturae ı creatore distantiam confugiunt, ut a praecepto religionis se

[1] *Plato,* De leg. l. 10. [2] S. theol. 2, 2, q. 81, a. 6.

emancipare conentur. Quamquam enim omnis Dei cultus ab ho
exhibitus imperfectus est, non ideo Deo indignum, sed pl
*qua sancto necessarium est* illum ab omni creatura rational
libertate praedita exigere.

3. Contra placita Kantiana in specie sufficit memin
quae ad confutandam doctrinam moralem Kantii, a I
et religione independentem, alibi (P. I, n. 170. 253 sqq.)
sunt. Nequaquam enim solum a praestituta l i ut
obligante ad Dei exsistentiam et religiosam r tion d
quasi fortuito cognoscendam progredimur, sed *relatio n*
*Deum omnis perfectae obligationis moralis essentialis et p*
*dicio est.*

4. In thesi minime asseritur, ad religionem, ubi in
rationali recipitur, nullo modo etiam pios affectus et r
animi sensa pertinere. Ex vivida namque perceptione
suasae mentis contemplatione religiosarum veritatum illico
grua quoque sensa in animo oriri generatim loquen ch
necessarium est; quae consequenter et volun
afficiant oportet, tum ad actus officiis religiosis co
citando, tum eosdem reddendo intensiores et perf i
denique habitualem erga Deum piam voluntatis
nutriendo et conservando. Id tantum n tur, in li
in se spectatis et a certo veritatum f utis i
proprie religionem consistere.

## § 4. De religionis revelatae possibilitate.

11. *Religionis revelatae* seu *positivae* nomine intell tur
plexus veritatum et officiorum, supernaturaliter, i. e.
a naturali rationis lumine diversam divinitus manifestat I
*revelatio divina* obiective sumpta significat; subiective s
ipso actu accepta est alicuius veritatis incognitae vel
positivi externa manifestatio, aut veritatis partim iam c
naturalisve praecepti clarior explicatio homini a Deo
immediate facta. Eam realiter exsistere apologetica ch
demonstrat, neque etiam a sana philosophia ignorari
Nihilominus recentiorum temporum increduli, ii praesertim,
deismo vel naturalismo addicti sunt, alii generatim omnem su
naturalem Dei manifestationem a priori philosophiae nomine
cludere praetendunt, unam tantum Dei manifestationem, q
pariter „revelationem“ vocare solent, eamque naturalem exsis

posse asserentes; alii eos saltem illius limites
nt, ut Deus nihil homini, quod huius ratio asse-
non val , revelare posse dicatur. Ab hac igitur iniuria non
super turalem revelationem quam ipsam philosophiam vin-
ad n m propositum pertinere merito existimamus, omnem
im ult orem investigationem de religione *revelata* necnon de
*conv* ia et *necessitate* theologiae reservaturi [1].

**T II. 1 ibilis est divina revelatio tum gene-
ecie mysteriorum seu veritatum, quae
transcendunt.**

**obatur pars I.** Positiva Dei revelatio generatim spectata
repugnat neque ex parte Dei, neque ex parte hominis, neque
te obiecti. Ergo possibilis est.

Prob antec. per partes. 1. *Non repugnat ex parte Dei.*
el enim repugnaret, quia revelare non potest, vel quia eum dedecet;
neutrum dici potest. Non primum: nam certe Deo negari ne-
quod vel ipsis hominibus competit, qui possunt et quidem multis
i invicem manifestare ideas suas; ergo a fortiori Deus pot-
qui hanc homini facultatem dedit. Non alterum: nam si Deum
et curare et apte ad finem dirigere vel minimas crea-
quanto minus dedecebit eum nobilissimam mundi crea-
m, i. e. hominem, et quidem quoad praestantiorem eius partem,
, secundum indigentiam instruere et ad finem dirigere, ma-
me si quando revelationem naturalem quacumque ex causa,
ex infelice hominis culpa, contigerit fieri generatim loquendo
s sufficientem. Neque obstat *immutabilitas Dei.* Nam si
pro sua sapientia et bonitate revelationi naturali insuper
superaddere voluit, id non in tempore mutato consilio,
no statuit, omnem eius rationem praevidens.

2. *Non repugnat ex parte hominis.* Homo enim ex natura ita
aratus est, ut ad veritatum cognitionem multo magis doctrina
itutione quam propria investigatione perveniat. Si autem
ab homine erudiri debet, quanto melius a Deo instrui potest!

3. *Non repugnat ex parte obiecti.* In veritatibus etiam natu-
assequendis subiectiva capacitas intellectus humani ita
itatur, ut non semper plurium notiones acquirere possit; cum

[1] Cf. *G. Wilmers*, De religione revelata (1897) lib. I, c. 2, art. 6 et 7
75—92).

saepe etiam parum remotas principiorum legis natura c
siones ignoret vel de iis dubitet; ergo nedum repug ,
convenit, ut Deus huic ignorantiae occurrat.

**Probatur pars II.** Sunt veritates, quas ratio nec
nec demonstrare nec comprehendere potest. Atqui tales
revelari et homini credendas proponi nec Deo nec rationi h
repugnat. Ergo possibilis est revelatio mysteriorum.

Prob. mai. Intellectus humanus arcte circumscript
ipsarum rerum, quae sensibus subsunt, naturam intima
prietates, exsistendi modum comprehendere nequit.
minus comprehendit omnia, quae vel Dei naturam vel in
eius perfectiones vel hominis sive primaevam sive p
sive futuram condicionem et divinae circa nos provi
silia spectant[1]. Ergo . . .

Prob. min. per partes. Tales veritates revelari non repu
a) *Deo.* Deus enim et *physice* potest has veritates revelare,
ei qua omnipotenti et sapientissimo media deesse nequeant, q
id efficiat; et *moraliter* seu illaesis suis attributis: nam D
creator summum habet in totum hominem adeoque etiam in
lectum hominis dominium. Atqui intellectus proprie subicitur
fidem in Deum. Ergo Deus potest ab homine exigere fi ,
quidem ut Deo revelanti id credat, quod non intellegit; qui
id tantum et propterea credit, quod et quia intellegit, sibi,
Deo, credit neque Deo ratione intellectus subicitur.

---

[1] Praeclare de hac re agit *S. Thomas,* C. gent. l. 1, c. 3, ubi in
haec scribit: „Est autem in his, quae de Deo confitemur, duplex veritatis
Quaedam namque vera sunt de Deo, quae omnem facultatem humanae
excedunt, ut Deum esse trinum et unum. Quaedam vero sunt, ad quae
ratio naturalis pertingere potest, sicut est Deum esse, Deum esse unum et
huiusmodi, quae etiam philosophi demonstrative de Deo probaverunt. . .
autem sint aliqua intellegibilium divinorum, quae humanae rationis peni
cedant ingenium, evidentissime apparet.“ Et postquam id ipsum s. Doc a
priori ex ipsa natura intellectus humani probavit, ita prosequitur: „Rerum
sibilium plurimas proprietates ignoramus, earumque proprietatum, quas
apprehendimus, rationem perfecte in pluribus invenire non possumus. M
igitur amplius illius excellentissimae substantiae, transcendentalis, omnia i
legibilia humana ratio investigare non sufficit. Huic etiam conso di
Philosophi, qui asserit, quod ‚intellectus noster sic se habet ad prima
quae sunt manifestissima in natura, sicut oculus vespertilionis ad so
De exsistentia mysteriorum cf. quoque *Th. Granderath* S. J. in „Z
kathol. Theologie“ 1886, p. 497 sqq.

b) *Rationi humanae.* Id enim non repugnat rationi humanae, videt sufficientem rationem. Atqui in veritatibus revelatis, ı quas non intellegit, credendis videt rationem sufficientem. ex una parte perspicit se omnes veritates intellegere non ex altera parte Deum omniscium et essentialiter veracem p non vera revelare. Ergo simul ac novit ex signis in-ı, aliquid a Deo esse revelatum, sufficientem habet rationem [1].

## Notanda ad solvendas difficultates.

1. Ex eo, quod quis non intellegit modum, quo Deus ali-homini revelet, nequaquam legitime inferre potest id fieri non ; secus sescenta scientiae naturalis documenta, de quibus dubitat, etsi intimam eorum rationem non perspiciat, essent reicienda.

2. Deum in specie aliquid revelare posse mediate, i. e. per rium hominum Dei nomine et auctoritate loquentium, vel colligitur, quod, ut in cosmologia [2] demonstratur, possibilia ɔ oscibilia sunt vera miracula, quibus suos legatos Deus in-communiat legitimatione.

3. Qui autem mysteria voces sine sensu esse asserunt, multo ve se homines sine intellectu esse ostendunt, nedum philo-, cum ne discrimen quidem inter cognitionem et com-ɔnem capere valeant. Eo ipso autem, quod omnis veri itio, etiamsi illud in se non comprehendatur, obiective ditat e illuminat intellectum, facile colligitur, quo iure nonnulli ria revelata non ad illuminandum, sed ad obscurandum intel-l m inventa esse blasphemarunt. Nec iuvat impium *Rousseau* in ogare: cur ergo Deus non etiam revelaverit demonstrationem ım veritatum? — Id non fecit, quia noluit, neque etiam de-t: ecce breve et peremptorium responsum. Ceterum eius-li demonstratio plerisque hominibus esset inutilis, utpote eius ɔgendae incapacibus, omnibus autem utilior multo subiectio intellectus per fidem.

4. Non minorem ignorantiam prae se ferunt qui cum *Bayle* mysteria *contra* rationem esse contendunt. Dicere rem, quam

---

[1] *S. Thomas* l. c. c. 4 complures rationes enumerat, quibus non solum possibilem, sed immo valde convenientem et hominibus utilem esse revelationem divinam veritatum intellectus humani captum plane transcendentium comprobetur.

[2] Vide *T. Pesch*, Instit. philosophiae naturalis II (ed. 2, 1897), 374 sqq.

quis non capit, continere repugnantiam, est imi ,
iudicat de coloribus. Propterea absolute fieri ,
umquam videat in mysteriis repugnantiam, cum c
nec subiecti claram ideam habere, multo minus a n
contradicere affirmare possit.

## Articulus 2.

*De religionis officiis in specie.*

### § 1. De cultu Dei interno.

14. Omnia religionis officia etiam *cultus divini* n ai
prehendi solent. Colere nimirum aliquem vel aliquid op
cimur, cum ei tamquam supra naturam humanam excell
reverentiam et honorem deferimus. Cum igitur nis
orga Deum obligatio in cognita eius infinita supra h
turam excellentia fundatur, recte tota haec practi :
pars ad Dei cultum, i. e. ad reverentiam et obsequium
numini exhibendum, revocatur. Ideo sicut compl us
ita et cultus *internus* et *externus* distinguitur, prout b
internis vel externis exhibetur.

15. Cultum Dei aliquem, saltem internum, lege
ceptum esse, ex thesi I elucet; quare id solum hic q
quaenam praecipue officia ille comprehendat. ] vero
suppositis veritatibus, quae theoreticam religio
stituunt, facili opera tamquam totidem *corollaria* r.
quo debetur Deo:

I. *Adoratio*, quae in ipsa libe
atque *absoluti* dominii Dei super s cr
Haec igitur quemadmodum s supr o
nequit, ita et sine gravi hui li nulli cr o
tamvis ceteroquin sublimi exhil pot Un in
sentialis malitia omnis idololatriae col —
Deo debita immediate coniungitur speciale *servitis* ,
Deo ut absoluto domino debetur[1].

[1] S. *Thom.*, C. gent. l. 3, c. 119: „Quia Deus non solum est nostri esse causa et principium, sed totum nostrum esse in potestate ipsius est, et totum quod in nobis est, ipsi debemus, ac per hoc, quod vere dominus noster est, id quod in Dei honorem exhibemus, servitium dicitur. Est autem Deus dominus non per accidens, sicut omnis homo, sed per naturam: ideo aliter debetur servitium

II. *Sincerum atque devotum voluntatis obsequium* ad obeediendum legi divinae; cognoscitur enim Deus ut *legislator absolute sanctus* [1].

III. *Obsequium intellectus per fidem;* qua scilicet homo ut in- i facultate praeditus omnimodam suam a Deo ut *absolute* dependentiam libere agnoscit. Vi huius officii naturalis unus- e tenetur divinae revelationi fidem praestare, simul ac ad am eius cognitionem pervenerit. Unde obstinata incredulitas t scepticismus circa veritates revelatas coram ipso rationis lumine t legis naturalis violatio reprobatur.

IV. *Amor;* quia Deus a nobis cognoscitur ut finis ultimus mum bonum simulque ratione sui infinito amore dignum. Porro non amor Dei qualiscumque, sed summus praecipitur seu · omnia", quo eum omnibus rebus praeferamus, immo ut onali ordini satisfiat, omnia, quae praeter Deum ut bona ap- et amamus, ad ipsum aliquo modo referre tenemur, a om 1 suam bonitatem cuncta creata participant. Ipsum e conceptum amoris ignorant, qui cum Kantio Dei amorem ut im lem homini inter vitia mysticismi amandare conantur, eo ( l nihil nisi sensibus perceptibile amari a nobis possit — i vero spirituali voluntatis expansioni non etiam spiritualis itio in mente nostra correspondeat, vel quasi Dei amor in aliqua nescio qua sensibili affectione sine obiecto cognito tur [2].

V. *Timor:* tum ille, quo Deum violatae legis vindicem timemus (servilis), tum quo eidem ut summe bono et sancto displicere veremur (filialis). — Huc etiam actus *poenitendi* post delictum merito referri potest, quo quis rogando veniam Dei iustitiam et excellentiam reveretur et suam submissionem renovat [3].

VI. *Gratus animus,* pro innumeris et immensis beneficiis, quae a Dei benignitate quotidie etiam ordine naturali in nos derivantur, ut qui et esse et vivere dedit, qui nostra causa cuncta in creaturis operatur, ad se nos invitat et conducit, ac demum se nobis praemium aeternum possidendum praestituit.

---

Deo et aliter homini, cui per accidens subdimur, et qui habet aliquod particulare in rebus dominium, et id a Deo derivatur. Unde servitium, quod debetur Deo, specialiter apud Graecos latria vocatur."

[1] *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 94. *Suarez,* De leg. l. 2, c. 5.

[2] *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 4, a. 4; 2, 2, q. 81, a. 8.

[3] Cf. *Suarez,* De rel. tract. II, l. 1, c. 2, n. 2. *S. Aug.*, De civ. Dei l. 10, c. 3, n. 2.

VII. *Spes et fiducia,* qua nos nostraque omnia Dei boni et sapientiae committamus, et ab illo, ipsi quod in nobis praestantes, finis ultimi beatam adeptionem exspectemus. H enim mentis dispositionem divinae perfectiones omnino post fidelitas scilicet, potentia, iustitia, bonitas, sapientia et sanctitas Ex eodem fonte *fiducialis ad Deum precationis officium*[1] deriva cui insuper communis omnium populorum persuasio mirifice c sentit. Quae autem recentiores rationalistae[2] contra illud p tulerunt, tam putida et obsoleta sunt, ut ea passim apud an Doctores iam dudum refutata reperias[3].

16. Omnia haec quae recensuimus religionis officia partim negativa partim affirmativa. Prout *negativa* sunt, prohibent i primis gravissima omnium peccata, quae formaliter in committuntur, odium, contemptum Dei, desperationem et pr sumptionem; vetant praeterea, ne quis umquam sive ob adve fortunam sive ob apparentem divinae providentiae defectum, ob qualemcumque animi commotionem affectus in se oriri divinis perfectionibus contrarios et iniuriosos. — Qua *affirmativa* sunt, praecipiunt congruas animi disp positive fovere et frequenter elicere, imprimis ubi itatio contrarios affectus ingruit. Quae obligatio inde et nov momentum accipit, quod sine hac in Deum pietate ne reli legis officia fortiter et constanter implere valemus.

17. Porro inter religionis adversarios non defuerunt, qui cet quidem religiosis officiis voluntatem nostram Deo obstringi u fatentes negarent tamen, ullam homini *obligationem circa cognitionem* et generatim circa theoreticam religionis partem cumbere posse. Unde remanet, ut contra hos in specie hoc e officium adstruamus.

## 18. Thesis III. Ad Dei et veritatum religionis cognit convenienter perficiendam naturaliter obligamur.

Praenotanda. Non de ea Dei cognitione primum acquir agitur, quae ad ipsam genuinam moralis obligationis noti

[1] *S. Thom.,* S. theol. 2, 2, q. 83, a. 2.

[2] Sic inter alios *Kant,* Religion innerhalb der Grenzen der reinen nunft, opp., ed. *Hartenstein,* VI, 381. *Rousseau* in op. „Emile".

[3] Vide *S. Hieron.* in Matth. 6. *S. Thom.,* S. theol. 2, 2, q. 83, a. 2,

pponi debet, sed eandem sub voluntatis influxu et intuitu ordinis convenienter perficiendam esse asseritur.

P ur I. Ex cognitione maxime elementari et obvia im- a et evidenter derivatur obligatio Deum ut ens supremum a lutum propter ipsum reverendi. Atqui haec obligatio exigit, voluntas nostra qua libero in intellectum imperio utens co- nem Dei et veritatum, quae cum ea conectuntur, studiose conetur; manifeste enim reverentiae contrarium est *libere* neglegere aut etiam flocci habere.

**Probatur II.** Qui tenetur ad finem, tenetur quoque ad media, illum consequatur. Atqui tenemur multiplicem nostram a o dependentiam practice cognoscere et liberam voluntatis activitatem secundum eam dirigere; medium autem necessarium in voluntatis humanae potestate situm, quo huic officio satis- possimus, est accuratior Dei et religionis theoreticae cognitio. Ergo ad eam convenienter perficiendam obligamur.

**Corollaria.** I. Sicuti non aequalis gradus cognitionis rerum divi um cunctis hominibus ad finem consequendum pariter ne- , ita ea neque in eodem gradu singulis acquirenda praebitur. T ir autem unusquisque, data opportunitate fideliter , eo n gradu eam perficere, qui secundum vitae suae tum a ie iuncta requiritur, ut in omni rerum condicione et iudicia Deo digna habere omnesque actus internos et ex ios ad eius beneplacitum componere valeat, ita ut in ea r ime re error et ignorantia vincibilis culpa morali minime

II. Idem officium itidem ad divinam *revelationem* se extendit. Quare nefas est, vel, postquam de facta ad nos Dei locutione sufficienter constiterit, eam studiose ignorare sive per animi indifferentiam neglegere, vel, ubi saltem rationabile dubium de illius realitate mentem iam subierit, in eam morali diligentia non inquirere [1].

## Notanda ad solvendas difficultates.

20. 1. Immerito praetendunt tale naturae praeceptum ideo admittendum non esse, quod aliquid iniungeret plerisque hominibus

[1] „De obligatione in revelationem inquirendi cognitamque amplectendi" luculenter disserit *G. Wilmers*, De religione revelata lib. I, cap. 3, art. 1 (p. 93 sqq.).

vel physice vel moraliter impossibile; ut satis apparet ex supra in Cor. 1.

2. Qui ideo negant religionem theoreticam praeceptam quod non intellectus, sed sola voluntas obligari possit, hi pr non advertunt intellegendi quoque facultatem quoad exer multis modis ab imperio voluntatis pendere. Huc inter censendus est Hobbes[1], qui atheos iniustitiae damnari non ait, cum intellectu, non voluntate peccent; quasi vero invin ignorantia in atheo supponi possit.

## § 2. De cultu Dei externo.

21. Cultus externus aliud non est quam cultus interni exp sensibilis et manifestatio. Quare ab internis actibus, qu illum complentur, separari non potest, quin a sua natura minis dignitate desciscat, et in hypocrisim et superstitionem vertatur. Dividi autem potest in *naturalem* et *positivum* trarium), prout vel actibus constat, qui suapte natura signa interioris affectus, aut ritibus iis, qui ex libera voluntate ad dem significationem determinantur. Et quidem si a Deo fit modi determinatio, cultus ad ius divinum positivum pertinebi fit ab homine ad id potestatem habente, spectabit ad ius huma

22. Scholae rationalistarum initiatae per Thomasium cultae per Kantium sollemne est, *externum* cultum modo genus aliquod superstitionis ac deliramentum („Religionsw sarcasmis impetere, modo ut impedimentum purioris interna tutis et fomentum mechanismi moralis improbare, modo ribus quidem animis ut infimum moralis ac religiosae cu gradum interim indulgere, ceterum autem superba commiser contemnere. Contra quos statuitur:

23. **Thesis IV. Debetur Deo iure naturae cultus externus.**

**Probatur** I. Ita Deum colere ac religionem exercere iure naturae tenetur, quemadmodum rectus naturae or Atqui huic non satisfit cultu mere interno. Ergo e ternum obligatur.

---

[1] De Cive c. 14.

[2] Cf. *Liberatore,* Inst. philos. III (1864), 149.

**Prob. min.** Recto naturae ordini non satisfit cultu mere

1. *Spectata natura hominis sensitivo-rationali.* Nam

a) Huic convenit, ut homo in his terris degens, quemadmodum Deo obstringitur et ad Deum secundum corpus et animam endus est, ita non ut merus spiritus, sed ut *persona humana* ivo-rationalis suam a Deo dependentiam agnoscat et prour. Atqui id minime praestare censendus est, nisi saltem dum externis etiam actibus illud manifestet.

b) Id ipsum eo magis requiritur, quod vi physicae unionis corpus et animam internum religionis exercitium, dummodo m et sincerum sit, *naturaliter ad sui manifestationem externam it* sicut incompletum ad suum complementum naturale; adeo Dei cultus lege praeceptus sua sponte et naturae ordinatione en r externus futurus sit, nisi adhibita contra naturam intra mentem coërceatur, illudque externi honoris tributum, cundum creatoris intentionem ipsi naturaliter proveniens, fraudetur.

c) Propter eandem naturae compositionem ipsum *internum religionis exercitium multipliciter ab externo dependet,* ita ut neque intensitatem Deo dignam neque debitam constantiam et efficaciam, qualem tota reliqua moralitas per illud informanda requirit, habiturum sit, nisi externis actibus iugiter sustentetur ac nutriatur [1].

2. *Spectato sociali momento, quod cum divino cultu conectitur.* Etenim

a) Constat secundum naturae ordinem universum genus humanum, utut in particulares societates divisum, ad unam tamen universalem familiam coalescere; identitate scilicet naturae socialis eiusdemque finis ultimi communione. Porro *commune et universale hoc sociale vinculum essentialiter in Dei cultu et in religione situm est,* quippe quae tota et directe in relatione hominis ad Deum ut commune centrum socialis illius unionis versatur, — Deum, in-

[1] *S. Thom.,* S. theol. 2, 2, q. 81, a. 7; q. 84, a. 2; C. gent. l. 3, c. 119: „Exercentur ab hominibus quaedam sensibilia opera, non quibus Deum excitent, sed quibus se ipsos provocent in divina, sicut prostrationes, genuflexiones, vocales clamores, cantus; quae non fiunt, quasi Deus his indigeat . . . sed propter nos facimus, ut per haec sensibilia opera intentio dirigatur in Deum et affectio accendatur; simul etiam per hoc Deum profitemur animae et corporis auctorem, cui et spiritualia et corporalia obsequia exhibemus."

quam, non solum supremum et communem legislatorem, sed etiam bonum commune universalissimum (finem socialem supremum) communi amore, studio, virtutum contentione prosequendum. Atqui cultus Dei nisi externus sit, indolem eiusmodi socialis vinculi habere non potest. De qua re *S. Augustinus*[1]: „In nullum", inquit, „nomen religionis seu verum seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum vel sacramentorum visibilium consortio colligentur." Ergo . . .

b) Sicuti vitae socialis ordo et stabilitas praecipue in publica hominum fide, mutua fidelitate et fiducia fundatur, ita publica fides et fiducia non aliunde fere quam religiosa hominum reverentia erga Deum eiusque timore externe manifestato fulcitur atque nutritur. Quis vel in subdito fidelitatem et sinceram obedientiam vel in magistratu iustitiam et boni publici studium, quis in quotidiano civium commercio integritatem, in servandis contractibus fidelitatem, in iurando veracitatem, praesertim ubi nulla humana poena imminere videatur, ab illo tuto exspectare praesumat, de quo nesciat plane, utrum Deum religiose colat, an cum atheis neget atque contemnat? — Est igitur in cultu Dei externo momentum sociale summe practicum et cum naturali societatis instituto plane individuo nexu coniunctum. Id ipsum inter alios clarissimos viros politicos etiam *Washington* probe intellexit; quare non dubitavit sollemni actu[2] haec publice declarare: „Fulcra maxime necessaria prosperitatis publicae sunt religio et moralitas. Frustra ad suum patriotismum recurreret quicumque haec duo fundamentalia firmamenta aedificii socialis suffodere conaretur. Vir politicus non minus ac religiosus ea revereri et amare debet. Integrum volumen non sufficeret cunctis prosequendis nexibus, quibus illa cum prosperitate publica et privata cohaerent." Immo ipse *Voltaire*[3] fatetur: „Ubicumque fuerit societas constituta, religio necessaria est. Leges invigilant criminibus publicis, religio occultis", — et alias: „non magis optandum, ut mundus ab atheis, quam ut a daemonibus gubernetur."

c) Adde quod quaelibet hominum *societas, qua persona moralis* est, non minus ac persona individua se suaque ad Deum

---

[1] Contra Faustum l. 19, c. 11.

[2] In sollemni „Recessu" 1796.

[3] Traité de la tolérance c. 20. — Alia gravia de religione testimonia vide apud *Hettinger*, Apologie des Christenthums I, 9. Vortrag; Period. „Der Katholik" 1883 II, 241 sqq.

referre eumque colere debet; id vero, ut patet, nonnisi externo et publico cultu fieri potest.

**Probatur II.** Cum ratione mirifice consentit omnium po- rum historia, quorum nullus invenitur, qui non externis signis ac ritibus ad colendum numen usus fuerit. Huc pertinet quod (n. 7) relatum est notum illud *Plutarchi* testimonium: „Si terras obeas, invenire possis urbes muris, litteris, legibus, d opibus, numismate carentes, gymnasiorum et theatrorum ı ; urbem vero templis diisque destitutam, quae precibus, rando, oraculis non utatur, nemo umquam vidit.“ [1] — Cuius nulla sane sufficiens ratio assignari potest praeter ipsum na- tu rationalis fundamentum [2].

## Notanda ad solvendas difficultates.

**24.** 1. Deus sane intuetur cor, et animi nostri affectiones, antequam a nobis externe manifestentur, cognoscit (ita Rousseau) — sed quis sanus umquam dixerit ideo cultum externum adhibendum esse, ut Deus de animae nostrae dispositione edoceatur? [3]

2. Quodsi inter homines longe plurimos, qui externis religionis actibus purissimam etiam internam erga Deum pietatem enutriunt atque inde ad omnimodam moralem perfectionem proficiunt, nonnulli quoque inveniuntur, qui expletis externis caerimoniis veram moralem perfectionem eo minus curant, id per accidens et humanae fragilitatis culpa accidit; sed ex proposito omnem Deo honorem et cultum externum denegare, secundum argumenta a nobis allata vel impietas est vel amens superbia.

3. Qui denique Christi Domini effatum obtrudunt, quo monet Deum esse in spiritu et veritate adorandum, ad eiusdem divini Doctoris exemplum remittendi sunt, quo veram illius interpretationem addiscant.

### § 3. De specialibus quibusdam cultus divini actibus.

**25.** Huc imprimis referenda sunt: *sacrificium, votum* et *iuramentum,* quae licet practice magna parte ad positivam religionem

---

[1] Vide Fragmenta Philosophorum Graecorum, ed. *Didot,* I, 166 sq. — Cf. insuper *Xenoph.*, Cyropaed. l. 1, c. 2, n. 7. *Cicer.*, De leg. l. 2, c. 7 sq. *Caes.*, De bello gall. l. 6, c. 16 sq. *Senec.*, Epist. 117, etc.

[2] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 85, a. 1.

[3] Cf. *S. Thom.*, C. gent. l. 3, c. 119.

pertineant et ideo specialius in theologia pertractanda sint, per se tamen in religione naturali fundantur et eatenus hic quoque paucis explicanda[1].

### A. De sacrificio[2].

*Sacrificium*, etsi latissimo sensu acceptum al potest quaevis voluntaria hominis oblatio ad De rever facta, *proprie dictum* tamen sacrificium, de quo hic per *specialem* aliquem externi divini cultus actu deno per se primario hominis in Deum religionis officio, nempe tioni, respondet. Talis censetur actus, quo res ilis et aestimabilis per modum destructionis vel quasi immutationis Deo, supremo rerum omnium domino, vove

Est sane haec symbolica actio per se spectata apt qua homo divini numinis maiestatem interne et externe ado simulque et eius in se et sua omnia absolutum dominium suam absolutam dependentiam et subiectionem profiteatur. vero eadem idea sacrificii, tamquam specialis modi Deum col fere apud omnes gentes, quarum historica et ethnographica exstat, aliquo modo, scilicet vel magis vel minus perfecte, in m posita reperitur, ita quidem, ut soli colendo numini sive sive putaticio sacrificii ritus reservaretur. Hinc *S. Au* „Quis", ait, „umquam sacrificandum censuit, nisi ei, quem I aut scivit aut putavit aut finxit?" Itaque ex i versalitate concludere licet hanc formam cultus divini non non esse naturae rationali maxime congruam, quam pr S. Thomas iuris naturalis esse docet. Neque huic con opinio eorum, qui existimant genus humanum iam inci („sub lege naturae" exsistens) *insuper* vel „primiti quam cant revelatione vel efficaci divino instinctu inductum fu eandem Deum colendi formam tamquam divinitus legitimam agnoscerent et constanti more ut talem cunctis descendentibus generationibus traderent. Christiano theologo id ex ea etiam ratione suaderi videtur, quod non solum in sacrificiis Mosaicis

[1] Uberius de singulis agit *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 81. 85. 88. 89. Eiusdem autem commentatores generatim longis tractatibus de iis disserunt. Cf. in specie *Suarezii* opus de religione complures tractatus complectens. *Lessius*, De iustitia et iure, sect. VI: De religione.

[2] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 84 et 85. *Suarez*, De relig. tract. 2, lib. 1. *Lessius* l. c. lib. 2, c. 38.

[3] De civ. Dei l. 10, c. 4.

ı ı in iis, quae „sub lege naturae“ offerebantur, mystica
ıl ırica quaedam adumbratio futuri sacrificii Christi Redem-
:i potest, qua simul spes generis lapsi sustentaretur[1].
Porro ıificia proprie dicta, non solum ex institutione Mo-
sed communi more populorum, generatim non tam privati
ı *publici* seu *socialis cultus* indolem habebant. Ideo in ara,
ı loco clusive huic usui consecrato, et ministerio sacer-
i co ınt. Sacerdos namque dicitur qui legitima
i ( ım sacrificium est deputatus. Quoniam
iı ı ( pra ıantissimus cultus externus, quo divinitas ab
ıs c tur, est, ut non passim a quolibet fiat, sed a
viris ıt . hoc peculiariter deputatis, qui nomine omnium
p quos ceteri quoque eiusdem gentis vel communitatis
( ıre eique sacrificare censeantur. Neque obstat, quod
p „ı lege naturae“ usque ad Aaron non videntur pecu-
( ecti sacerdotes fuisse. Nam, ut *S. Hieronymus* cum
al gravissimis auctoribus docet, illo tempore sacerdotale munus
ac principatus cum primogenitura conexum fuisse
ito dicitur. Atque ita Noe, Iob et Patriarchae non solum
rum capita et principes, sed simul sacerdotes erant.

Ceterum de variis sacrificiorum modis ac ritibus agere hic
ee minus vacat, quod in praesentia ex lege christiana cuncta
sacrificia praeter unum, quod in Ecclesia catholica iugiter viget,
abrogata et exclusa sunt[2].

### B. De voto[3].

*Votum* dicitur promissio Deo facta, quemadmodum *vovere* est aliquid sancte Deo promittere. Est igitur votum procul dubio actus religionis, qui si fuerit mere internus, ad cultum Dei internum, si externus, ad cultum externum pertinet. A voto probe distingendum est *propositum* voluntatis quantumvis serio conceptum; ad voti enim rationem omnino requiritur proprie dicta *promissio*. Ita si quidem vi promissionis homo alteri homini iure naturae obstringitur, a fortiori homo vi voti Deo stricte obligari dicendus est, ut id quod vovit adimpleat.

---

[1] Cf. *Lessium* l. c. l. 2, c. 38, dub. 2, § 19.
[2] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 85.
[3] Ibid. q. 88. *Suarez* l. c. tract. 6. *Lessius* l. c. c. 40. *G. Wilmers*, Lehrbuch der Religion vol. III, § 26 (ed. 5, 1894), p. 203—213.

Ut autem votum perfectum et validum censeri p , 1
est, ut nec iis condicionibus careat, quae universim
promissionem requiruntur, nec in se fini contradicat, q
quam actus religionis habere debet, scilicet reverentiae er i i-
nam maiestatem; nimirum: 1. ut votum sit deliberate
i. e. cum plena advertentia ad actum eiusque naturam; 2. ut
liberum, adeoque non metu vel dolo iniuste extortum; 3.
mente voventis sit vera promissio cum intentione se ol
4. ut res promissa merito aestimari possit Deo accepta;
enim promissio non tam in Dei honorem quam contemptum
deret — hinc vulgaris regula a S. Thoma proposita[1], q
gitur, ut votum sit „de bono meliore", i. e. pro obi
aliquid, quod sit melius eius (contradictorie) opposito; q
solum res illicita verum etiam indifferens a voti materia e:
ditur; 5. denique, ut quod promittitur sit in voventis po
ideoque neque ei impossibile neque eiusmodi, de quo ipse suo
disponere non possit.

Perspecta vera natura voti, facile colligitur, qua potissimum ratione illud ad Deum perfectius colendum pertineat[2]. Nam cum votum sit actus religionis et pro obiecto habeat aliquod bonum morale seu exercitium virtutis moralis, consequens est, ut omnes cuiuscumque virtutis moralis actus, puta charitatis, misericordiae, continentiae etc., quatenus ex voti religione procedunt, simul ad dignitatem virtutis religionis eleventur. Sunt autem, ut supra (n. 8) ostensum est, officia religiosa, quae cultum Dei directe respiciunt, per se ceteris omnibus praestantiora. Adde praeterea, quod „ille, qui vovet aliquid et facit, plus se Deo subicit, quam ille, qui solum facit; subicit enim se Deo non solum quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem, quia de cetero non potest aliud facere; sicut plus daret homini qui daret ei arborem cum fructibus, quam qui daret ei fructus tantum". Per votum denique opportunum et efficax praesidium ipsi bonae voluntati hominis accedit, quo inconstantiae multiplices illecebras facilius vincat; „quia per votum immobiliter voluntas firmatur in bonum; facere autem aliquid ex voluntate firmata bonum, pertinet ad perfectionem virtutis".

---

[1] S. theol. 2, 2, q. 88, a. 2.
[2] Ibid. a. 6.

### C. De iuramento [1].

Iurare dicitur Deum testem invocare; unde de essentiali ıe iuramenti est, ut sit quaedam attestatio divini Numinis ınvocatio divini testimonii. Quemadmodum enim in scrutandis um factis contingentibus nil iuvat a priori ratiocinari, sed d timonium hominum recurrendum est, ita etiam humani testes, ıve ob rei testandae naturam sive ob defectum cognitionis aut vera- non in omni causa sufficiunt, ut securam fidem adstruant. emo igitur insuper recursus manet ad ipsum testimonium , absolutae veritatis, quod, ubicumque ab homine sanae mentis e notorie impio fidenter invocatum fuerit in confirmationem rei a enuntiatae, in iure omnium gentium haec revera peremptorie mata censeri solet. Unde manifestum est usum iuramenti communi hominum cultu divinae maiestatis fundari, nominatim communi persuasione, Deum omnia perfecte cognoscere, ita intima quidem hominis conscientia eum latere possit, esse ute verum et sanctum, nec non mendacii vindicem. Ipse m qui iuramentum dicit, haec eadem religionis dogmata licite profitetur, ac propterea hic actus recte ad Dei cultum tinere dicitur.

Ex *fine* suo proximo distinguitur iuramentum *assertorium et pr rium,* prout testis invocatur Deus ad confirmandam aut tionem de re praesenti vel praeterita, aut promissionem rei e; cui ex adverso accedit iuramentum *comminatorium*, quo q i poenam comminatur. Ratione *modi* iuramentum fieri est aut *„per simplicem Dei contestationem“*, ut si dicitur: iuro Deum, testis sit mihi Deus, etc., aut *„per exsecrationem“*, qua se vel aliquid ad se pertinens ad poenam divinitus infligen- ı obligat, nisi verum sit quod dicit, aut promisso non steterit, ut v. g. fit per formulam: „Sic me Deus adiuvet.“ Porro est aut sollemne aut simplex, prout cum vel sine externa aliqua rituali circumstantia pronuntiatur. Promissorium denique iuramentum aliud est *absolutum,* aliud *condicionatum.*

Quodsi aliquando praeter iuramentum per Deum etiam iuramentum *„per creaturas“* commemorari solet, id nequaquam ita intellegendum, quasi non sit de propria ratione iuramenti, ut sit quaedam attestatio divini Numinis. Itaque admitti nequit, ut

---

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 89. *Suarez* l. c. tract. 5, l. 1—3. *Lessius* l. c. c. 42. *Göpfert,* Der Eid. Mainz 1883. *Wilmers* l. c. § 25.

quis serio iurare intendat per creaturam *in se spectatam* et clusam a speciali relatione ad Deum, quod obiective idem ac rem creatam instar numinis revereri. Nihil vero im quominus quis iuret per aliquid, quod, licet in se cr tum speciali tamen modo divinam veritatem manifestat et qu tinet, quia sic implicite iuratur per Deum. Tale v. g. iuramentum per sanctum evangelium, per sanctos, per templum Dei.

Ad quaestionem, utrum licitum sit iurare, *S. Th* respondet: „Iuramentum secundum se est licitum et ho Quod patet ex origine et fine: ex origine quidem, quia iu tum est introductum ex fide, qua homines credunt Deum hal infallibilem veritatem et universalem omnium cognitionem visionem; ex fine autem, quia iuramentum inducitur ad ficandum homines et ad finiendum controversias, ut dicit Hebr. 6."

Ut autem aliquis licite iuramento utatur, idem s. Do cum S. Hieronymo tres eius *necessarias comites* requirit, sci *„veritatem, iudicium* et *iustitiam"*.

1. *Veritas* ante omnia inseparabiliter omne iuramentum c tetur necesse est. Iuramentum enim mendax nefandum ill catum contra religionem constituit, quod *periurium* (Me appellatur. Committi id potest non solum per assertoriu etiam per promissorium iuramentum: quoties Deus invocatur promissionis hic et nunc falsae seu ficto animo factae.

2. *Iudicium,* i. e. praevia rei consideratio et prudens cautela. Ne igitur aliquis leviter aut ex qualibet leviore causa, sed discrete et ex necessaria tantum causa iuret. „Videtur enim", ut *S. Thomas* monet, „parvam reverentiam habere ad Deum qui eum ex levi causa testem inducit, quod non praesumeret etiam de aliquo viro honesto. Imminet etiam periculum periurii, quia de facili homo in verbo delinquit."

3. *Iustitia* vetat quicquam iuramento confirmari, quod illicitum sit ac divina sanctitate indignum.

Praeterea iuramentum *promissorium* in specie id sibi proprium habet, ut obligationi, quae promittenti ex fidelitate vel iustitia incumbit, insuper addat obligationem *ex religione* adimplendi id, quod promissum est. Alias enim iuramento veritas deesset, quam ille de futuro faciendam iuravit, quod dicitur vio-

iuramenti (Eidbruch). Iuramentum autem iniquum seu illi-
sive ex se tale est sive per mutatas circumstantias tale
, ut eius exsecutio sine peccato fieri nequeat, servari ne-
neque licite potest.

Societas humana, maxime vero civilis, quanti semper et
iuramentum fecerit, nemo ignorat. Et sane iis institutio-
ibus socialibus annumerandum est, quibus societas publica neque
n administranda iustitia neque universim in rebus publicis pro-
r ac tuto gerendis sine gravissimo detrimento carere possit.
quippe socialis ordo morali fulcro fidei ac fiduciae socialis
nititur; at vero pignus fidei servandae, in rebus praesertim arduis
cupiditatem sollicitantibus, quodnam aliud inter homines gene-
ratim magis certum magisque sufficiens inveniri possit, quam quod
in religione ac reverentiali timore Dei, supremi et infallibilis iu-
di fundatur? — Propterea audiendi non sunt qui hoc tempore
ı non raro, vel politicae sapientiae vel Deum purius honorandi
extu, usum publicum et legalem iuramenti veluti antiquatum
multorum conscientiis perniciosum vituperare non verentur, ideo-
„moderna legislatione" quantocius abrogandum esse docent.
N ) non videt, qualis demum ratio sub hac hypocrisi lateat.
Scilicet expuncto hoc ultimo etiam vestigio, quod adhuc residuum
est, alicuius cultus vere publici, i. e. qui societatis publicae no-
mine Deo deferatur, viam parare expeditam atheismo sociali
festinant.

Nota. De modis, quibus tum ratione horum actuum divini cultus
tum universim contra religionem peccari possit, vide *S. Thom.*, S. theol.
2, 2, q. 92 sqq. *Suarez* l. c. tract. 3: De vitiis religioni contrariis [1].

# Caput II.

## De officiis hominis erga se ipsum.

### Articulus 1.

*A quo summo principio deriventur.*

29. Rectus naturae ordo, quemadmodum ante omnia hominis ad Deum rectam ordinationem comprehendit, ita pariter exigit, ut unusquisque hanc ipsam veluti communem omnis virtutis mo-

[1] Breviore conspectu eadem pertractat *Wilmers* l. c. III, § 17.

ralis formam iugiter respiciendo, se suamque personalem e: tiam et activitatem respectu sui ipsius recte disponat. ( enim religionis veritatibus, quibus Deum eiusque absolutum in dominium cognovimus, nostram quoque personalem dignit didicimus, qua per rationis et libertatis donum creato imaginem circumferentes ad eum tamquam finem nostrum ulti atque bonum perfectum in vita immortali possidendum desti Hinc autem manifeste consequitur ad rectam hominis *r sui ipsius* ordinationem illud imprimis pertinere, ut huic Dei se benevolae intentioni non solum nullum impedimentum opp sed eam toto voluntatis studio suam faciat, et se suamque turam secundum ideam conditoris sui in his terris perficiendo tam beatum finem conducat.

*Ordinatus igitur sui amor* generalem summam exhibet omni officiorum hominis erga se ipsum, eorumque verum *pr* constituit, quod sub legis forma expressum ita sonat: *Ord amore te ipsum amato.* Amare quippe se ipsum aliud non quam sibi ipsi *bene velle,* idque ordinate fit, si fit *secundı* ı *rationis directionem et mensuram,* quae nonnisi verum bon ı luntati ut prosecutione dignum proponit.

30. *Inde colliges* ordinatum sui amorem sine congrua *sui aestimatione* (Selbstachtung) consistere non posse. Quare haec quoque, ut illius condicio et intellectuale fundamentum, in et cum illo implicite praecepta censeri debet, quantum videlicet a libero voluntatis influxu dependet. Eiusmodi vera sui aestimatio non excludit relativum illum sui contemptum, quem virtus humilitatis suadet, et qui non minus veritate, quamvis sub alio respectu, nititur.

Similiter cum amore, de quo hic agitur, neque Epicureorum *studium voluptatis* neque Hobbesii *egoismus* ille antisocialis neque etiam caecus proprii amoris *instinctus* confundi ullatenus potest.

Mirum non est nulla prorsus *vera officia* hominis erga se ipsum agnosci ab iis, qui vel materialismum sectantur vel personalem hominis dignitatem pantheistice destruunt, vel unicum et supremum hominis finem in eo consistere docent, ut iugiter evolvendo totius generis progressum culturae subserviat. Quibus omnibus dudum refutatis, ad eorundem errorum singula absurda corollaria iterum descendere merito dedignamur [1].

---

[1] Adversarius i. a. est *Schopenh*— Die beiden Grundprobleme der Ethik tom. II, § 5, confundens ı se amandi omnibus

31. Porro vera hominis in hac terra degentis bona, quamvis nunem bonitatis rationem ab uno fine ultimo ac bono absoparticipent, non unius tamen generis sunt, sed vel ad animam ad corpus proxime referuntur, vel utrique perficiendo extrins tamquam media subserviunt. Quare ad *triplex* hoc genus m praedictum ordinati amoris principium applicandum vir, ut, quae inde praecipua hominis officia fluant, in specie leremus.

## Articulus 2.

## Officia circa animam.

32. *Anima* non solum per se potior personae humanae pars est, toti insuper homini ad finem et verum suum bonum dirigendo suapte natura praesidere debet. Omnia igitur bona, quae homo circa animam sibi ipsi velle debet, ut ordinato amori erga se ipsum satisfaciat, ad hoc reducuntur, ut anima tum in se tum in relatione sua ad corpus istius dignitatis atque officii gradum condigne sustineat. Eo autem spectat non solum sufficiens et homine digna evolutio physica facultatum animi, quatenus haec condicio est, ut iis quis recte uti possit, sed etiam rectum, i. e. fini ultimo accommodatum, earum exercitium. Omnes vero animi facultates commode ad *duas principales* rediguntur, ad facultatem *intellectivam* et *voluntatem*.

### § 1. Circa intellectum.

33. **Thesis V. Unusquisque eas notiones acquirere tenetur, quae ad essentialem hominis sapientiam, i. e. ad finem sibi a creatore praestitutum rite cognoscendum et tuto prosequendum, necessariae sunt.**

**Probatur.** Homo ut ens rationale ad verum suum bonum et ad finem sibi praefixum non physice, sed *moraliter* determinatur, i. e. ei propositum est se ipsum eo conducere, non solum eundem finem libero voluntatis studio amplectendo suamque intentionem cum intentione creatoris libere conformando, sed etiam adhibita electione accommodata media assumendo. Atqui libera eiusmodi determinatio praeviam supponit *cognitionem* tum finis tum me-

---

animalibus communem cum hominis amore sui rationali et bene ordinato, qui solus est obiectum officii naturalis.

diorum. Ergo quantum id ab hominis voluntate pendet et finis necessitas exigit, in illam indagare tenetur.

**34. Corollaria.** I. Quamvis praedicta mensura cognitioi naturae praescriptae pro omni homine constans et commu in concreto tamen et applicata ad individuos homines, nequ extensive aequales in singulis obligationes inducit. Co enim gradus unicuique in particulari necessarius a vitae ceterisque personalibus adiunctis dependet.

II. Acquisitio cognitionum, quae hanc nec praetergrediuntur, per se naturaliter praecepta autem usque ad certum gradum per se generatim c neque id absolute et indefinitive, neque respectu omnium in culari. Perperam proinde scientia „finis in se" (Selbst vocatur, si sensu stricto intellegitur.

III. Quod de obligatione acquirendae cognitionis dictum est, eadem proportione et iisdem condicionibus valet etiam de obligatione animi facultates generatim evolvendi et perficiendi; quae quidem obligatio, cum ad puerilem imprimis aetatem et adolescentiam referatur, maxime ex parte eorum est, quibus ea cura vi parentalis vel quasi-parentalis officii incumbit. — Non magis proinde animi evolutio atque cultura indefinite spectata quam scientiae indefinitum augmentum finis absoluti rationem habet.

**35. Scholium.** Quod si quaeratur, quo ordine animi facultates evolvendae sint, ut vero hominis bono, cui naturaliter deputantur, congrue subserviant, *duplex ordo* distinguendus est, alter *dignitatis* et necessitatis, alter *physiologicus* et paedagogicus. Hic priori ex inverso respondet, sequens naturae processum ab infimis ad suprema, a corporalibus et animalibus ad spiritualia per gradus consecutivos ascendendo, in quorum serie ratio ultimum, quemadmodum dignitatis primum locum occupat. Nulla alia facultas tam immediate ad moralem hominis directionem pertinet, et ideo eius conveniens evolutio prae ceteris ad verum hominis bonum necessaria est. Eandem autem necessitatem inferiores quoque potentiae, ut imaginatio, memoria etc., quaevis pro suo gradu participant, quatenus ex naturae instituto diversimode illius ministerio deputantur, partim ut gradus physiologice praerequisiti ad eius conaturalem et perfectam evolutionem, partim ut adiutoria, quibus functio rationalis homini (i. e. eius naturae sensitivo-spirituali) reddatur consentanea. Atque in hac ipsa ordinis psychologici proportione rite servanda eiusque gradus singulos apte aetati accommodandi *recta paedagogiae methodus* consistit.

## § 2. Circa voluntatem.

**Thesis VI. Suam quisque voluntatem ad amplectendum ordinem moralem reddere expeditam ac pronam ideoque illi in appetitus inferiores imperium vindicare tenetur.**

**Probatur I.** In eiusmodi voluntatis dispositione et imperio ius rectus naturae ordo consistit, quatenus hic ad hominis iam interne recte ordinandam pertinet. Ergo naturali officio iisque illi obstringitur.

**Probatur II.** Idem procul dubio medium necessarium est ad ultimum consequendum; nam ultimus hominis finis et summum n eatenus attingi potest, quatenus voluntatis tendentia effiter in illud dirigitur. Atqui id nulla re magis impeditur quam inordinato amore, quo voluntas ad bona finita et sensibilia se convertit, indulgendo nimirum appetitibus inferioribus rationali imperio subtractis. Ergo . . .

**37. Corollaria.**

I. Ex hoc principio immediate fluit obligatio, non tantum declinandi imminentia pericula mali moralis seu peccati, sed etiam acquirendi et exercendi virtutes morales, eas imprimis, quae vitiis opponuntur prae ceteris rationalem voluntatem sua dignitate et morali libertate spoliantibus, uti temperantiam, continentiam, fortitudinem etc., quarum modum et rationem practicam docet ascesis.

II. Eo gravius quis ceteris paribus circa voluntatem in se ipsum peccat, quo magis actu peccaminoso voluntas ab amore summi boni abstrahitur et quo magis turbatur ordo dignitatis rationalis naturae. Vel ex hoc solo capite satis colligitur naturalem obligationem, qua omnis inordinatio in re venerea libero voluntatis assensu admissa prohibetur, non posse non esse gravissimam, quae etiam augetur ratione finis socialis, quem lex pariter intendit.

### Notandum ad solvendas difficultates.

**38.** Voluntaria sui abnegatio atque odium sui, quod commendat ascesis christiana, nequaquam iuri naturae et ordinato sui amori contrarium est, sed immo illum ipsum perfectissime adimplet. Quod enim respectu bonorum apparentium, quibus hominem liberat potius quam privat, speciem quandam odii prae se fert, verissime amor dicendus est, atque eo sensu monemur: „Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam“ (Io. 12, 25).

## Articulus 3.

*Officia circa corpus.*

### § 1. Officia negativa. De autochiria[1].

39. A corporalis organismi conservatione ipsa hominis vita his terris cum omnibus bonis, quae ab ea dimanant, natu dependet. Ex ordinato igitur amore, quem homo sibi debet, dam etiam circa illam derivari officia per se manifestum vero, si primum, quid in ea re prohibitum, quid licitum vestigemus, ea prae ceteris quaestio occurrit, *utrum per naturalem aliquando fas esse possit homini suo voluntatis art mortem sibi accersere?*

Non nova haec quaestio, sed antiquissima et prope cum ipso humano genere infeliciter lapso primum nata esse dicenda est. Eam et natura omnibus animantibus communis et positiva lex divina, legem naturae confirmans, per sollemne illud praeceptum: „Non occides", haud dubie *negative* resolvit. Nihilominus eandem quaestionem ab antiquissimis temporibus inter homines iugiter resuscitatam videmus, et sin minus theoretice, certe practice quotannis ab innumeris infelicissime solutam. In individuis casibus sane difficile esset peculiares causas et varia psychologica momenta enumerare ac definire, quibus obcaecati tot miseri ad facinus tam atrox in se committendum perducantur. At vero, qui historice tristia haec in societate humana phaenomena eorumque relativam frequentiam apud varias gentes et per varias temporum periodos prosecuti sunt, negare non possunt eo magis generatim homines, ceteris paribus, ad infelix eiusmodi desperationis consilium inclinari atque perduci, quo minus in se religionis

---

[1] Vide *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 64, a. 5. *Lessius* l. c. l. 2, c. 9, dub. 6. *De Lugo*, De iustitia et iure disp. 10, sect. 1. — De eadem re recentius complures *monographiae* prodierunt, quae praesertim historice et statistice hanc materiam plus minusve copiose illustrant. Ita inter alias: *Th. G. Masaryk*, Der Selbstmord, als sociale Massenerscheinung der modernen Civilisation. Wien 1881. *Morselli*, Il suicidio. Saggio di statistica morale comparata. Milano 1879; idem opus germanice (textu modificato) editum: Der Selbstmord, ein Kapitel aus der Moralstatistik. Leipzig 1881. (Auctor intendit „fulcire modernum determinismum".) *Lisle*, Du suicide. Stati que, médecine, histoire et législation. Paris 1856. *Legoyt*, Le suicide anci et derne. Paris 1881. *M. Inhofer*, Der Selbstmord. Eine historisch-d u sche Abhandlung. Augsburg 1886. *K. A. Geiger*, Der Selbstmord kl Alterthum. Augsburg 1888. *L. Friedlieb*, Die Selbstmordmanie in G art. Würzburg 1877.

nfluxum admiserint et quo impensius, abdicata moralis dignitatis
t vi futurae immortalis conscientia, sensuum fruitionibus vel
atum fluctibus immersi vixerint. Et fortasse ex hac ipsa
num ratione explicandum est factum lugubre, quod glo-
huius aetatis culturam passim comitatur, et quo constat
fere proportione numerum victimarum istius morbi so-
ialis augeri, qua loco institutionis religiosae naturalisticam ani-
norum culturam in societate praevalere contigerit [1].

**Thesis VII. Autochiria proprie dicta tamquam intrin-
la legi naturali repugnat.**

Praenotanda. Autochiria proprie dicta definiri potest:
d *et proprio voluntatis motu suscepta sui ipsius occisio.* Dicitur
occisio: aliud nempe omnino est vitam non servare, aliud
ruere. Quotiescumque actus aliquis ex natura sua pro-
xime et exclusive vel saltem ex intentione agentis ad vitam de-
m dirigitur, directae et proprie dictae occisionis rationem
Si vero actus quispiam, ex quo quidem mors necessario
ur, tamen simul ad aliquid aliud efficiendum ex natura sua
solum ex intentione vel irrationabili protestatione agentis,
ob accidentia quaedam aut sequelas ex morte ipsa exspec-
s) ordinatur, talis actus, seclusa mortis intentione, solum
a et improprie dictam occisionem constituit. In priore
vi destruitur, in altero non servatur; in illo mors infertur,
in hoc permittitur. Haec distinctio inter *directum* et *indirectum,* in rebus moralibus gravissima, eo accuratius hic notanda est, quod non solum ad praesentem, sed ad plures alias similes quaestiones pertinet, quae deinceps tractandae sunt (cf. P. I, n. 85 et 198 sq.). Dicitur porro: *proprio voluntatis motu suscepta*; itaque autochiriam proprie dictam ille etiam non committeret, qui ex voluntate Dei certo sibi manifestata se in mortem daret.

**Probatur I.** Autochiria proprie dicta semper et intrinsece violationem continet supremi dominii Dei; ergo intrinsece mala et illicita est.

Prob. antec. Qui suo arbitrio sibi mortem infert, verum actum dominii exercet a) in propriam suam *personam,* quam (pro

[1] Cf. *Lehmkuhl,* Selbstmord und Irreligiosität (Stimmen aus Maria-Laach XXII [1882], 524 sqq.); Der Selbstmord und die Misshandlung der Statistik (ibid. p. 345 sqq.), continens censuram in specie operis *Morselli* supra nominati eiusque destructivae tendentiae.

sua in corpore exsistentia) destruit; b) in *fructus morales* ei exsistentiae personalis, a cuius duratione pendet modus et g cooperationis eius ad Dei gloriam et benevolos conditoris fi implendos, et cui ipse arbitrarium terminum figit. — Ad s enim rei dominum proprie dictum pertinet eam pro libitu sumere atque destruere, vel eam omni deinceps conaturali et fructificationi ita substrahere, ut ipsum possibilitatis eius f damentum tollat. — *Atqui* circa utrumque ius dominii excl et essentialiter *soli Deo* competit, et quidem:

1. *Circa personam hominis.* Ad conceptum omnis dom pertinet, ut dominus de re tamquam sua in usus proprios ponere legitime possit. Iam vero haec condicio respectu hom nulli alteri subiecto iuris convenire potest nisi soli Deo, qui hominis *conditor* ita et eius *finis* est, et cui proinde persona mana *secundum totum suum esse* essentialiter et absolute sul natur. Homo autem cum non sit „finis in se", neque i i dominium habere potest, sed earum tantum rerum, q media subordinantur, et quarum ipse proprius finis .

2. *Circa eius fructus morales.* Id iam ex dominio circa sonam aperte sequitur; nam etiam hic valet commune iuris axio Res fructificat domino. Quamvis enim de vero et proprie d emolumento Dei ex hominis vita percipiendo sermo esse possit, omni tamen homini eo ipso, quod a Deo ad ipsius glor cum certis mediis huic fini accommodatis et insuper cum eli libertate conditus est, certa aliqua praestatio ex divino iure cumbit, qua unusquisque pro suo statu suaque individuali dicione ad sanctissimam illam creatoris intentionem libere currat necesse est, et quidem eo modo eaque temporis mei quam *domini* beneplacitum ac providentia sibi praestituerit. H igitur praestationis mensuram per vitae terminum definire ad solum spectat, cuius proprium ius est ipsam praestationem exig

Unde merito *concludimus* omnem hominem, qui Dei ini vitam abicit, eo ipso supremum Dei dominium sibi arroga violare, quo nihil magis recto ordini contrarium esse potest.

Et vero huius argumenti vis vel ipsos gentiles philoso minime latuit. Ita iam *Socrates*[1] disserit: „Id mihi, o Cebes, r dici videtur, Deum quidem curam habere nostri; nos vero hom unam quandam ex possessionibus esse deorum. Nonne igitu

[1] Apud *Platonem* in Phaed. c. 6, p. 62.

si quod ex mancipiis tuis se ipsum perimeret, irascereris illi, si ] atem haberes, et poena quadam afficeres?" Notum est rae quoque simile effatum, quo nemini dicebat fas esse summi imperatoris, id est Dei, de praesidio, de statione decedere, ut refert *Cicero*[1]. — Quod si insuper ad causas mus, quibus homo plerumque ad facinus istud tam atrox tur, ad hanc iniuriam Deo irrogatam illa etiam accedit, suicida *Dei providentiam, bonitatem et misericordiam ipso blasphemat.*

**obatur II.** Autochiria ordinato amori, quem homo ex lege sibi ipsi debet, intrinsece repugnat. Ergo numquam non

Prob. antec. 1. Verum et essentiale bonum hominis in vita in morali ordine constanter prosequendo consistit, in quo um divinae providentiae consilium et via adipiscendae bea- iis et palaestra meritorum pro futura retributione sita est. o, qui sponte vitam destruit, ipsum subiectum activitatis lis et meritoriae tollendo, omnem ulteriorem huius boni co- ac possibilitatem sibi inimica manu adimit.

2. Quantopere haec impia in se ipsum crudelitas toti *naturae ini* atque adeo legi naturae repugnet, ipse quoque sui conser- li stimulus mortisque horror comprobat, quem creator omni i *naturaliter* inditum voluit.

**Probatur III.** Quemadmodum universus ordo moralis, ita in specie ordo socialis lege naturali sancitur. Atqui autochiria proprie dicta ex natura sua huic ordini contradicit. Ergo intrinsece mala est.

Prob. min. Omnis homo secundum suam individualem exsistentiam non per se vel suo arbitrio, sed per supremum generis humani auctorem ac gubernatorem humanae societati tamquam actuale et activum membrum inseritur eique certis et concretis vinculis atque officiis obstringitur, quibus proinde suo arbitrio derogare sine iniuria in societatem non potest. Iam vero quisquis proprio voluntatis motu e societate humana decedit, omnia haec officia contemnit, charitatis et iustitiae vincula disrumpit, et quibus solacio, utilitati, aedificationi esse deberet, dolori, exitio, horrori et scandalo est. Ergo autochiria ex natura sua societati

[1] De senectute 20.

iniuriosa est et sociali ordini repugnat. Ideo enim *Plato* tamquam crimen sociale publica ignominia notari voluit, sta ut suicidae extra urbem in loco deserto sine epitaphio i derentur potius quam sepelirentur[1]. *Aristoteles* vero de in inhonestate suicidii, qua per se naturae rationali et Deo iniu sit, adeo nil ipse dubitat neque ab ullo sano philosopho di posse existimat, ut hac quaestione omissa potius inquirat, ratione omnis, qui se ipsum interficiat, insuper iniuriose i *semet ipsum* et *societatem*. Concludit eandem actionem de ignaviam viro forti indignam, simulque iniustitiam et c societatem[2].

41. **Corollaria.** I. *Directa quoque proprii corporis naturaliter illicita est.* Quamquam enim non omnimo n a chiriae malitiam in se comprehendit, eam tamen maiore m gradu participat. Nam corporis membra eorumque integri eidem dominio subsunt, cui ipsa persona humana, ad quam c stituendam organice concurrunt. Neque impedit, quod il quam partes toti homini subordinantur atque in eius tantur. Etenim hic usus minime illimitatus, sed admodum strictus homini conceditur, nec proinde veri dominii, sed p cuiusdam commodati rationem denotat. Singula videlicet tamquam operandi instrumenta non extrinsecus hominis ar assumpta, neque simpliciter eius libertati concessa, s a *ditore ad determinatas organicas functiones naturali ord iniuncta et substantialiter unita sunt.* Unde ea tantum l de iis suo iure disponere potest, ut hac sua naturali ma non priventur, sed maneant corpori unita et suis organicis fi tionibus accommodata.

II. Ille etiam autochiriae reus censendus est, qui actiones non quidem de se lethiferas, sed tamen mortem accelerantes cum hac intentione committit.

III. Quoniam in communi ordine providentiali potestas vitae et mortis nemini privato committitur, exceptio ab hac lege numquam quacumque de causa praesumi potest, sed pro singulis casibus certo et supernaturali Dei interventu constare deberet.

---

[1] De reali usu huius poenae apud Graecos vide *Leop. Schmidt*, Ethik der alten Griechen II (Berol. 1882), 104 et 441.

[2] Eth. Nic. l. 3, c. 9—11; l. 5, c. 11; Eth. Eudem. l. 3, c. 1. — Cf. praeterea quae habet *Cicero* in Somnio Scipionis l. 3 et Tusc. quaest. l. 1,

ropterea nec aerumnae graves nec servitus nec egestas nec con-
ia scelerum et poenitentiae studium nec metus amittendae
citiae aut supernae beatitudinis desiderium legitima ratio
umendae eiusmodi licentiae umquam esse possunt [1].

## Notanda ad solvendas difficultates.

12. 1. De tribus argumentis, quibus ad thesin probandam usi
s, hic notasse iuvat, quamvis singula obiectivam suam vim
di habeant, inter se tamen comparata aliquatenus gradu
niversalis efficaciae differre. Prae ceteris namque *primum* argu-
um ita per se absoluti et invicti roboris est, ut pro qua-
que hypothesi nullum plane effugium admittat. Cetera autem,
ime *tertium,* suapte natura eiusmodi sunt, quae multo facilius
apparentibus rationibus offuscari potius quam infirmari
it, undique scilicet confictis possibilibus rerum adiunctis,
aliquando ab illa conclusione exceptio rationabiliter ad-
i posse videatur. Quam ob rem nonnulli graves quidem auc-
s, ut *de Lugo* [2], soli primo argumento vim absolute validam
cte demonstrativam inesse existimarunt. Verum quidquid
sive ceteris argumentis nomen propriae demonstrationis sive
ntis gravissimae confirmationis tribui quis maluerit, ipsi
tati, quae in thesi asseritur, nil detrahitur. Omne profecto
n, quod ex his solis fortasse minus clare et efficaciter ali-
ndo vinci posse videretur, simplici recursu ad primariam pro-
m pro eo, qui theismum saltem profitetur, peremptorie
itur.

2. Ita inter recentiores philosophos etiam *Paulsen* [3], qui multis rationibus suicidium, saltem generatim, a qualitate criminis moralis excusare conatur, ante omnia ad certa *theismi* principia remittendus est. Mirum non est secundum principia ethica a *monismo* informata ei aliam denique conclusionem non patere nisi hanc negativam: „suo quidem iudicio fieri non posse, ut actio, qua quis libera voluntate vitae finem imponit, in quibuscumque circumstantiis tamquam laesio officii moralis construatur.“

---

[1] Sic erravit *Cicero* (Tusc. quaest. l. 1, c. 30) excusans vel laudans suicidium Catonis aliorumque, eo quod nutum Dei secuti sint, qui per rerum eventum iustam causam ipsis dederit.

[2] De iustitia et iure disp. 10, sect. 1. 3—8.

[3] System der Ethik II (1894), 101 sqq.

3. Ridicula est ratio, quam *Hume* (De suicidio talitate) contra primam probationem afferre non eru it: ipsum occidere repugnaret absoluto dominio Dei in vitam illicitum similiter dicendum esset avertere a nobis quo vitae periculum a causis physicis nobis impendens, v. g. i qui ex alto in caput nostrum casurus videtur (!). Id omnibus licitum habetur. Responsum continet th seq

4. De viris quibusdam ac mulieribus sanctis, sp in mortem irruisse historia sacra et ecclesiastica c explicationem tradit *S. Augustinus*[1], docens, tales ho ti Deum, si hoc fecerint non humanitus decepti, s divini nec sceleste nec errantes sed oboedientes fecisse, sicut de sone aliud nobis fas non sit credere.

5. Etiamsi per solam philosophiam non omnino certum (id quod tamen saltem supposita revelatione ex rationis lumine firmari posse ostendimus: P. I, n. 75 sqq.) post vitam nullum homini virtutis exercitium superesse neque ul augendae moralis perfectionis copiam, quemadmodum li contra philosophicum probandi modum potius quam c t obiiciunt, — nihilominus autochiria neque a gravi inordina contra amorem, quem homo sibi ipsi debet, neque ab Deum eximeretur. Semper enim certum manet suicidam, *in se est*, virtutis exercitium sibi deinceps reddere imp .

6. Qui vel solius illius argumenti, quod primo loco p i vim rite perspexerit, facili opera sescenta sophismata ol quae magna parte e fontibus antiquis petita[2] a re ioril pseudophilosophis iterum atque iterum circumferuntur. Huc alia pertinent dicta huius modi: Fortis animi fa segniter exspectare, sed illi obviam ire[3]; — pruden m

---

[1] Quaest. 49 in Iudices (Locut. l. 7). — Cf. De civ. Dei l. 1, c. 21; *S. Iustin.*, Apol. II, c. 4.

[2] Inter antiquos praecipui defensores autochiriae erant stoici et epicurei. Prae ceteris autem *Seneca* in ep. 58 et 70 uberem et etiamnunc vulgarem fontem sophisticarum rationum reliquit, quibus pro certis vitae adiunctis suicidium commendaret. Et in ep. quidem 58 senibus, in ep. 70 generatim illud licitum esse probare conatur.

[3] Scilicet id ipsum, quod cum clarissimis antiquioribus philosophis *Aristoteles* (Eth. Nic. l. 3, c. 11, ed. *B.* 1116, a. 12) summam ignaviam esse docuit. *Τὸ δ' ἀκροδυνίζειν φεύγοντα πτῶσιν ἢ ἕρπετα ἢ τι λυττῶν οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνελευθέρου· μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίκονα.* — Cf. *S. Thom.* l. c. a. 5 ad 5. *S. Aug.*, De civ. Dei l. 1, c. 22—24. Opportune ipse *I. I. Rousseau*

um prae maiore eligere; — Deum miserae creaturae irasci non , quae malis, quibus ferendis impar est, finem imponat, ne- rem filio posse esse offensum, qui a regione dissita redeat, e cum patre; — vitam donum quoddam esse, proinde re illud reddere donatori; — „si inutile ministeriis est corpus, ni oporteat educere animum laborantem?“ — hominem so- ati inutilem et nocivum posse se aequiparare putrido membro, abscindere liceat, ut totum corpus salvetur; — licere saltem imere, ut imminens turpiter vivendi vel salutis aeternae idae periculum praeveniatur[1]; — et alia similia.

7. Chirurgicae incisiones vel amputationes membrorum, quae vitam vandam adhibentur, cum *directa* mutilatione confundi del t. Illis enim nihil aliud directe intenditur, quam mali o infesti remotio, membri autem, ceteroquin iam corrupti, ra indirecte permittitur. Aliud dicendum, si amputatio ad finem it um ac de se extrinsecus tantum cum ea conexum susci- r, v. g. ad movendam hominum commiserationem quaestus aut ad se inhabilem reddendum praestationibus subeundis sibi molestis[2].

## § 2. Officia affirmativa.

**43. Thesis VIII. Positive etiam servare vitam et corporis sanitatem, generatim tamen non mediis extraordinariis aut quavis condicione, tenemur.**

Praenotanda. Duo in propositione continentur: 1. Indefinite et generatim asseritur exsistentia praecepti naturalis servandi vitam etc. 2. Statuuntur limites, intra quos eius obligatio restringitur. Media extraordinaria ea putanda sunt, quae sine respective gravi incommodo adhiberi nequeunt. Ad haec assu-

---

(Nouvelle Héloise III, 22) annotat inter illos fortissimos viros, qui optimis reipublicae romanae temporibus florerent, frustra quaeri qui, etsi incredibili vitae miseria opprimerentur, aequum putaverint officiorum onus per violentam mortem deponere. Quare et *Martialis* bene canit: Rebus in adversis facile est contemnere vitam, — Fortiter ille agit, qui miser esse potest.

[1] Respondet *S. Aug.*, De civ. Dei l. 1, c. 25: „Quis ita desipiat, ut dicat, iam nunc peccemus, ne postea forte peccemus, iam nunc perpetremus homicidium, ne forte postea incidamus in adulterium.“ — Ceterum nulla ex his apparentibus rationibus vim primi argumenti, ut diximus, effugere valet. Vivere in hoc corpore non solum Dei „donum“, sed simul praeceptum est, donec ipsi sapientissimo conditori visum fuerit nos hinc avocare.

[2] Cf. *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 65, a. 1.

menda generatim seu per se obligationem exsistere negatur. Qu enim aliquando contingat quemquam in casu particulari hac non eximi, id non nisi per accidens et vi altioris officii e

**Probatur pars I.**

Vita et sanitas corporis ex intentione creatoris hanc d tionem habent, ut homo iis tamquam mediis non libere sed divinitus assignatis ad suum in his terris finem comp Deumque glorificandum utatur; eademque media suapte eiusmodi sunt, quae ad sui conservationem cooperatione p ex parte hominis indigeant. Ergo in obligatione ad illum pariter continetur obligatio ad hanc positivam cooperation communi ordine naturae necessariam. Adde quod huic officio essentiali ipse etiam naturalis instinctus cunctis viventib ditus plane consentit.

**Probatur pars II.**

1. Praeceptum servandi vitam et corporis sanitatem est affirmativum. Atqui ex communi axiomate: „Praecepta a mativa non obligant semper et pro semper" (P. I, n. 234), minatim tum per se non urgere censenda sunt, cum ser queunt absque respective gravi incommodo, i. e. tali, qu comparatione ad finem praecepti seu bonum ab eo intent tionabilem proportionem excedit. Nulla quippe legis obli ultra intentionem legislatoris se extendere potest; hanc aut esse mentem legislatoris etiam naturalis in praedicto casu s dum rectam rationem legitime existimatur. Ergo . . .

2. Vita et corporis sanitas non alio fine nobis dantur, quam ut iis *recte,* ad virtutis nimirum exercitium Deique gloriam, utamur. Atqui rectus hic usus non raro ex natura rei vel sanitatis ac virium corporis praematuram absumptionem, vel subeundum mortis discrimen vel certum etiam vitae sacrificium inevitabili condicione annexum habet. Ergo sunt casus, in quibus ad vitam vel corporis valetudinem positive servandam non solum non obligamur, sed immo, ut eam neglegamus, i. e. eius iacturam permittamus, aut consulitur aut praescribitur.

3. Probatur etiam ex *absurdis,* quae ex sententia contraria sequerentur. Nam praeterquam quod intenta semper conservandi corporis cura intolerabile homini onus atque ipsa morte durius imponeret, omnes etiam altiores vitae fines absorberet ac nobilioris animi conatus, e quibus et privata et publica salus pendet, restringeret.

**Corollaria.** I. Vi huius praecepti non solum mala et peri-
ı vitae imminentia mediis saltem ordinariis propulsare, sed
ı actus, qui mortem afferunt vel accelerant, licet ex natura
proxime ad aliud ordinentur, omittere tenemur, nisi gravis
ı ] ıesta causa urgeat. Quapropter eidem praecepto contraria
tum temeritas in adeundis vitae periculis ex inani osten-
› aut ob fines ludicros vel nullius fere utilitatis, tum vitia,
itatem vitamque paulatim destruunt, quo plus minusve
nitae passiones pertinent. Quamvis enim homo per haec
mortem directe non intendat, indirecte tamen cuiusdam
chiriae reus est, quod vitae destructionem sine legitima causa
;tat.

II. Certo etiam mortis periculo sese exponere aliquando pro
adiunctis vel licitum vel consultum vel etiam praeceptum
po : *licet* nempe, quoties respective gravis causa subsistit
ım permittendi; *consulitur,* ubi agitur de bono altiore et
ritae c vatione maiore; *praecipitur,* quoties vita servari vel
d in declinari nequit absque laesione praecepti natu-
n ıtivi, vel affirmativi quidem sed vel per se vel per ad-
, praevalentis.

III. Corporis etiam castigatio et austeritates, quas exemplo
ıli (Rom. 7, 23) homines christianae perfectionis studiosi
fine suscipiunt, ut efficacius frenum sensualibus inclinationibus
ı ıt, quo et a peccandi periculis remotiores, Deo autem coniunctio et ad bona spiritualia abundantius percipienda expeditiores efficiantur, non solum licitae (secluso tamen inordinato excessu), sed etiam laudabiles censendae sunt, tametsi forte per eas corporis vires aliquatenus atterantur, aut etiam vitam inde aliquantulum abbreviari praevideatur. Immo pro adiunctis personarum ac temporum eiusmodi media respectu finis ultimi etiam necessaria esse possunt. Molles vero illi philosophi, qui ista vel severe condemnant vel suis irrisionibus prosequuntur, invitandi sunt, ut hanc suam humanitatem exerceant potius in re multo magis obvia et longe graviori. Videant nimirum, quid de iis plane innumeris hominibus sentiendum sit, qui vel ad sublevandam vitae indigentiam vel augendi temporalis lucri gratia non dubitant diu noctuque gravissimis laboribus se mancipare, subterraneas divitias perquirentes communi hac luce et aere se privare, quotidianis vitae periculis se obiicere, certe autem de notabili annorum numero illam abbreviare?

## Articulus 4.

*Officia circa bona status externi.*

45. Hoc nomine vulgo eam classem bonorum i
minis comprehendunt, quae nullam quidem personae i
se spectatae partem neque essentialem neque integralem
stituunt, attamen arctissimo morali vinculo, tamquam i
vel media extrinsecus subordinata, eidem conectuntur
extrinsecus adhaerent. Huc imprimis referri solent *honor,*
*tas externa, opes.* His nimirum externis praesidiis homin
sociali sua natura et destinatione, generatim omnes,
omnes eodem modo et gradu, indigent, ut finem sibi in
praestitutum rite adimpleant. In eo enim iuventur
modo aliorum benigno de se iudicio et commendatio ,
rerum aliqua copia, de quibus in usus suos disponere '
opibus in sensu strictae et stabilis proprietatis hic no
mus), et praesertim libera facultate vires suas exerce i, ut
fectionem suam Deique obsequium actionibus suis expedite
sequantur. Verum cum de iisdem singillatim inferius a
sit, ubi hominis *iura* in iis fundata examinantur, hoc lo
nerale statuisse principium sufficiet, unde facile pro varia
condicione atque adiunctis unusquisque colligere possit, q
quanta officia circa procurationem et conservationem hu
neris bonorum sibi incumbant, ut ordinato sui amori

46. **Thesis IX. Bona status externi in t**
**tenemur, in quantum ad finem moralem huius vitae**
**sunt; praeter hunc respectum ad moralitatem vero a**
**statum externum prosperitatem quaerere non obl**
**generatim nobilius est eam neglegere** [1].

**Probatur pars I** (obligationem affirmans).

Speciali aliqua probatione hoc minime indiget, cum simplex applicatio sit certissimi illius principii: „Qui tenetur ad finem, tenetur etiam ad media necessaria."

---

[1] Cf. *S. Thom.*, C. gent. l. 3, c. 133: „In tantum igitur divitiae b
sunt, in quantum proficiunt ad usum virtutis. Si vero iste modus exc
ut impediatur usus virtutis, non iam inter bona computandae sunt, sed
mala. Unde accidit quibusdam bonum esse habere divitias, qui iis u
ad virtutes; quibusdam vero malum est eas habere, qui per eas a vi
retrahuntur, vel nimia sollicitudine vel nimia affectione ad ipsas vel

**Probatur pars II** (obligationem negative limitans).

Nulla exstat obligatio nisi ad ea, quae necessariam conexio- habent sive proximam sive remotam cum fine ultimo (cf. '. I, n. 226). Atqui prosperitas in bonis status externi sita, ;en nullam habet medii necessarii rationem ad hunc finem, e. ; certum aliquod officium morale implendum, praedicta ne- ia conexione caret, et est aliquid de se plane indifferens. o ad eam obligatio induci non potest (cf. ibid. n. 75 sqq.).

**Probatur pars III** („generatim nobilius etc.").

Nulla ex parte hominis morali perfectioni maiora obstacula ; cula imminent quam ex abundantia honorum, externae atis et bonorum fortunae, et praeterea ad haec inordinate nda homo iam toto vitiatae naturae pondere inclinatur. Itqui nobilius est etiam remota peccandi pericula evitare et ; enire frenaque naturae appetitibus iniicere, etiam ubi abs- a praescripta non est. Ergo tum ut peccati pericula certius iamus, tum ut fortiter naturae vitiatae propensiones vinca- nobilius est ultra quam ad officia implenda necesse est externum vitae statum prosperum non quaerere.

47. **Scholium.** Atque ita evangelica etiam consilia cum sana philo- ia tam parum pugnant, ut potius cum ea perfecte consentiant. Sed dum Christi consilia per se praecepta non sunt, ita longe abest, ut ea, quae quidem per se non praescripta, immo et generatim minus perfecta dicuntur, eadem per se mala et illicita declaremus. Tum autem sane eiusmodi externae prosperitatis studium ad malum deflectit, cum vel per se inordinatum est, vel inordinato modo exercetur, atque ita non solum necessaria conexione cum fine ultimo caret, sed vel positive ad fines virtutis exercitio adversos, vel saltem nullo utilitatis respectu illi subordinatos dirigitur.

## Caput III.

### De officiis hominum mutuis inter se.

48. Omissis officiis hypotheticis, quae in peculiaribus socialibus nexibus fundantur, de iis tantum hic agimus, quae per ipsam naturam hominis specificam determinantur, atque omnibus hominibus communia sunt, quare et *absoluta* dicuntur. Haec duplicis

---

mentis elatione ex iis consurgente. . . Et hoc est commune omnibus exterioribus, quia in tantum bona sunt, in quantum proficiunt ad virtutem, non autem secundum se ipsa."

generis distinguuntur, mere *ethica* (officia caritatis) et i (officia iustitiae). Quamquam enim completa caritas etiam tiam tamquam sui gradum maxime essentialem comprehe a fortiori supponit, in particulari tamen dantur officia erga mum, quae ethica tantum seu caritatis, non autem iuridica sed non vice versa officia iuridica seu iustitiae, quae non sint ethica vel non aliquo modo in generali caritatis contenta. Ab hoc ultimo igitur exordium facimus, ut ir officia praesertim iustitiae specialius consideranda descen simul cum iuribus, quibus eadem ut proximo suo funda respondent.

## Articulus 1.

*De generali officio amoris erga proximum.*

49. Quemadmodum amor bene ordinatus sui ipsius co principium est, unde omnia hominis erga se ipsum offici vantur (n. 29), ita etiam *amor erga alios homines* caput ciorum, quibus homines erga se invicem obstringuntur; quam officia illa, quae iuridica dicuntur, sub eo *praecise re quo iuridica sunt,* ex hoc solo fonte derivari non possunt, praedefinitis iuribus dignosci debent. Hic amor autem ut natus et verus sit, pariter ex vera aliorum *aestimatione* ta intellectuali suo fundamento proficiscatur necesse est (n. 30). est, quod amor proximi bene ordinatus ac rationalibus fundatus, ut ab amore, qui solum sensuali affectu suadetu distinguatur, peculiari vocabulo *caritas* nuncupatur, qua strictiore sensu haec vox ad solum amorem Dei et proximi naturalem restringitur. Atque ita quidem ratio philosophi praecepto Christi Domini plane consentit, docens:

50. **Thesis X. Tenetur homo amare proximum se ipsum.**

Praenotanda. Particula „sicut" hoc loco non ex aequationem secundum intensitatem seu quantitatem, sed secundum directionem et formale motivum amoris. Itaqu naturae praeceptum nequaquam contradicit axiomati: „Amo ordinatus incipit ab ego." Et vero, ut *S. Thomas*[1] docet: „ unusquisque se ipsum amat quam alium, quia sibi unus

[1] *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 27, a. 3.

ın alteri vero in similitudine alicuius formae." Et alibi: o hominis ad se ipsum est sicut exemplar dilectionis, quae ır ad alterum. Sed exemplar potius est quam exemplatum." [1]

**ur.** Amor proximo debitus proportionatur aestimationi, ex recto naturae ordine illi debemus. Atqui in proximo ı ac in nobis ipsis naturae dignitatem, eandem illi feli- n atque altissimam destinationem a Deo communi omnium ɔre ac fine ultimo propositam cognoscimus, proinde parem is illi aestimationem deferendam recta ratio exigit. Ergo ı amare quoque similiter ac nos ipsos, i. e. sincere illi bene le sicut nobis ipsis, debemus.

Adde, quod huic naturali praecepto ipse etiam naturae inconsentit. Videlicet, ut observat *S. Thomas:* „Ex hoc, aliqui duo sunt similes, quasi habentes unam formam, sunt ımmodo unum in forma illa, sicut duo homines sunt unum e humanitatis. Et ideo affectus unius tendit in alterum in unum sibi, et vult ei bonum sicut et sibi." [2]

**Corollaria.** I. A communi amore, quo unusquisque alios amare tenetur, etiam *inimicus* licite non excluditur, quia hoc, quod inimicus sit, non cessat esse humanae naturae ıceps [3].

II. Si quidem amor hominis bene ordinatus erga se ipsum esse debet amoris aliis hominibus exhibendi, patet hunc

---

[1] *S Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 26, a. 4; cf. q. 25, a. 4.

[2] Ibid. 1, 2, q. 27, a. 3.

[3] Ibid. 2, 2, q. 25, a. 8: „Dilectio inimicorum tripliciter potest conri. Uno quidem modo, ut inimici diligantur, in quantum sunt inimici; hoc est perversum et caritati repugnans, quia hoc est diligere malum alterius. Alio modo potest accipi dilectio inimicorum, quantum ad naturam, sed in universali; et sic dilectio inimicorum est de necessitate caritatis, ut scilicet aliquis diligens Deum et proximum ab illa generalitate dilectionis proximi inimicos suos non excludat. Tertio modo potest considerari dilectio inimicorum in speciali, ut scilicet aliquis in speciali moveatur motu dilectionis ad inimicum; et istud non est de necessitate caritatis absolute, quia nec etiam moveri motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines singulariter est de necessitate caritatis, quia hoc esset impossibile. Est tamen de necessitate caritatis secundum praeparationem animi, ut scilicet homo habeat animum paratum ad hoc, quod in singulari inimicum diligeret, si necessitas occurreret. Sed quod absque articulo necessitatis homo etiam hoc actu impleat, ut diligat inimicum propter Deum, hoc pertinet ad perfectionem caritatis."

quoque *eatenus bene ordinatum* dici posse, quatenus *form* cum illo consentit, nec proin quivis benevolentiae aut incli sensus virtus caritatis censenda est.

III. Quamquam omnes homines praecise qua tales amandi sunt, servandus est tamen aliquis *ordo amoris* ficentiae, quatenus homines secundum individualem dive considerantur. Fundamentum autem huius ordinis aliud non quam ipsius amoris, nimirum *similitudo,* quae quo magis ad tatem et identitatem accedit, eo potior amoris ratio est. generatim in hoc ordine gradu potiores habendi sunt qui peculiaribus unionis titulis sunt propinquiores. „Sed", ut *S. Thomas*[1], „propinquitas unius hominis ad alium pote at secundum diversa, in quibus sibi ad invicem homin co cant, ut consanguinei in naturali communicatione, c civili, fideles in spirituali, et sic de aliis. Et secundum di coniunctiones sunt diversimode diversa beneficia dispensanda; unicuique est magis exhibendum beneficium pertinens ad rem, secundum quam est magis nobis coniunctus, simplici quendo. Tamen hoc potest variari secundum diversitatem rum et temporum et negotiorum. Nam in aliquo casu est subveniendum extraneo, puta si sit in extrema necessitate, etiam patri non tantam necessitatem patienti."

**52. Scholium.** Ex dictis facile colligitur omnia offi h s soluta *erga proximum* cum officiis erga se ipsum se c sive considerantur *negativa*, quibus omne genus l vel vel boni cuiuspiam aliorum naturaliter prohibetur; sive a a, efficax etiam benevolentia seu positiva identidem amo obseq beneficentiae opera praecipiuntur. Propterea utri hu o officia duplici illa regula, quae vulgo quasi per ex turae" audit, comprehendi solent: Quod tibi fieri non , alt fe — et: Quod tibi vis fieri, alteri facias. Nihilomin non omn tiendum videtur iis auctoribus, qui non separat de of erga se et erga alios, sed promiscue de utrisque agendum mant. Id recte quidem, si illa ergo alios officia excipias, q solum merae caritatis, sed et iustitiae ordinem respiciunt, quo negativa pertinent, quemadmodum omnia officia iuridica, sin minus f certe re ipsa ad negativa reduci possunt. Eo videlicet officia in a reliquis etiam quoad tractandi methodum differunt, quod, etsi in uno eodemque principio reductivo, generali amoris praecepto,

[1] S. theol. 2. 2. q. 31. a. 3; cf. ibid. q. 26.

t, suum tamen proprium principium deductivum, iuris ordini ac- ı requirunt. — Itaque ne eadem bis agamus, omittimus hoc de o erga proximum singillatim dicere, quae officiis hominis se sub omni respectu analoga sunt, et reliquum huius capitis trac- ı ad ea sola restringimus, quae aliquem iustitiae respectum prae ınt vel admixtum habent.

## Articulus 2.

### *De officiis mutuis circa bona animi.*

### § 1. Circa bona intellectus.

Huc imprimis mutuum officium *veracitatis* referendum est. ı ium enim ac vitale bonum intellectus nostri veritas est, in vel augmentum vel detrimentum et privationem mutuum n commercium multipliciter influere potest. Officium vera- s partim *negativum* partim *affirmativum* est; qua negativum mendacium vetat, qua affirmativum certis in adiunctis etiam veritatem aperire seu non celare praecipit. Utrumque aliquam ·ationem postulat; qua praemissa veracitatis relatio ad ;m strictae iustitiae paucis examinanda erit.

#### A. De mendacio.

*Mendacium* definiri solet: *locutio deliberata contra mentem;* e per se non veritati logicae seu conformitati signorum cum re ıificanda, sed *veritati morali* seu conformitati signorum cum ıi sensis opponitur.

Pro diverso fine seu effectu externo, ad quem mendacium dirigitur, distinguitur *perniciosum, officiosum, iocosum. Perniciosum* dicitur, quod in aliorum detrimentum vergit ab errore in se spectato distinctum; *officiosum,* quod ad utilitatem qualemcumque vel declinandae alicuius difficultatis causa committitur (Nothlüge); *iocosum,* quod solum delectationis gratia adhibetur. — Quod si locutio contra mentem non verbis, sed actione verborum vices gerente constat, *simulatio* vocatur, quae proin recte etiam mendacium reale dici potest. Cum hac confundi non debet *dissimulatio,* quae est omissio signorum, quibus sensa mentis produntur; proinde a simulatione non secus discrepat ac reticentia seu omissio verborum, quibus alteri quicquam significaretur, a locutione mendaci.

In reprobando mendacio tamquam in se malo cu *S. A*
*stino*[1] universa post ipsum scientia moralis christia
novatores saeculi XVI unanimis consenserat. Post L
(qui ipse iam urgentis necessitatis vel utilitatis causa exc
ab illa regula admisisse legitur) praeeunte quidem, etsi timide
huc, *H. Grotio*[2], inter protestantes complures iuris naturalis d
res[3] veteris sententiae rigorem mitigare ac „humanae del
magis accommodare susceperunt. Id vero, intacta manente
naturali, qua omne mendacium prohibetur, strictiore aliqua
tatione ipsius conceptus mendacii proprie dicti opportune ob
posse existimabant. Itaque omne quidem *verum* men
semper illicitum esse fatentes, inventa tamen nova d
inter *mendacium proprie dictum* et *falsiloquium* latius a
periculo plenas huius moralis principii exceptiones statuerunt.
nominis mendacium hi auctores eam tantum locutionem c
mentem esse volunt, *quae iuri aut bono aliorum repugnet;*
pliciter autem effatum contra mentem, etsi deliberatum,
loquium appellant, nec per se illicitum arbitrantur, quot
nec ius habent nos interrogandi nec damnum aliquod ex
falsitate patiuntur. Unde alii rite inferunt falsiloquium, quo
grave malum aut a se aut ab aliis avertere possit, etiam a
naturali praeceptum esse. Illorum fere vestigia deinceps rec
quoque scriptores acatholici, ubi de re morali agunt, vix
communiter sequi solent[4].

Sed qui genuinam atque formalem mendacii rationem at
tius consideraverit, facile intelleget, quantum haec doctr
que hypothesis a veritate declinet. Nihil equidem im it,
minus quis, si ita libuerit, mendacium a falsiloquio
at vero his vocibus ne aliena plane significatio su

[1] Enchirid. c. 13 et 22. — Prolixius autem de hac re in
de mendacio ad Consentium et libro contra mendacium. Cf. canu
controversiarum V, 20.

[2] De iure belli ac pacis l. 3, c. 1, § 10 sqq.

[3] Ita inter alios *Pufendorf*, De iure nat. et gent. l. 4, c. 1; *Gronovius* in Adnot. ad Grotium; *Sam. de Cocceii*, Introd. ad Grot. dissert. 12, § 521 et 750.

[4] Cf. inter alios: *de Wette*, Christl. Sittenlehre III, 126. *Marheineke*, System der theologischen Moral p. 451 sqq. *Martensen* („episcopus" protestanticus Seelandiae in Dania), Die christl. Ethik II (ed. 1879), 245 sqq. — Magis etiam huc referendi qui longius a positiva christiana fide dissident, ut *G. v. Gizycki*, Grundzüge der Moral (1883) p. 108; *W. Wundt*, Ethik (1892) p. 546; *Paulsen*, System der Ethik II (1894), 187 sqq.

le vera enim non alia inter mendacium et falsiloquium diver-
itas subsistit, quam ea, qua mendacium *formale* a *materiali* di-
ıguimus, eo videlicet, quo quis falsum, quod verum bona fide
.t, enuntiat. Atque ita omnino tenendum est quod monet
in cus Doctor dicens: „Mendacium non solum habet rationem
ati ex damno, quod infertur proximo, sed ex sua inordina-
.“[1] Quo sensu ponitur:

**T sis XI. Omnis deliberata contra mentem locutio
i contraria est.**

**Probatur I.** *Ex eo, quod repugnat naturae rationali.* Recto
et hinc legi naturali contrarium est quidquid formaliter
li naturae contradicit. Atqui id de omni contra mentem
ɔne dicendum est. Ergo . . .

Prob. min. Rationalis natura tota quanta, quemadmodum
m voluntatem in bonum, ita secundum intellectum eiusque
tionem tum internam tum externam seu locutionem in *verum*
liter dirigitur, in quo etiam ultimus eius finis et essen-
perfectio demum completur, et in ea ipsa destinatione na-
hominis dignitas consistit. Atqui nil magis huic formali
rationalis directioni contradicit quam locutio contra
m; cum enim sermo suapte natura sit complementum
ım externum operationis intellectualis internae, essentialiter
quoque huius destinationem participat, ac proinde eo ipso, quod
deliberate falsum enuntiat, deliberate quoque aliquid, quod
rationali formaliter adversatur, amplectitur.

**Probatur II.** *Ex eo, quod repugnat naturae divinae.* Quid-
quid naturae hominis rationali formaliter repugnat, divinae quoque
naturae contrarium et iniuriosum est; etenim humana natura
praecise ut rationalis Dei imaginem prae se fert, unde oritur
obligatio hanc Dei similitudinem, quantum a voluntate nostra
pendet, reverendi atque servandi, i. e. saltem positivum dissensum
cum divino exemplari non admittendi. Atqui ex praemonstratis
mendacium naturae rationali formaliter contradicit. Ergo et di-
vinae naturae iniuriosum et illicitum est[2].

---

[1] S. theol. 2, 2, q. 110, a. 3 ad 4; cf. ibid. a. 1. *Lessius* l. c. l. 2, c. 47, dub. 6. *De Lugo,* De fide disp. 4, sect. 4 et 5.

[2] Hinc est, quod et graecis philosophis (ut bene ostendit *L. Schmidt,* Ethik der Griechen II, 403 sqq.) nulla alia ratio reprobandi mendacium magis

**Probatur III.** *Ex eo, quod rationali dignitati proximi iuriosa.* Locutio contra mentem etsi non semper ad aliquod ab errore distinctum, semper tamen et per se rendam menti aliorum falsitatem tendit, etiam tum, ubi effective non recipitur. Atqui id non minus digni i proximorum ac reverentiae illi debitae contrarium q ipsius, qui falsitatem enuntiat, quia *veritas essentiale creaturae bonum est,* eique falsitas pro vero suggesta fon opponitur. Ergo etiam sub hoc respectu mendacium ra ordini contradicit.

**Probatur IV.** *Ex eo, quod socialis vitae se* Illud certe legi naturali contrarium esse praesum lum , si permissum foret, socialis vitae securitatem sub et. si falsiloquium in sensu adversariorum liceret, de hac securi actum esset.

Prob. min. Vitae socialis eiusque securitatis necessarium fundamentum est fides et fiducia mutua. Iam vero huic non solum mendacii perniciosi ac damniferi, sed cuiuscumque falsiloquii co- honestatio adversatur. Hoc enim dato iam quisque iudex con- stituitur de sufficientia rationis, qua sibi licitum sit alterum fallere. Quantae autem hinc suspiciones in omni hominum consortio etiam inter honestos ac probos suscitarentur, nemo est qui non sentiat.

**Confirmatur** denique 1. ex perfecta congruentia conclusionis cum praecepto legis divinae positivae in sacris I identidem inculcato tam Veteris quam Novi Testamenti, q alicuius exceptionis mentio fiat[1]; 2. ex communi illa i conscientiae voce, qua omni tempore optimi quique acit *in se spectatum* tamquam viro honesto indignum con[2].

---

obvia et universaliter valida apparebat, quam eius *interna turpitudo,* opposita pulchritudini veracitatis. Sicut per hanc hominem diis similem, ita per illam dissimilem fieri ac propterea a propria humana dignitate excidere intellegebant. Unde *Pythagoras* interrogatus, quandonam homines agendo diis se assimilent, respondisse dicitur: „quando veritatem loquuntur". Huc pariter pertinet quod *Aristoteles* Eth. Nic. l. 4, c. 8, ed. *B.* 1124 b, 27—30 de viro magnanimo dicit.

[1] Vide Lev. 19, 11. Ps. 5, 7. Prov. 13, 5; 30, 8. Sap. 1, 11. Eccl. 7, 14. Eph. 4, 25. Col. 3, 9.

[2] Quod nihilominus nonnulli ex veteribus philosophis, ceteroquin sanioribus, ut Socrates eiusque discipuli Plato et Xenophon necnon alicubi Cicero, immo ex scriptoribus quoque ecclesiasticis aliqui, ut Origenes, Theodoretus, Theophylactus, alii, mendacium non tam absolute uscumque adiunctis

vel illi ipsi, qui ob gravissimas extrinsecas rationes, v. g. grave damnum avertendum, mendacii usum absolute prohibere audent, id humanae quidem „debilitati" concedendum esse mant, quamquam de ea erubescendi ratio maneat[1].

16. **Corollaria.** I. A culpa mendacii, utpote intrinsece mali, parvitas materiae excusare potest.

II. Inordinatio mendacii alia relationem hominis ad se ipsum, lia ad proximum respicit. Illa essentialis et omni deliberatae contra mentem communis est; altera pro gravitate damni vel iniuriae, quam proximo infert, varios gradus malitiae habet.

III. Quod de mendacio dictum est, de positiva quoque simu- ne valet, quatenus verae locutioni contra mentem aequiparari

## Notanda ad solvendas difficultates.

1. Eo ipso, quod mendacii malitia non ex damno tantum, infert, sed imprimis *ex interna sua inordinatione* repetenda patet nulla emolumenti sive privati sive publici considera- illud licitum fieri posse. Non sunt enim facienda mala, ut t bona.

2. Quod si obiicitur Sacram Scripturam nonnulla falsiloquia ifesta referre nec tamen reprehendere, primo quidem positivum divinum eloquium opponimus: „Os, quod mentitur, occidit animam" (Sap. 1, 11). Deinde cum *S. Augustino* dicendum: „Haec quando in Scripturis sanctis legimus, non ideo, quia facta credimus, etiam facienda credamus, ne violemus praecepta, dum

---

prohibitum declarare ausi sunt, inde potissimum explicatur, quod illi minus intimam naturam mendacii quam gravissimas casuisticas difficultates considerarent, quae ex absoluta prohibitione certis in circumstantiis pro conscientia bonorum oriturae essent. Veterum testimonia in utramque partem refert Grotius l. c., inter quae eminet dictum *Aristotelis* cum recta ratione consentiens: „*Per se* mendacium turpe atque vituperabile, veritas pulchra ac laudabilis" — *καθ' αὑτὸ δὲ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτόν, τὸ δ' ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπαινετόν* (Eth. Nic. l. 4, c. 13, ed. *B.* 1127 a, 28); de iisdem cf. *L. Schmidt*, Ethik der alten Griechen II, 403 sqq.

[1] Ita *Martensen*, Die christl. Ethik II, 264: „Wenn wir also behaupten, dass in gewissen schwierigen Fällen eine ‚Unwahrheit aus Noth' Platz greifen könne, welche um der menschlichen Schwachheit willen zu gestatten sei und unter den gegebenen Verhältnissen berechtigt und pflichtmässig heissen dürfe: so können wir auf der andern Seite nicht umhin einzuräumen, dass in einer jeden derartigen Unwahrheit etwas von Sünde, ja etwas ist, was der Entschuldigung und der Vergebung bedarf."

passim sectamur exempla."[1] Ceterum inter illa falsiloquia plura sunt, quae vel ambigue dictis annumerari p ex ignorantia invincibili et bona fide patrata s , formali vacant, vel in sua conexione cum tota sac rarum oeconomia propheticum ac mysticum momen n co

3. Perperam quoque ad hoc ratiocinium quis con dicens: „abstinere a falsiloquio ceterum plane innoxio, grave imminens periculum averti possit, esse actum virt roicae; talem autem lege generali a quovis homine ex posse". Hanc enim indulgentiam *affirmativum* quidem o aliquando patitur, numquam vero officium naturale *negati*

B. De affirmativo veracitatis officio.

58. *Praeceptum veritatis manifestandae,* utpote affirmativ non omni casu, sed suppositis tantum certis adiunctis obligat, scilicet cum alteri veritatis a nobis exquirendae speciale i , ubi veritatis positiva manifestatio necessaria est ad aliud certum atque urgens officium adimplendum. Quin immo *saep caritatis et iustitiae praecepto ad celandam veritatem gravi obligamur.*

59. In hac ipsa sociali necessitate *ius arcani* fundatur, nobis facultatem legitimam concedit secreta quaedam occul et ab aliis exigendi, ut eadem, si forte cognoverint, pa r oc tent, nisi altius officium intervenerit. Quae obligatio g i e , 1. si contractus vel apertus vel tacitus, qualis v. g. fidentialis consilii petitio, accesserit; 2. si secreti cognitio aliqua, v. g. minis, violentia, furtim ablata vel rescissa e la extorta fuerit. In iis igitur adiunctis per se non solum li etiam praecipitur, ad celandum secretum *mediis idoneis honestis* uti. Inter huiusmodi media falsiloquium computare est; tacere autem frequenter ad illum finem minime conducit, proditioni secreti vix non aequivalet. Hinc non solum iustitiae, sed vitae socialis etiam interest quaestio: num aliae praeterea *celandae veritatis industriae* et quales licite adhiberi possint, ubi eiusmodi necessitas urget? Tales plerumque ab auctoribus non minus religione quam doctrina praestantibus recenseri solent: *dissimulatio, ambigua locutio seu aequivocatio,* necnon (certa posita condicione) *restrictio.*

---

[1] Lib. contra mendacium c. 9

Vulgo notum est, quantis calumniis et odiosis interpretatio-
haec catholicorum theologorum doctrina moralis per haere-
potissimum hypocrisin ac deinceps per docilem multorum
tiam a saeculo obruta fuerit et ad praesentes usque dies
r obruatur, quasi illa artificiose veracitatis officium eludere
Is convicia interim eo minus nos movere debent, quod
o in rogare licet, qua fronte ii ipsi, qui mendacium offi-
tum declarare nil dubitant, eos tamquam veritatis minus
re audeant, qui *soli* nullum deliberatum falsiloquium
docent, ac propterea aliunde *honesta* media disqui-
, quibus urgente necessitate *citra mendacium* ius et officium
rcani servari possit?

*Dissimulationem* per se inhonestam non esse ac proin ob
rationes licite vel etiam laudabiliter adhiberi posse vel
ex obligatione aliquando debere, ex iis, quae praedicta sunt
(n. 54), satis colligitur.

Neque etiam, ubi iusta causa suadetur, illicitum censendum
aut *agere ambigue,* i. e. ea verba aut signa actionesve
adhibere, quae e sua natura et communi sensu non ad
significationem determinantur, sed duas vel plures admit-
. Nam talis agendi modus neque ex parte eius, qui eo utitur,
oquium est, neque alios *per se* in errorem inducit. *Non est falsiloquium,* quia, ut supponitur, quod ille in mente habet, obiective atque externe vere enuntiat. *Non per se falsum pro vero suggerit;* nam dum ambigue dictum vel significatum aliorum attentionem in plures sensus distrahit, id solum *per se* et secundum rationabilem aestimationem efficit, ut in eorum mente verum internoscendi difficultas atque hinc *sufficiens iudicii suspendendi ratio* suppeditetur. In hoc ipso autem veri celatio consistit, quam qui intendit in praedictis circumstantiis, finem iustum ac honestum intendit, et medio non minus honesto ac iusto utitur. Quod si alter hac occasione *definito* iudicio erroneum sensum *temere* arripiat, id per accidens evenit et legitime permittitur eiusque imprudentiae imputandum, qui iudicat ultra id, quod *obiectiva* dicti ratio, *per se indefinita,* suadet.

Ex eadem vero consideratione liquet toties *aequivocationem illicitam esse,* quoties ipse finis, ad quem dirigitur, videlicet celare veritatem, illicitus atque iniustus est. Ideo in *pactis, foederibus, causis iustitiae, coram superiore et iudice legitime interro-*

*gantibus nefas est ambiguitate uti*; *licet* vero, ubi *absente* ( *speciali obligatione,* per illam aut malum avertere aut b( servare vel obtinere possumus, ut v. g. in strategemat sedandis hominum passionibus, declinandis persecutioni aliquando contingit.

61. *Restrictio* distinguitur *mentalis* et *realis* seu *exte* sibilis). *Mentalis* (pure mentalis) est dictum vel factu praesentibus adiunctis ad unam significationem determin um, tantum si quidpiam mente retentum adderetur, menti confo esset. Haec a mendacio nil discrepat et *semper illicita* est.

*Restrictio realis* seu externa est locutio vel actio, cuius verum sensus in eo, quod a loquente vel agente externe manifestatur, obiective exstat, et quamvis aliqua ambiguitate involutus ab altero tamen ex adiunctis et signis externis colligi potest. Haec si rem spectas, ad ambiguam locutionem merito reduci potest atque iisdem moralibus condicionibus subiacet.

62. Et haec quidem theoretice verissima sunt, in praxi tamen per hominum pravitatem vel levitatem a periculo illusionis ac pravi usus minime vacant. Propterea praeter cautiones iam allegatas practice haec insuper intuitu boni socialis omnino servanda sunt:

1. Tum aequivocatione tum restrictione sensibili uti n passim ac temere aut sine causa satis gravi, habito ı ı bonum, quod servandum aut consequendum, aut malum, quod vitandum proponitur. Alias enim ipsam proximi deceptio ı quis non tam permittere quam intendere censendus est, dı randi periculum illi subiicit, quod sine omni suo incommodo vi posset. Praeterea ipsa eiusmodi usus frequentia fidem ac ciam, hominum societati tam necessariam, non mediocriter i pediret.

2. Quo difficilius est pro rerum ac personarum praesentibus adiunctis ex vera ceteroquin ambiguitate genuinum sensum colligere, eo graviore causa opus est, ut ea licite utaris.

### C. Quaestio iuris.

63. *Utrum et quatenus mendacium per se iustitiam violet* seu quatenus quisque ius in alium habeat, ne dictis vel factis in errorem ducatur, quoad nonnulla controvertitur. Certum quidem apud omnes est neminem habere ius conatum ad *veracitatem po-*

, i. e. ut alii, quae noverint, illi manifestent. Quaeri igitur tantum potest, utrum saltem absolutum ius habeamus ad *vera-* *negativam,* i. e. ut alii, si nobiscum agunt, sincere et abs- ione agant. Qua in re tres casus distinguendi sunt: vel mendacium praeter malum mere intellectuale aliud insuper num infertur, vel non, vel etiam bonum aliquod mediante ore praestatur.

1. In primo casu dubium non est, quin ratione damni sequentis deceptio sit iniuriosa.

2. Etiam in altero casu, ubi error est mere speculativus, deceptio per se iniuriam continere merito dicenda videtur[1]. rum enim errorem alteri suggerendo, verum intellectus malum , seu bono privat, quod ipsi seclusa fraude naturaliter eniret, quamquam illud per se grave plerumque non sit.

3. In tertio casu tametsi mendacium ratione boni, quod affert, licitum non evadit, iniuriam tamen non continet. Etenim qui hoc deceptionem patitur, eam quidem rationabiliter improbare prout est peccatum contra virtutem veracitatis, non tamen ius est contrarium suo iuri, cui in his adiunctis cedere praeir.

## § 2. Circa integritatem et perfectionem moralem.

**64.** Mutuum hominum amorem bene ordinatum circa hoc praecipue genus bonorum non solum negative, sed positivis etiam operibus, ubi occasio se offert vel adiuncta postulant, exercendum esse satis per se liquet. Huc pleraque illa officia pertinent, quae *spiritualis misericordiae* nomine vulgo comprehenduntur. Et haec quidem qua affirmativa sunt, per se ad officia tantum ethica pertinent, quamquam ratione muneris vel adiunctorum saepe etiam iustitiae obligationem imponunt.

His igitur omissis ad ea potius sermonem restringimus, quae in hac materia *negativo praecepto* sive caritatis sive iustitiae prohibita sunt, et omnia *damna* integritati vel perfectioni morali culpabiliter illata complectuntur. Ea autem commode ad duos

---

[1] Ad contrarium probandum, spectata natura sociali sermonis, sane non sufficit ratio, quam affert *Cocceii* l. c. § 521: „Sermo res mea est, et locutio ad actiones humanas pertinet; quilibet autem suarum actionum dominus est, ac de suis actionibus pro lubitu disponere potest. Hinc nemo ius in meas actiones et in meum sermonem [?] sibi arrogare potest.“

fontes reduci possunt. Vel enim damnum spirituale ei li fertur, 1. *subtrahendo media necessaria vel convenien* , q moralis integritatis conservatio ac virtutis exerciti de tentetur, vel 2. *positivum aliquod virtutis offendicu* s s *dalum praebendo.*

### A. De damno spirituali per privationem illato.

65. Damnum eiusmodi, quotiescumque non indirecte et l permittitur, sed *directe fit et intenditur,* semper caritatis o maxime essentiali et plerumque etiam *iuri* adversatur: m *congenito et inalienabili,* quo unusquisque gaudet, exsist li *morale,* quod tum certe contingit, cum quis fraude vel vi salutis necessario privatur; modo *iuri personalis libertatis,* nimirum aliquis privatur mediis virtutis moralis e quae actu ius habet et quorum usu nullum alienum i Sed de iure libertatis eiusque condicionibus infra nd

### B. De scandalo.

66. *Scandalum*[1] a S. Hieronymo definitur: *„dictum vel f minus rectum praebens alteri occasionem ruinae"* (spiritualis). hoc sensu scandalum *activum* vulgo dicitur; peccatum vero, ad quod alter per istud inducitur, scandalum *passivum* audit. Porro scandalum aliquis vel *directe operatur* vel tantum *permittit.* Illud fit, cum dictum vel factum ex natura sua ad peccandum vel ex intentione eo dirigitur; hoc vero, cum tantum per ac dens, nempe ob aliorum dispositionem vel adiuncta quaedam effectum producit. Sunt enim actiones per se licitae vel intrinsece bonae, quae nihilominus aliis peccandi periculum possunt. Quid in tali casu licitum seu a scandali activi exemptum, quid autem prohibitum quidve consultum sit, ex c muni lege caritatis, ex specialis officii, quo quis fungitur, tione, et ex regulis pro imputabilitate effectus mali (P. I, n. 198 sqq.) datis iudicandum erit.

*Omne scandalum vere ac proprie tale hac duplici malitia inficitur:* 1. directe *opponitur officio caritatis,* quod iubet aliis bonum, praesertim spirituale, sincere velle et promovere, graviter autem vetat illud corrumpere aut minuere; 2. implicitam vel explicitam *voluntatem peccati,* cuius periculo alter exponitur, continet.

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 43.

17. Utrum autem et quatenus rigorosam insuper *iustitiam* laedat,
ı scandali *modo* tum *a specialibus personarum relationibus*
t. Nimirum

a) *Iustitiam laedit* qui fraude, dolo, metu, vi et similibus
ım peccandi periculo exponit. Unusquisque enim ius habet
ı ndi, ne sine legitima ratione *inscius vel invitus eximio suo*
*privetur*, quale est longe abesse ab occasione mali moralis
ıt gaudere *integris viribus* ad illud evitandum.

b) Qui *exemplo, consilio et precibus* ad peccandum sollicitat,
ı loquendo iustitiam non violat, sed *caritatem* tantum.
at ı enim periculum, quod ex tali scandali modo sibi im-
, quivis cognoscere et, si voluerit, avertere potest; quod si
ecerit, in suum damnum consentire videtur et de iniuria con-
nequit. — Ita quidem *generatim loquendo*. Sed

c) *Pro specialibus personarum adiunctis*, videlicet contra in-
et generatim eos, quibus vel immatura aetas vel exigua
xperientia vix ullum contra seductorem praesidium praebet,
xemplo etiam et consilio *vera iniuria* committi potest, praesertim
a praeceptoribus, parentibus aliisque, quibus specialis auctoritas
innocentes data est.

## Articulus 3.

### *De officiis mutuis circa vitam et integritatem corporis.*

Quae sub hoc respectu ex amore bene ordinato unusquisque *sibi ipsi* debet, eadem etiam ex amoris praecepto vel negativo vel affirmativo deberi *proximo*, ex praemonitis satis constat. Neque magis probatione indiget omni homini *ius congenitum vitae atque integritatis* competere, ut adeo huic formaliter adversetur:

1. *Homicidium* directe privato hominis arbitrio quomodocumque patratum [1]. Huius criminis ille etiam reus est, qui alteri media ad eius salutem necessaria surripit vel alio modo impedit, quominus salvare se valeat. Homicidio quoque annumeratur abortus et infantium expositio, ubi haec cum periculo interitus coniungitur; quod eo etiam gravius est, quod illorum tutela speciali obligatione parentibus demandatur, nec aliud illis se defendendi praesidium suppetit.

2. *Mutilatio, vulneratio et omne genus laesionis* vel nocumenti, quod corporali organismo infertur. Huc similiter illae etiam impiae

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 64.

artes spectant, quae per laesionem nervorum ad obtun mentis aciem vel ad tollendum sanum usum facultatum suscipiuntur.

**69.** Verum si quidem neque de iure integritatis neque iustitia actionum, quae ei adversantur, ambigimus, alia hic gra quaestio movetur, nimirum: *qua defensione vitae atque co licite quis uti possit, ubi hoc cum pari alterius iure collidere videatur?* Ad quam quaestionem haec praemittenda

1. Ius defensionis congruae per se cum omni stricto iure ceditur atque immo in eius conceptu involvitur (P. I, n. 476 idemque per se spectatum et primitus eidem subiecto i cui competit ius defendendum (ibid. n. 481 sqq.).

2. Ideo ius defensionis, quod respondet iuri congenito i tatis personalis, per se ius *privatum* est et singulis indivi turaliter competit.

3. Nihilominus ex fine socialis ordinis pariter natu istius iuris *primario* penes societatem sit oportet, *secundario* t penes singulos. Ex officio enim naturali societas ad fir atque tuenda iura etiam personalia deputatur ac proin pr homines in idem officium suo arbitrio exercendum ex iure prio nequeunt se ingerere, nisi *secundario*, i. e. eatenus t quatenus in casu urgentis necessitatis recursus ad auctorita publicam non pateat.

4. Qui in urgente eiusmodi necessitate se ipsum cont iustam aggressionem tuetur, id non ex praesumpta del societatis, sed ex iure *proprio* naturali agere dicendus . Pro tali enim societas quasi non exsistit, aliunde autem vero i gaudet et inviolabili, non a societate accepto, sed in indivi natura fundato; deficiente igitur societate ipsi iuris subiecto e quoque tutela ex iure proprio competit. Quippe ex naturae ordine medium fini, non finis medio subordinatur. Ergo ius defensionis in casu necessitatis urgentis (Recht der Nothwehr) merito inter iura hominis naturalia *congenita* seu *connata* numeratur.

5. Quotiescumque id fieri potest excluso gravi incommodo et sine damno proximi, unusquisque tenetur eo iure uti, vi praecepti videlicet, quo vitam et corporis integritatem mediis saltem ordinariis servare iubemur.

6. Quamquam nil obstat, quominus quis iustae etiam aggressioni seu tali, quae a legitima potestate procedit, per fugam se

ɔtrahat (suo enim iure utitur), violentam tamen resistentiam lli opponere non licet. Id enim esset manifestum ius violare.

Quibus praemissis tota quaestio ad solum casum *aggressionis :e sub iis adiunctis* reducitur, quae *innocuam defensionem udunt.* Eo refertur

**Th XII. Violenta vitae defensio, immo et cruenta, : it, ( aggressorem iniustum, servato „modera- ulpatae elae", iure naturae licita est [1].**

Praenotanda. „Moderamen inculpatae tutelae", quae vulformula iuris est, eas ipsas *iustae defensionis conditiones* comprehendit, quas partim in praedictis iam insinuavimus. Exigit rum, 1. ut defensio violenta non nisi contra aggressionem in- m et actualem suscepta sit, insuper ad solum casum urgentis ctetur eique tum in se tum in modo proportionetur; 2. ut e em proportio, quantum ex adiunctis et prudenti praeone licet, inter bona, quae invasione periclitantur, et malum in ri ex defensione eventurum servetur. Itaque cruentam re- n a tentare non licet, quamdiu vel recursus ad officiales p securitatis vel fuga sine gravi incommodo patet, neque vulnere feriendus est adversarius, ubi minae sufficiunt, nec gravius sauciandus, quam efficacia defensionis postulaverit. Similiter generatim loquendo moderamen excedere dicendus est qui temere ad necem usque aggressoris a quavis leviore corporali iniuria se defendere suscipit, vel qui in defensione ceteroquin invasioni accommodata odio potius aut vindictae cupiditate ducitur.

**Probatur I.** Praedicta defensio *neque iuri neque officio caritatis* contraria est. Ergo licet.

Prob. antec. ad 1. *„Non iuri repugnat."* Eiusmodi actio eatenus iuri contradiceret, vel quatenus homo privatus in tanta licet necessitate constitutus *omnino ius non haberet* mediis necessitati accommodatis vitam tuendi, vel quatenus laesio aut occisio invasoris indolem prae se ferret mutilationis vel occisionis *directae.* Atqui neutrum admitti potest. Non *primum:* nam ius vivendi connatum est et qua tale simul cum coactiva sua inviolabilitate quodvis ius publicum ordine praecedit; ergo nequit irritum fieri eo,

[1] Cf. *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 64, a. 7. *De Lugo,* De iustitia et iure disp. 10, sect. 6. *Lessius* l. c. l. 2, c. 9, dub. 8. *Molina,* De iustitia commutativa tract. III, disp. 11.

quod per accidens auctoritas socialis, quae ad praesidium, ad abolitionem iurium privatorum ordinatur, aliquando c munere fungi non possit. Non *alterum:* nam malum, qu gressori evenit, *neque ut finis neque ut medium intenditur,* diu quis moderamen inculpatae tutelae non excedit, sed *legitime permittitur* [1]. Qui enim remedio efficaci et acc vim iniuste aggressivam a suo corpore arcere nititur (in finem videlicet actio defensiva suapte natura et im diate gitur), procul dubio suo iure utitur. Quod si interim vis gressiva detrimentum capit aut etiam destruitur, id n sed invasori imputandum est. Ergo . . .

Prob. antec. ad 2. *„Neque contra officium caritatis* Quamvis enim negativo officio abstinere a directa alterius occisione aut laesione semper tenemur, non tamen s quavis condicione affirmative obligamur, ut alterius vitam et gritatem *servemus,* idque tum certe contingit, cum positiva ei caritatis praestatio tam grave nostrum incommodum adiun habet. Ergo caritatis officium per se non exigit, ut quis propriam iniustam necem potius patiatur, quam iure defe utendo alterius mortem permittat.

**Probatur II.** Eidem veritati *communis hominum persuasio,* quae ipsius naturae rationalis vox est [2], perfecte consentit, cui et in animalibus analogus naturae instinctus esse cognoscitur.

---

[1] Assentiri nequaquam possumus opinioni eorum, qui *iure naturae* aliquando licitum esse existimant ipsam occisionem invasoris *intendere,* quando scilicet ad efficacem defensionem non qualiscumque debilitatio, sed ipsa mors appareat omnino necessaria. Quomodo enim hac intentione nihilominus ab actione defensiva qualitas *directi* homicidii excludi possit, haud intellegitur. Directa autem occisio hominis nisi publica auctoritate fiat, *iure naturae* nunquam et nulla condicione licita est. Ideo hic omnino tenenda clarissima sententia Angelici doctoris l. c. a. 7: „Quia occidere hominem non licet nisi publica auctoritate propter bonum commune, illicitum est quod homo intendat occidere hominem, ut se ipsum defendat, nisi ei, qui habet publicam auctoritatem, qui intendens hominem occidere ad sui defensionem refert hoc ad publicum bonum, ut patet in milite pugnante contra hostes et in ministro iudicis pugnante contra latrones, quamvis etiam isti peccent, si privata libidine moveantur." — Intra limites ergo *iuris naturalis* alius modus iuste procedendi non exstat, nisi ut, dum *sola* efficax defensio, i. e. efficax repulsio vis aggressivae, intenditur, malum inde necessario eveniens invasori ut laesio et letifera aliquando destructio aggressivi organismi iuste *permittatur.* Id, quod pulchre explicat *S. Thomas* eodem articulo 7. Vide et *Caietani* Comment. in hunc locum. *Schiffini,* Disput. philos. moralis (1891) p. 81. [2] Cf. *Cic.,* Pro Milone c. 4.

*Adde,* quod, nisi talis actio liceret, publicae securitati atque ini sociali pessime provisum foret. Ita enim proborum prae ris mansuetudo atque innocentia, quo fidelius ab omni vio- defensione abstinerent, eo magis improborum audaciam in se verteret, unde continuis periculis obiicerentur [1].

**Corollaria.** I. Quemadmodum vitam, ita et corporis inte- atem adversus iniustum aggressorem violenta manu defendere servata tamen proportione moderaminis inculpatae tutelae.

II. Neque per se illicitum est eadem defensione uti contra es aut illos, qui errore ducti nos invadunt, vel qui nobis extremum periculum fugientibus obstacula iniusta opponunt, aut necessaria surripiunt, modo illud discrimen proxime imminec leniore ratione evitari possit.

III. Quod quis licite potest in defensione *sui ipsius,* idem st etiam pro *aliis* contra iniustam invasionem tuendis. Immo ex praecepto caritatis ad id tenetur quisquis sine gravi suo imento auxilium praestare valet, aut qui aliunde speciali vinculo vel officio periclitanti obstringitur, uti v. g. parentes suis liberis aut vice versa [2].

## Notanda ad solvendas difficultates.

72. 1. Rem ipsam minime attingunt qui cruentam sui defensionem ex *solo* iure naturae probari posse ideo negant, quod nulla quantumvis extrema necessitate homini licere possit in suos usus, i. e. ad se ipsum salvandum, alium hominem interimere, quod esset facere malum, ut eveniat bonum, vel anticipando patrare idem nefas, quod alter patrare in animo habet. Hanc accusationem illi sane auctores difficile declinare possunt, qui thesin nostram ex eo probare conantur, quod ius aggressoris in conflictu cum iure eius, qui iniuste invaditur, huic cedere debere existimant. Nisi alia probandi ratio daretur, *tutius* certe relicto iure naturae *in solo iure positivo* vel expresso vel praesumpto niteremur, eo magis, quod ex hoc capite per se legitimam rationem peti posse nemo est qui dissentiat [3].

---

[1] Cf. *de Lugo* l. c. § 142 et *Molina* l. c. disp. 13, n. 2.

[2] Cf. *Lessius* l. c. dub. 13.

[3] Iam in lege mosaica Exod. c. 22 legitur eum, qui furem nocturnum occiderit, non esse reum homicidii, nempe, ut explicat S. Augustinus, quia discerni nequit, utrum venerit animo occidendi an furandi tantum. A fortiori igitur in-

2. Quod *licitum* esse asseritur, non eo ipso et per se l( etiam praeceptum esse dicitur; unde ampla caritatis etiam roicae exercendae copia manet [1].

3. Quamquam autem nihil impedit, quominus de se secu quis in tali adiuncto *consilium* caritatis atque heroicae virt exercendae agnoscat, cavendum tamen, ne hinc generale caritatis *praeceptum* construatur. Nam eo ipso, quod defensionis potestas cunctis concessa boni etiam publici pluri intersit, proportio, quae inter bonum tuendum et malum tendum servanda est, nequaquam secundum totam rati ɔm - hauritur, respiciendo solum valorem vitae propriae et ɛ e, addito etiam utrimque forte inaequali aeternae sortis discrim Quod si enim ob hanc rationem optimus quisque et suae inno( conscius homo *teneretur* a sui defensione abstinere, ne adve in actu peccati constitutus forte cum temporali simul aete mortem incurrat, multo graviora inde *publica* mala evenirent, longe pluribus etiam intuitu salutis aeternae exitiosa.

**73. Scholium.** Inter alias condiciones „moderamen inculpatae telae" hanc etiam requirit, ut aggressio iniusta sit *actualis*, quia actio violenta illi opposita non esset vera defensio, sed praeveniens aggressio. Quae condicio in hac re eo maioris facienda est, quod aliquando eius defectus aut laxior interpretatio ad graves abusus sub specie iuris inducere posset. Actualem quidem aggressionem a non actuali dignoscere facile est, ubi invasor iam manifesto impetu et stricto ferro te petit. Fieri autem potest, ut vel ex modo exsequendi sceleris vel ex delectu armorum, quae in magnam distantiam letiferum effectum pro-

---

iustum aggressorem vitae occidere lege permittitur. Porro secundum effatum pontificium (Alexandri III et Innocentii III) „vim vi repellere leges omniaque iura permittunt". Qui igitur alio modo vim efficaciter repellere non potest nisi occidendo invasorem, nitens *iure positivo et auctoritate publica* id agere licite potest, semper tamen servato moderamine inculpatae tutelae. Ceterum ratio iuris naturalis, qua cum S. Thoma thesin probavimus, pro quocumque casu necessitatis sufficere videtur, ideoque per se opus non est ad ius positivum recurrere.

[1] Hinc animadvertit *Lessius* l. c. § 55: „Etsi licitum sit occidere invasorem, quando aliter nos tueri nequimus, tamen *saepe est salutare consilium*, permittere se potius occidi quam occidere." Et affert auctoritatem *S. Antonini*, *S. Augustini* et *S. Ambrosii*, qui praeter ius, quod agnoscunt, simul exemplum Christi et sanctorum et evangelicam perfectionem fidelibus obversari volunt. Maxime „quia caritas, etsi non obliget, tamen ad hoc magis inclinat, ne proximus in aeternum pereat". Quod si autem ipse invasus „putaret se esse in peccato et valde timeret damnari, . . . magis tunc teneretur diligere salutem animae suae quam proximi".

unt, aliisque circumstantiis minus clare pateat, quandonam actio tilis incipiat esse actualis. Itaque ad rectum formandum in tali casu rale iudicium haec generatim statui possunt: Ut quis actualis aggressor censeri possit, certe non sufficit gravis suspicio, nec certo testi- accepta scientia de eius animi proposito vel decreto, te prima opportunitate interficiendi. Talem praeveniendo occidere iure de- minime licere vel inde colligitur, quod interim vel fuga te sub- vel recurrere ad praesidium publicum potes, vel si neutrum abs- gravi incommodo pateret, vigili observatione adversarii ad omnem armis et amicorum auxilio te praemunire. Aliud dicendum, si (supposito certo eius in te hostili consilio) externa operatione, quae proxima praeparatio exsequendi sceleris, eo ipso invasionem realiter et, ut si e longinquo sclopeto armatum iam fere ad iustam ntiam tibi appropinquantem aut etiam sclopetum ad ictum ntem videres, nec fuga sine gravi periculo vel dedecore (ut pro viro litari evenire posset) pateret. Tunc enim simili armorum genere is licite illius telum praevenire potes, quod pro rei natura vera io, qua vis vi repellitur, dicenda est. Neque inferas hic mortem asoris directe intendi, ut vita propria salva sit. Quod intenditur, est *repulsio vis actu aggressivae,* quae hic per accidens est vivus or- is hominis, qui dum telo attingitur, ab auferenda mea vita ar- r, et hic effectus iustus et bonus est, quod autem simul moritur, est malus, qui permittitur.

## Articulus 4.

### *De officiis mutuis circa bona status externi.*

### § 1. Circa honorem.

#### A. Honoris notio.

**74.** Honoris nomine late accepti quodvis alienum *de perfectionibus nostris benignum iudicium* complectimur; de perfectionibus, inquam, pariter late sumptis, i. e. de quibusvis moralibus aut physicis personae dotibus vel attributis, quae ad eam in societate humana commendandam faciunt. Quod si eiusmodi iudicium internum est, *bona existimatio,* si sermone declaratur, *laus, bona fama,* si tota agendi ratione se prodit, *strictiore sensu honor* vocatur. *Gloria* maiorem honoris gradum significat et tunc haberi censetur, cum bona existimatio et laus ob eximias perfectiones a magna hominum parte singulari ratione tribuitur [1]. — *Inde colliges:*

[1] *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 2, a. 2; 2, 2, q. 103, a. 1; q. 129, a. 1 et 2; q. 132.

1. Iudicium, quod honorem constituit, aut *vero* funda niti potest aut *putaticio* tantum et *falso*. Similiter ergo et *ve* et *falsus* honor distinguitur. Uterque porro talis est vel *abs* vel *relative*, prout dicit conformitatem vel difformitatem cum i damento secundum eius veritatem *obiectivam* et *internam* vel cundum eius *realem manifestationem externam*, quae sola dire aliorum aestimationi subiicitur. Itaque eatenus etiam honor absolute tum relative falsus est, quatenus ob qualemcu fectionem homini ita exhibetur, ut non principaliter in D quo omnis perfectio largitur, referatur.

2. Honor suapte natura bonum sociale est, et verus q honor (solus *per se* homini debitus) conaturalis, immo, si ho bene sapiunt, necessarius virtutis fructus eamque velut concomitatur.

3. Sed pro humani iudicii defectibilitate, pro hominum ignorantia vel malevolentia idem bonum est inconstans et in honorati potestate minime situm. Quare veteres: „Honor est rantis, non honorati."

4. Ideo et plus minusve pretii habet, quo maior est sap et auctoritas eorum, a quibus exhibetur. Plane autem et contemnendus est, qui per hominum perversitatem vel tatem, inverso rectae rationis ordine, aliquando apertis vit nefariis conatibus defertur, vel ex aperte falsis et irrational hominum praeiudiciis oritur.

### B. De iure circa honorem et famam.

75. Honorem eo sensu quaerere omnes tenemur (a fortiore iure nostro possumus), ut sollerter ea agamus, quae honore digna sunt. Sed praeterea specialis etiam quaedam cura ad bonam aliorum aestimationem et bonam famam comparandam et conservandam moderate ordinateque adhibita et ad altiorem finem directa pro variis vitae statibus vel adiunctis modo *licita* modo etiam *praecepta* est. Eiusmodi obligationem nobis imponi ratio dictat, quoties illud bonum ad officia nostra rite implenda necessarium fuerit[1] (cf. etiam thes. IX, n. 46). Vel inde igitur satis apparet, homini non posse non ius etiam aliquod circa honorem et bonam famam naturaliter competere, quod aliorum arbitrio violari nefas sit.

---

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 73, a. 1. 2 et alias.

De hoc iure haec fere notanda videntur:

76. 1. Eius obiectum esse non potest nisi honor saltem *relative* , seu talis, cuius fundamentum aliquod aequo aliorum iudicio nabile exstat.

2. Ius honoris *absolutum* atque omnibus hominibus per se ne eam tantum *bonam aestimationem* respicit, quae *negativa* ur et in eo sistit, ut alteri mali nihil et proinde ea bona tur, quae humana personalitas simpliciter spectata con- Natura autem unusquisque habendus est personali aesti- ne dignus et bonus; eaque legitima possessione non excidit, es quem et quatenus exceptio positive probatur.

3. Ius honoris non stricte absolutum, sed *partim hypotheticum* bonam existimationem insuper *positivam* comprehendit, eam scilicet, qua alicui personae illa etiam bona adscribimus, quae non iam uram humanam secundum se consideratam comitantur, sed d particularia aut virtutes acquisitas supponunt. Quamquam c *per se* derivari nequit ius ab aliis *positivam* honoris testificationem exigendi, *negativo* tamen officio omnes prohibentur, ne rariis actibus (qualis certis in adiunctis etiam omissio esse potest) illi detrahant. Et in specie circa virtutis etiam acquisitae gradum ordinarium (inter homines probos communem) valet axioma: tamdiu aliquis habendus est bonus, quamdiu malus esse non probatur.

4. Generatim itaque vi huius iuris unusquisque exigere valet, *ne quis alius, altiore ad hoc potestate non munitus, vel absque legitima causa, eum impediat, quominus eo honore eaque bona existimatione vel fama fruatur, quam possidet vel quam secundum eius fundamentum extrinsece cognoscibile merito exspectare potest.* — Dicitur „altiore ad hoc potestate non munitus“, nam per sententiam iudicis legitime aliquis in poenam criminis suo honore privari potest. — Quae praeterea „legitima causa“ laedendi honoris pro homine privato esse queat, ex infra dicendis collige.

### C. De eiusdem iuris laesionibus.

77. Tum *honor* proprie dictus tum *fama* variis modis laedi possunt:

1. *Honor* laeditur: *interne* per contemptum vel temerarium iudicium vel suspicionem; *externe* per *contumeliam* seu actum externum, quo quis alium praesentem declarat aut tractat tamquam

existimatione indignum vel ob perfectionis alicuius defe
ob imperfectionem sive physicam sive moralem, sive ve
falso affictam. Ad contumeliam referuntur *convicium, impro*
*irrisio, subsannatio,* quae omnia iuris periti tamquam per
lentiam *iniuriae* nomine comprehendunt, istamque propterea *re*
*verbalem* aut *symbolicam* distinguunt, prout facto, verbo aut
infertur.

78. 2. *Fama* praecipue per *calumniam* et *detrac* [1] viola
Illa est falsi criminis impositio, haec veri sed occulti d
festatio. Per calumniam non secus ac per contu a ver
inferri iniuriam probatione non indiget. Sed is etiam, *q abs*
*legitima causa occulta delicta alterius manifestat, contra i*
*peccat.* Id ex praemissis principiis in dubium vocari non p
Talis enim absque legitima causa efficaciter contribuit, ut al
in bono suo, quod *relate ad eos, qui illud crimen ignor*
*time possidet,* damnum patiatur, praeterquam quod cum
iactura plerumque alia quoque plurima bona, quorum pec-
cando non perdidit, amissurus sit. Neque dicas, aequum
esse quemquam meliorem famam habere quam meretur. I
multo minus aequum et iustum est unumquemque alior
dicem ac vindicem se constituere; solius namque iudicis est
cuiquam propter demeritum, i. e. poenam, infligere. C
quantum intersit felicitatis publicae etiam et privatae, ut
omnia delicta palam innotescant, nemo est, qui non sentiat. —
Dictum est: *„absque legitima causa"*; talis enim habetur: a) Si
criminis manifestatio rationem habet merae defensionis nostri vel
aliorum, ut cum aliquis propter bonam famam, quam post de-
lictum retinet, nobis vel aliis nocivus aut periculosus exsistit.
Tunc autem, quantum res patitur, caritatis ratio habenda et
defensionis moderamen servandum est. b) Si illa quasi per acci-
dens et praeter directam intentionem cum alio nostro fine honesto
et magni momenti conectitur, quem iure nostro prosequimur. In
tali enim casu secundum regulas imputationis saepe repetitas
alterius damnum legitime permittitur, dummodo tamen rationa-
bilis proportio non excedatur nec pluribus notificetur occultum,
quam necesse est.

*Detractio* et *calumnia* in hominum commercio diversimode
committi possunt: modo aperta declaratione, modo maligna inter-

[1] *S. Thom.*, S. theol. l. c. q. 73.

.tione factorum, modo exaggerando defectus, modo negando ut imminuendo dotes vel merita aliorum, modo aliquem laudando ut potius insinuetur vituperatio, modo etiam tacendo in iis antiis, in quibus silentium non est mera permissio, ut diffametur (quae esset caritati tantum contraria), sed po- approbatio et confirmatio.

### D. De defensione honoris.

Honorem et bonam famam, cuius aliquis vere ius habet, iure suo atque licite defendere potest. Sed quoniam plerinines per se iam in boni huius studium ita propendent, ge facilius in ea re modum excedant, quam a debita men- iciant, iuvat potius recti ordinis limites definire, intra is istiusmodi iuris legitimus semper contineatur ne- .

Et vero debita haec *moderaminis ratio* e triplici capite colli- est:

1. *E pacata consideratione et aequa existimatione iniuriae,* quis se laesum putat. Animo enim commoto facile evenit, vel iniuria cernatur ubi nulla est, vel imaginationis aestu gravissima appareant quae levissima sunt, et quibus non minus efficaciter quam suaviter medendis prudens dissimulatio et magnanimis patientia longe aptissima esse solet.

2. *E necessitate socialis ordinis servandi.* Non minus enim honoris ac aliorum iurium coactiva defensio ad officium auctoritatis publicae pertinet; itaque iudicii publici intercessio invocanda est, si cui privata et pacifica remedia, v. g. falsi criminis aperta et obvia refutatio, privata palinodiae petitio etc., sufficere non videantur ad damnum honoris vel bonae existimationis declinandum aut resarciendum.

3. *Ex ipsa natura honoris et bonae famae.* Ius defendendi honoris non dat facultatem quascumque pro libitu suscipiendi actiones, quae *per se et natura sua* omne aliud potius dicendae sunt quam honoris defensio, etsi per accidens forte et extrinsece aliquando ad eiusmodi effectum conducere videantur[1]. Id certe de iis actionibus valet, quae natura sua determinatum ius alienum offendunt. Eiusmodi defensionis modus intrinsece et necessario semper moderamine inculpatae tutelae caret et perperam profecto

---

[1] Cf. *de Lugo,* De iust. et iure disp. 10, sect. 10.

immediatus et conaturalis malus actionis effectus tantum indirecte et legitime permitti diceretur, praeter quem alius effectus bonus, qui intendatur, non datur, nisi accidentalis et remotus. Utrum autem aliquid *ex natura sua* ad honorem tuendum vel reparandum ordinetur, id ex ipsa indole et natura honoris dignoscendum est. Hinc manifeste consequitur:

Violentiam *physicam* quocumque urgentis necessitatis praetextu susceptam inter legitimos honoris defendendi modos connumerari non posse, nec proin licere solius tuendi vel reparandi honoris causa quemquam occidere vel mutilare. Etenim honor atque existimatio eo ipso, quod physica potestate non possidetur, neque violentia physica aut eripi aut defendi aut reparari potest. Omnis igitur eiusmodi actus malitiam *directae* laesionis proximi continet et plerumque ad vindictam privatam reducitur. Quod si vero de iniuria *reali* seu de facto contumelioso quaeratur, quo quis actuali aggressione alterum afficere attentat, licite sane iniquus aggressor vi arcetur; attamen moderamen inculpatae tutelae in hoc casu eo magis cruentam actionem vetat, quo minor non vera honoris iactura penes homines sapientes et probos immanet et quo facilius pro facta iniuria satisfactio coram iudice [illegible] possit.

### E. De duello.

Duellum (Zweikampf) universim acceptum est *certamen* [illegible] *condicto susceptum cum armis ad occidendum vel vul*[illegible]. Unde differt a rixa vel certamine sive duorum [illegible], quod non ex condicto, i. e. designato tempore et [illegible], sed expeditis repentino animi motu armis exoritur. [illegible] duellum *publicum* et *privatum*, prout auctoritate pu[illegible] privata suscipitur.

[illegible] iterum vel *in causa publica* vel *privata* locum ha[illegible] in priori casu instar belli habendum est, eo tantum [illegible], quod res disceptata loco exercituum a paucis ad hoc [illegible] certamine dirimitur [1]. Alteri condicioni respondet [illegible], quod medio aevo inter ordalia (Ordalien, Gottes[illegible]) numerabatur et, quamvis ad eiusmodi usum eradicandum [illegible] Romani Pontifices [2], frequenter nihilominus ad

[illegible] exemplum refert *Livius* l. 7, c. 10.

[illegible] praxi ordalium medio aevo usitata et de conatibus ecclesiasticis, [illegible] Romanorum Pontificum, eam ab [illegible] *ratori* in dissertatione

explorandam divino isto, ut credebatur, suffragio vel obiecti minis vel innocentiae veritatem secundum formas et sollemni- a lege praescriptas suscipiebatur. Eo videlicet tenacius qui huic superstitioni addicti erant, quod similes praxes iam libus tum Galliae tum Germaniae populis familiares fuisse t.

*Privatum* duellum ex iudiciali partim ansam coepisse atque paulatim invaluisse videtur, dum spreto fere omni iuris pu- vinculo singuli fere domini plenam independentiam affecta-, et ipsi sibi manu forti ius dicere assuescerent. Quapropter o aevo hoc duelli genus in diversissimis causis usurpabatur, lo ad comprobandam aliquam veritatem, modo ostentandi et roboris gratia vel ex quadam petulantia bellicosae iu-

A saeculo autem fere XV duelli usus ad solam causam *ho-* s restringi coepit, atque hoc nomine nostris adhuc temporibus t, tametsi non solum *Ecclesiae*[1] sed etiam *civilibus* legibus m prohibitus. De hoc solo duello hic agere ad rem nostram et; cui haec *definitio* respondet: *certamen singulare privata ritate honoris vindicandi causa ex condicto susceptum cum s ad occidendum vel vulnerandum idoneis.*

Superfluum hic videri possit hunc morem speciali aliqua reprobatione perstringere, cum ex principio praedicto eiusmodi corollarium satis per se manifestum sit. Sed quoniam pro contrario errore loco rectae rationis inveterata potius praeiudicia et apparentia quaedam nobilioris animi atque virtutis plerumque militare solent, sua utilitate non caret

---

(Antiq. ital. t. III) relata in Patrol. lat. *Migne* t. LXXXVII, col. 953—968. — Cf. et *Eichhorn*, Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte I (ed. 4), 453.

[1] Conc. Trid. sess. 25, c. 19. Gregor. XIII Const. d. d. 24 Dec. 1582. Clemens VIII Const. d. d. 4 Sept. 1592. Adde complures propositiones damnatas ab Alexandro VII et Innocentio XI. Benedictus XIV Const. d. d. 10 Nov. 1752. Pius IX in Const. „Apostolicae Sedis" excommunicationem latae sententiae circa duellum his verbis confirmavit: „Excommunicationi latae sententiae Romano Pontifici reservatae subiacere declaramus: Duellum perpetrantes, aut simpliciter ad illud provocantes vel ipsum acceptantes, et quoslibet complices, vel qualemcumque operam aut favorem praebentes, necnon de industria spectantes illudque permittentes vel quantum in illis est non prohibentes, cuiuscumque dignitatis sint, etiam regalis vel imperialis." — Leonis XIII Epist. *„De prava duellorum consuetudine"* cf. Civiltà catt. 1891, XII, 92.

82. **Thesis XIII. Duellum sub titulo satisfa laeso honore susceptum legi naturali repugnat**[1].

Praenotanda. „Satisfactio pro laeso honore" du acceptionem admittit. Vel enim significat *vindictam*, q caeso aut vulnerato adversario sibi procurare intendit; s condicione fere nemo est, qui duellum actionem barbaram fariam esse non consentiat; vel modum designat, quo quis versarium vel invitum non tam physice quam *moraliter ad id co* tum externe tum interne in animo suo *aestimationem sibi* quam per iniuriam denegavit: — *externe* quidem, propositum gulare certamen *acceptando* atque ita tacite alterum dignitate parem declarando (adhuc enim, quamvis pro indole aetatis n minus stricte, viget mos antiquorum, in duello iudiciali observari solitus, quo nonnisi viri paris nobilitatis vel civilis di tatis sese invicem ad singulare certamen admittebant), — vero, experiendo in se adversarii virilem animum atque fo dinem. Hanc ipsam potissimum duelli indolem et condici perhibentes, qui eius causam agunt, satis superque eius statem se demonstrasse existimant, praesertim cum vix u publicum tribunal, ut opinantur, illi fini consequendo sufficiat, que non sine gravissimo damno sociali et materiali personae l Quapropter duellum nihil differre aiunt a legitima sui bonorumque suorum defensione ob necessitatem urgentem[2]. In decu

[1] De eodem argumento vide *Zallinger*, Instit. iur. nat. I, § 105—108. *Schiffini*, Disputationes philosophiae moralis II (1891), 87 sqq. Period. „Der Katholik" 1864, art. „Zur Duellfrage", p. 289 sqq., ubi et origo duelli historice illustratur. *Lehmkuhl* in period. „Stimmen aus Maria-Laach" 1894, art. „Das Duell im Lichte der Vernunft", vol. XLVI, 345 (cf. ibid. XXII, 566; XXXII, 153 sqq.). Litteras Leonis XIII d. d. 22 Sept. 1891 ad episcopos Germaniae et Austriae-Hungariae. *A. Wiesinger*, Das Duell vor dem Richterstuhle der Religion, der Moral, des Rechtes und der Geschichte. Graz 1895. *G. v. Below* (prof. histor. Monaster.), Das Duell und der germanische Ehrbegriff. Kassel 1896. — Cf. et *Schopenhauer*, Sämtliche Werke (Leipzig 1874) V, 391; titulus specialis: Aphorismen der Lebensweisheit.

[2] Quam alte eiusmodi praeiudicia viris praesertim nobilibus vel rei militari deditis non raro inhaereant, inter alios candide suo exemplo ostendit *I. v. Radowitz* (Gesammelte Schriften IV [1853], 14 sqq.), vir clari nominis et sincere catholicus, qui non dubitavit duellum *per se spectatum* et ab eius frequentibus abusibus omnino condemnandis seiunctum apologetice defendere tamquam medium reparandi honoris et tuendi status socialis familiae interdum necessarium, ac propterea certis in adiunctis non solum licitum sed „praeceptum". Quod eo magis mirandum, quod in praefatione ad idem vol. IV. sollemnis protestatio

culi XVIII nonnulli etiam catholici doctores ceterum Ecclesiae
: mi, fictione status hominis mere naturalis decepti, duellum
tu quidem civili semper illicitum, in hypothesi autem status
naturalis aliquando licitum esse posse docuerunt. Verum
: quoque sententia per thesin nostram excluditur, et merito
Benedictum XIV proscripta est[1].

**Probatur I.** Duellum eiusmodi sive oblatum sive acceptum
er rationem habet directae occisionis vel mutilationis privata
tate commissae. Ergo semper legi naturali repugnat.

Prob. antec. Actio duelli *ex natura sua immediate* diri-
in vulnerationem vel occisionem adversarii. Quapropter, ut
ninus a malitia directae occisionis vel vulnerationis eximatur
et t uam legitima defensio honoris haberi possit, necesse est,
1. ut em actio *pariter ex natura sua et aeque immediate* diri-
in restituendum honorem laesum — alias enim fieri nequit,
us ille *malus* cum actione naturaliter coniunctus umquam
possit *indirecte* tantum admitti seu praeter intentionem legi-
nitti, dum solus alter effectus, qui bonus est, directe
atur (vide regul. de imputabilitate effectuum actionis P. I,
n. 198 sq.) —; 2. ut insuper non excedat „moderamen inculpatae

---

continetur contra quidquid forte in iis scriptis „cum doctrina Ecclesiae catholicae conciliari non posset". — Minus mirum, quod *Paulsen*, System der Ethik II (1894), 150 sqq., pro usu duelli moderato praesertim in exercitu magnam indulgentiam profitetur.

[1] In Const. „Detestabilem" a. 1752 Benedictus XIV sequentes propositiones tamquam falsas, scandalosas ac perniciosas damnavit:

Prop. 1. Vir militaris, qui nisi offerat et acceptet duellum, tamquam formidolosus, timidus, abiectus et ad officia militaria ineptus haberetur, indeque officio, quo se suosque sustentat, privaretur, vel promotionis alias sibi debitae ac promeritae spe perpetuo carere deberet, culpa et poena vacaret, sive offerat sive acceptet duellum.

Prop. 2. Excusari possunt etiam, honoris tuendi vel humanae vilipensionis vitandae gratia, duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt pugnam non esse secuturam, utpote ab aliis impediendam.

Prop. 3. Non incurrit ecclesiasticas poenas contra duellantes latas dux vel officialis militiae acceptans duellum ex gravi metu amissionis famae et officii.

Prop. 4. Licitum est in statu hominis naturali acceptare et offerre duellum ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio earum iactura propulsari nequit.

Prop. 5. Asserta licentia pro statu naturali applicari etiam potest statui civitatis male ordinatae, in qua nimirum vel neglegentia vel malitia magistratus iustitia aperte denegatur.

tutelae" in omni violenta defensione licita necessarii A
in duello hoc duplex requisitum semper deficit. Ergo
rationem habet directae occisionis aut vulnerationis.

Prob. min. De iniuria, pro qua ope duelli satisfactio postulatur, duplex hypothesis distingui potest. Nempe *aut* universim contra probitatis, honestatis vel dignitatis personalis existimationem dirigitur, *aut* in specie per exprobratam vel insinuatam ignaviam virilis ac fortis animi opinioni detrahit. Iam vero in utraque hypothesi actio duelli duplice illo requisito caret.

Etenim:

*In prima hypothesi* duellum numquam est *medium per se et ex natura sua accommodatum ad reparandum eum honorem*, qui laesus est et in quo solo ius defensionis fundari potest. Namque *per se* illud nil aliud demonstrat quam magnam animi sensibilitatem in iis, quae honorem attingunt, dexteritatem in usu armorum, animi audaciam in subeundo periculo, non raro etiam animi indolem vel levem vel superbiae et ostentationi deditam, vel ferocem, ad violentas et cruentas concertationes pronam. Iam vero ista omnia nequaquam honestatem personalem, quae vera aliorum existimatione digna sit, per se evincunt, immo plerumque penes sapientes contrariam potius opinionem merito fovent. Quodcumque igitur momentum honori favens aliunde in duello reperiri possit, illud vel circa aliquem honorem versatur, qui propriam iuris quaestionem per iniuriam suscitatam nequaquam attingit, proin defensionis rationem per se nullam habet; vel absque rectae rationis suffragio in perversis hominum opinionibus ac praeiudiciis vel arbitraria sentiendi consuetudine fundatur; proinde mere *per accidens* ad reparandum honorem laesum refertur, cum ex adverso duellum *per se* et *ex natura sua* semper ad occisionem vel vulnerationem tamquam ad effectum suum immediatum tendat.

Haec autem rei natura et in ea fundata moralis qualitas duelli exinde non mutatur, quod forte recursus ad sententiam iudicis per accidens ad plenam procurandam satisfactionem non sufficere videatur, aut quod quis recusato duello per insana hominum iudicia grave incommodum vel etiam iacturam bonorum temporalium passurus sit.

*Neve dixeris:* in ipsa oblatione et acceptatione duelli *per se* aptum medium ad reparandum h laesum contineri; per

ı enim peti, per hanc praestari *virtualem et tacitam palinodiam riae,* eo quod acceptans ipso facto adversarium sibi honore em agnoscere censeatur. *Nam* actio ista oblationis et actionis, nisi absurda vel ludicra supponatur, separari nequit a *obiecto,* quod est ipsum duellum ex condicto subeundum, proin totam condicionem moralem complectitur.

Ergo — ab hac conclusione nullum effugium remanet —, in hac hypothesi revera semper ad directam occisionem vel ionem reducitur.

*In altera hypothesi* duellum *per externam quandam apparen-* nterdum quidem *per se* ad reparandum etiam honorem laesum ı aptitudinem prae se fert, quatenus exprobratae ignaviae noillo facinore efficaciter refutare videtur. Sed in hoc etiam casu a) ad minimum *semper deficit moderamen inculpatae tutelae,* in omni cruenta defensione requiritur, ut actio defensiva tamquam directe nociva imputari possit. Scilicet *urgens nulla* est, quod vel inde constat, quod duellum designato et loco initur, neque instat actualis aggressio, sed si qua iam in praeterito peracta est; — recursus quoque ad ori em ex naturae ordine ad hoc institutam semper fieri debet, si privatim res componi nequeat. Vel etiam viri p ab utraque parte tamquam iudices delegari pro singulis ei ›di causis possunt, ut sua intercessione rem pacifice diri- t. Ergo ad arma recurrendi numquam urget necessitas. Q si autem cui intersit animi fortitudinem facto aliquo com- pro e, id facere cum laude poterit, sed non temere et arbitrario ›, sed data occasione in re honesta et rationabili; interim autem u uique nobilissimum fortis animi testimonium praesto est, penes ıes sapientes longe efficacissimum, illud nimirum, quod in gene- ı contemptu tam insani hominum praeiudicii consistit.

b) Ex ipso defectu moderaminis porro colligitur, duello *in his etiam adiunctis non inesse nisi apparentem aptitudinem ad finem honoris reparandi.* Ignaviae enim, quatenus *vero honori* detrahit, opponitur *virtus fortitudinis,* non autem quaelibet audacia temere et sine prudentiae et caritatis moderamine exercita. Iam vero defensio honoris cruenta, carens omni moderamine inculpatae tutelae, manifestatio est non *fortitudinis,* cui *verus* honor respondet, sed temeritatis tantum et audaciae, cui tamquam vitio contemptus debetur. Ergo in hac etiam hypothesi eadem malitia duello necessario inhaeret.

**Probatur II.** Duellum etiam ratione *periculi*, cui ambo pu-gnantes integritatem *sui* corporis et vitam *suam* temere exponun-lege naturali prohibetur. *Est enim:*

1. *Manifesta violatio dominii Dei.* Per illud quippe hu arbitrio *directe* disponitur de re, quae exclusive divino ( subiicitur, de vita scilicet et corporis integritate, simili qu modo, quo id in suicidio fieri supra (n. 40 sq.) ostensum est. Di *directe;* nam quominus *indirecte* et propter altiores et iustos tale periculum dicatur praeter intentionem legitime *permitti,* ( rationes obstant, quas in prob. I ex ipsa natura duelli attul

2. *Peccatum contra amorem bene ordinatum sui ipsius raliter homini praeceptum* (n. 29 et 43). Quicumque enim d suscipit, bene ordinatum amorem sui, quo debet *secundum* ; *rationem* sibi bonum velle, adeo contemnit, ut ipsam vitam, q est primum bonum primaque condicio et naturale fundamen ceterorum hominis bonorum praesentium et futurorum, gravi culo obiicere et forte perdere paratus sit, idque non secund rectam rationem (qua id aliquando laudabiliter et cum v o amo erga se ipsum fieri potest), sed actionis causa, quam rec ut ex dictis constat, tamquam *in se malam* reprobat[1].

**Probatur III.** Duelli usus per se recto sociali ordini et essentiali publicae auctoritatis iuri repugnat, cui (praeter casum defensionis privatae ob necessitatem urgentem) publici ordinis, mutuae securitatis ac iurium tutela iure naturae demandatur. Ergo eodem iure naturae duellum illicitum est. Quod si autem eius fructus in societate consideres, quis luctuosissimas clades illas enumerare valeat, quas a quattuor maxime saeculis hic usus, quem synodus tridentina ut detestabilem abusum designat, familiis ac civitatibus intulerit?[2]. Merito propterea etiam ab Ecclesia sub gravissimis poenis prohibetur.

---

[1] Iisdem fere rationibus, quibus probatio I et II constant, Leo XIII in litteris supra commemoratis ad episcopos Germ. et Austr.-Hung. d. d. 22 Sept. 1891 duellum tamquam iure naturae illicitum reprobat, *duplicis criminis* illud suscipientes reos esse affirmans, nimirum quia et directe vitam alterius aggrediuntur et vitam propriam temere periculo obiiciunt.

[2] Cf. Card. *Gerdil*, Des combats singuliers. (Partim exstat apud *Migne*, Encyclop. theol. 34, 303.) — Complures n os statisticos in hanc rem refert etiam „Der Katholik" 1864, II: „ llfrage", p. 298. — *Rollin* (opusc. II, 111) testatur: „Non tantum pret (nobilis) sanguinis longa bella exhauriunt, quantum saeviente duellorum li cruenta pax absumit".

## Notanda ad solvendas difficultates.

83. 1. Nulla est paritas inter duellum privatum vindicandi
ıc susceptum et bellum, quod ad exposcendam satis-
pro iniuria internationali geritur. Privati enim ad suas
vindicandas adire magistratum debent. Neque bellum
tale censetur esse ipsa satisfactio pro honore, sed est medium
ı em per se aptum ad extorquendam satisfactionem po-
m.

2. Admittimus ultro, posse aliquando honorem nobili atque
to viro tanti aestimari, ut eius iactura longe acerbius ei
ı quam praematura mors. Sed non de sola hic bonorum
li relativa proportione quaeritur, sed de defensionis modo
e bonorum generi accommodato.

3. Duellum numquam considerari potest tamquam legitima
fortunae vel status familiae, quo quis, nisi illud accepta-
verit, excidere cogatur. Eo ipso enim, quod haec bona a nullo
actuali aggressore invaduntur, sed tantum per accidens et ali-
in periculum adducuntur, neque legitimae defensionis cruentae
tum esse possunt.

4. Nil repugnat, quominus per accidentalia adiuncta aliquando
eveniat, ut nullo legitimo medio honor laesus plane recuperari
possit. Idem enim pro omni alio iure frequenter accidit, ne ipso
quidem iure vitae et integritatis excepto, cui efficaciter defendendo
nec vigilantia magistratus neque privatorum legitima resistentia
pro omni casu particulari sufficit. In tali angustia nihil remanet,
nisi ex ipsa supremi legislatoris voluntate iniuriam fortiter pati,
potius quam iniusto et nefario medio eam declinare.

84. **Scholium.** Quoniam duellum actio est in se mala et illicita, similiter prava et semper illicita dicenda est eius *externa simulatio,* quantumvis physice innocua; ut v. g. si honoris reparandi aut ignominiae coram opinione publica vitandae gratia *ad speciem* duellum offertur et acceptatur, certo praevidendo pugnam non esse secuturam, utpote ab amicis impediendam, aut sclopeta ab iisdem ad innoxium tantum ignem fore oneranda.

## § 2. Circa libertatem externam.

### A. De libertate externa universim.

85. Homo, etsi naturaliter libero arbitrio instructus, hoc ipso tamen dono nequaquam ad mentem creatoris, tum qua homo tum

qua membrum societatis, uti posset, nisi ei *externa quoque libertas* responderet. Sed quemadmodum interna libertas in numquam exsistit nisi morali lege obstricta, ita nec liber externa perinde ac plena agendi independentia haberi del ipso enim, quod homo nascitur socialis, immo ut membrum tatis, iam a nativitate eius externa libertas certis iuris vinculis vel inchoative et remote vel proxime et actu Haec quoque *libertatis ligamina*, quamvis coactionis omni iuris ordini proprium secum ferant, *ultimatim di ae auctoritate nituntur*. Itaque de iure aliquo connato ext tatis omnino sermo esse nequit, nisi de eo, quod homini essentialem illam dependentiam ab ordine divinitus instituto unde competere debeat. Huius autem mensura hoc *gener cipio* comprehenditur:

**Thesis XIV. Omni homini in actionibus externis dentia ab aliorum arbitrio iure connato competit.**

Praenotanda. Dicitur „arbitrium" quatenus opponitur timae potestati. Itaque sensus thesis hic est: unusquisque connato ea libertate externa praeditus est, ut alii eius acti non pro lubitu, sed ex potestate tantum sibi a lege conc pedire vel exigere possint.

**Probatur.** Ea est creaturae rationalis dignitas, ut ius voluntati sive mediate sive immediate ex rationali o iiciatur, quemadmodum solus Deus essentialis eius finis ac est. Ergo unusquisque iure suo exigere potest, ut in actio suis aliorum voluntati eatenus subesse teneatur, qua illis potestatem Deus concesserit sive extraordinariam speci gatione factam sive ordinariam in communi iuris ordine fun

86. **Corollaria.** I. Libertas igitur externa, quae iuri hominis connato respondet, recte definitur: *libertas ab aliorum arbitrio in actionibus externis.*

II. Haec libertas hominis erga alios per se loquendo est, ut aiunt, „in possessione", quamdiu hi suam potestatem sibi in eam concessam non probaverint. Dixi „per se loquendo" — nam comprobata et iam rite agnita eiusmodi *generali* potestate, haec ipsa circa singulos actus deinceps ex ea manantes contra dubia vel exceptiones in favorem libertatis exortas in possessione est, donec de his certo constet.

III. Quamquam ex thesi consequitur inter homines sibi non linatos alios aliorum actionibus vel omissionibus malis, quae alterius ius violant, ex iure resistere generatim non posse, n tamen altioris destinationis, dignitatis et decoris humanae tis, quilibet etiam privatus, quoties nullus superior praesto e naturae potestatem habere censendus est alios adhibita i diendi, quominus *atrociora* quaedam crimina humanitati iniuriosa committant, quale v. g. esset sibi manus vio- inferre, quamvis inde alterius personae ius vel bonum non laederetur. In tali enim casu singulis membris socie- ex iure et officio incumbit causam totius societatis agere dignitatem et honestatem publicam tueri.

V. *Ad solvendas difficultates nota:* Ut alteri obligemur, necesse , ut eius voluntas, quae imperium vel potestatem in nos t, *sub omni respectu* divinae voluntati conformis sit, sed eo tantum, sub quo sibi in nos potestatem vindicat. Atque ita ev re sane potest, ut quis *ex iure* aliquando onus subire r, quod caritatis praeceptum ipsi imponi vetat (cf. P. I, n. 341).

### B. De libertate conscientiae.

Libertas conscientiae, si universim spectatur, expressio est dum vaga et indeterminata, ex usu loquendi variam signifi- . admittens. Inde fit, ut vix aliud vocabulum magis ido- sit ad spargendos sub specie veri errores, praesertim cum a is instar in ore hominum versatur, qui eius ambiguitatem ere vel nesciunt vel nolunt. Nempe quemadmodum libertas ratim, ita et libertas conscientiae diversa est pro diversitate uli vel necessitatis, quae per libertatem excluditur[1]. Itaque liber conscientiae per se significare potest: 1. Solutionem volun- ta a qualibet necessitate interna physice determinante, qua im- atur conscientiae dictamini interne adhaerere vel non adhaerere; et ita non differt a libertate morali interna, qua omnis homo natu- raliter gaudet et qua nulla coactione privari potest. Sed haec ad psychologiam, non ad ius pertinet. 2. Exemptionem ab omni coac- tione externa, qua quis ad agendum contra Dei praeceptum ad- igatur; quam libertatem conscientiae *stricte dictam* nuncupamus. 3. Libertatem ab omni externo legali obstaculo impediente, quo-

[1] Cf. *Canet,* La liberté de conscience, sa nature, son origine, son histoire et sa pratique dans nos sociétés contemporaines. Lyon, Librairie cath., 1891.

minus quis, illaesis iuribus aliorum servatisque communib cialis vitae condicionibus, in agendi ratione personali et suum tantum subiectivum arbitrium sequatur. 4. Ean libertatem significat, ita tamen, ut inter pares iustitiae et ordinis limites etiam ad actus publicos et sociales per scripta, opera extendatur; talis vulgo etiam „libertas et cultus" vocatur. 5. Denique libertatem denotat ab omni culo morali seu obligatione etiam interna, quae aliunde q solo naturali rationis lumine pro uniuscuiusque personali ut „persuasione", i. e. opinandi arbitrio, oriatur. Vi huius homini plena facultas omnem positivam religionem, immo turalem, si cuipiam videatur, respuendi vel iam admi serendi sine ulla criminis vel ignominiae nota, dummodo pul ordini ceterum satisfacere paratus sit[1].

Ita evenit, ut naturalismus nostri temporis praetextu tatis conscientiae", quae recte intellecta merito inter sac et inalienabilia hominis iura recensetur, contra quemlibet p religionis ordinem et imprimis contra ecclesiasticam a impium bellum movere non desistat, indirecte succurrenti paucis etiam catholicis viris, partim ambiguitate verborum vulgari „liberalium" institutionum studio deceptis. Qu prae ceteris hoc loco definire interest, *qualis et quanta sit conscientiae libertas, quae homini tamquam ius vere abso inalienabile semper et ubique attribui debeat,* ut distinguatur ea, quae per se accidentalis et hypothetica est et non minus qua libertas universim pro diverso publici iuris ordine sive div sive humano modo amplioribus modo arctioribus limitibus cir scribitur, vel, si per se quidem ex iure connato dimanet, ex tamen collisione variis limitationibus subiacet.

89. **Thesis XV. Omni homini libertas conscientiae stricte dicta simul cum libero eius usu iure absoluto et inalienabili competit; quae autem ulterius extenditur, externae limitationi ex iure obnoxia esse potest.**

Praenotanda. Secundum praemissam expositionem *libertas conscientiae stricte dicta* definiri potest: independentia ab omni

[1] Isto sensu accepta „libertas conscientiae" (ut recte animadvertit *Schiffini*, Disp. Phil. mor. II, n. 264) proxime ad „libertatem opinionis" quam vocant refertur et in ea quodammodo fundatur. Haec enim ipsius naturalis rationis et prudentiae limites abiiciens aliud non est quam „licentia amplectendi

te humana in iis omittendis, quae lege divina inter-
r.

**Pr ur pars I.** 1. Homo semper et ubique iure absoluto
ıbili gaudet, per media necessaria ad finem ultimum
Iam vero in hoc iure illud evidenter continetur. 2. Nemo
ılium potestatem habet, nisi quae a Deo illi concessa sit
XIV), neque alia quis obligatione obstringi potest, nisi quae ulti-
ı divina auctoritate derivetur. Atqui in quacumque hypo-
repugnat Deum cuiquam potestatem facere alios ad
dum i praeceptum adigendi, atque quemquam iuris officio
morali obligatione violandae legis divinae obstringi. Ergo...

**Probatur pars II.** Ius qualecumque externae libertatis, etiamsi
se et spectata sola persona individuali connatum sit, spectato
ordine sociali aliquando cum altiore iure vel naturali vel
vo collidere potest, quo saltem quoad usum varie limitetur
ɜndatur necesse est, eo solo casu excepto, quo illud circa
ɜs vel omissiones versatur, quae absoluta et determinata
divinae obligatione praecipiuntur. Atqui is casus ad *solam*
tatem conscientiae stricte dictam spectat. Ergo quaecumque
us extenditur, externae limitationi ex iure obnoxia esse potest.

Prob. mai. ex communi ratione omnis collisionis iurium et officiorum, quae in eo fundatur, quod Deus in suis ordinationibus sibi contradicere nequeat et quod ubicumque apparens eiusmodi contradictio oboriri videatur, ceteris paribus iura inferioris ordinis altioribus, accidentalia essentialibus, hypothetica absolutis, subiectivo errore fundata obiective certis, ea quae vel in se vel quoad usum ab absoluto fine rationalis naturae remotiora sunt, iis, quae propius ad hunc accedunt, postponi ac subordinari debeant, quantum opus est, ut conflictus tollatur. Id autem circa omnia iura, quorum exercitium non vi *absolutae* obligationis urgetur, accidere posse per se manifestum est.

**90. Corollaria.** I. Quamquam sola libertas conscientiae stricte dicta ita homini competit, ut a nulla umquam humana potestate tolli vel restringi legitime aut valide possit, ex praedictis tamen rationibus recte quoque infertur, *per se et universim* loquendo,

---

tamquam vera quaecumque libuerit vel sine vel ex quocumque motivo utut irrationabili". Cui similis licentia conscientiae respondet, nimirum talis, qua „unicuique conveniat, ut tamquam bonum vel malum accipiat quodcumque voluerit".

unicuique *ius esse connatum* praeter legis praecepta etiam *co* perfectioris vitae sequendi, ac proin omnia auxilia et i hunc finem quaerendi et adhibendi, quae honesta et nullius adversa sunt. Dixi „per se et universim loquendo"; tame consilia perfectioris vitae per se bona sint, et qua talia i homines universim seu in abstracto consideratos perti t, quaquam tamen pro uniuscuiusque individuali condicione i tempore et loco bona sunt et consulta, minime tum cum c iura aliorum obstant.

II. In *hypothesi conscientiae erroneae* iure naturae un gaudet ea saltem libertate conscientiae, quae proportionatur turali obligationi sequendi conscientiae dictamen certum cibiliter erroneum. Unde nemini licet eam impedire, qu cum nullo aliorum iure sive privato sive publico collidit. U autem hoc evenit, is, cuius ius violatur propter alteri talem errorem quantumvis inculpabilem, suo iuri obi ive i renuntiare ex iustitia non tenetur. Dico: *ex iustitia;* e per adiuncta contingit, ut illi cedere *ex caritate* teneatur; nper autem haec exigit, ut nonnisi post adhibitum conatum de i errorem coactio adhibeatur.

### C. De libertate religionis.

91. *Libertas religionis*, quae cum iure connato *libertatis conscientiae* immediate conectitur et de qua *sola* hic agendum, probe distinguenda est ab ea, quam „liberalismi" sectatores hodie passim tamquam dogma fundamentale „modernae societatis" profitentur atque omni civili constitutioni nullo facto populorum discrimine ex lege universali inscribi volunt[1].

Ex *iure naturae* pro libertate religionis eaedem regulae, sed et eaedem restrictiones valent, quas pro libertate conscientiae universim recensuimus; duplici tamen hypothesi, quae circa religionem consideranda venit, congrue applicandae sunt. Nimirum religionis exercitium vel *interne* relate ad obligationem uniuscuiusque coram Deo, vel *externe* quatenus relationes sociales attingit, con-

---

[1] Utrum et quibus condicionibus haec etiam „religionis libertas", quam passim „liberalismus" profitetur (i. e. legum atque institutionum civilium indifferentia erga quamlibet religionis formam), practice admitti vel etiam relative probari possit — non ex iure individuali et absoluto, sed ex iure publico (ecclesiastico-politico) (ut infra sect. 3, lib. 1) dir nd erit.

; in utroque casu iterum variae personarum conponi possunt. Itaque

I. Libertas religionis *interna aut* absolute, i. e. intra solum luminis naturalis, *aut* relative ad positivam revelationem cognitam et agnitam spectatur. Si prius, recte dicitur vis positivam religionis vel fidei obligationem esse „in one"; i. e. non supposita aut penitus ignorata religione a Deo ive instituta, unusquisque naturaliter non solum ius sed um habet de sua ad Deum relatione *rationis* effata scrutvita exsequi (ut constat ipso docente apostolo Rom. c. 1); annuntiata iam religione positiva, sed nondum mentis su agnita, unicuique ius est, antequam eam profiteatur, revefactum, utrum veritate nitatur, examinandi. — Qui vero *divinam religionis positivae originem agnoverit,* iam non, suo ratiocinio sibi de Deo recte sentire videtur, sed positiva Dei effata vera habere et opere exsequi tenetur. Hac tantum adhibita restrictione ad internam etiam religionem extenditur definitio, qua libertas religionis vulgo dicitur: *facultas legitima cuique homini data, de sua ad creatorem relatione cogitandi et quae cognoverit officia exsequendi.*

II. Libertas religionis *externa* secundum ea, quae de libertate conscientiae statuta sunt, *his principiis comprehenditur:*

1. Nemo umquam ad suscipiendam etiam veram religionem cogi legitime potest. Etsi enim haec iure divino omnes homines *remote* ad praestandam fidem obstringit, *proxime* tamen neminem obligare potest, nisi mediante *morali influxu.* Vi autem extorquere externam simulationem contra internum conscientiae dictamen non solum essentiali conscientiae libertati, sed et vero bono tum privato tum publico repugnat et religionem odiosam reddit. Notandum tamen, aliud esse falsum cultum externum ob causas legitimas *non tolerare,* aliud ad suscipiendum verum cultum *adigere.*

2. Nemo cogi licite potest, ut quicquam contra religionis officia perpetret, et generatim loquendo, i. e. seclusa collisione cum certo iure aliorum, nec impediri, quominus iisdem satisfaciat.

3. In casu falsae religionis recurrunt quae de libertate conscientiae erroneae dicta sunt.

Praeter honorem et libertatem externam omne e humanis usibus destinatae praecipuam

partem constituunt, quae nomine „status externi“ comprehendi
Quapropter in his non minus quam in illis tamquam in naturali fi
mento varia hominum inter se officia et iura nituntur, quae per se
argumentum huius articuli pertinent eiusque tertiam paragraphum o
cupare deberent. Huc imprimis referendum est ius hominis connatu
*rebus utendi* et de iisdem, quantum usus ratio postulaverit, varie *disp*
*nendi;* quod quidem considerata tum hominis tum rerum natura
tione non indiget. Verum cum eodem ius quoque *propr tis*
intime cohaeret, quod cum secundum omnem suam rati ex *so*
individuali hominis natura derivari non possit, iuri sociali in
erit, simul cum *iure alienandi* (Veräusserungsrecht) et *iure contr*
seu pacta ineundi (Vertragsrecht), quod utrumque per se quid
connatum, sed intuitu materiae, circa quam maxime versari so
bilem rerum proprietatem praesupponit ac praecipuum *iuris socialis*
*vati* et generatim iurium *hypotheticorum* fundamentum est. Ita
diversis in locis de eodem argumento sermonem instituere et quae
per se inseparabiliter coniuncta in diversas partes dist ere
sit, omnem hanc materiam *per modum unius* inferius c ple
placet. De iure autem quod vocant „aequalitatis“, quod in
iura connata hominis vulgo recensent, speciatim dicere mer si
sedemus. Ex iis enim, quae hactenus dicta sunt, satis per se
eam quidem inter homines iurium aequalitatem negari non p , q
*formalis* appellatur et in eo consistit, quod homines, si secundi
turam humanam nude in se et seclusis accidentalibus co
tamquam iisdem iuribus praediti concipi debeant. *Realis* vero ae
litas, i. e. ea, quae hominibus, prout realiter exsistunt, tribuatur,
et moraliter implicat.

---

# Sectio secunda.

## Ius sociale privatum.

---

### Prologus.

93. In scrutandis officiis et iuribus hominum, quae ipsis non
's *absolute spectatis* (ius individuale), sed secundum *spe-*
( *nexus sociales* tribuenda sunt, omne *ius sociale proprie dictum*
ır. Dico: *proprie dictum,* quia *latissimo* aliquo sensu *omne*
ium *sociale* est, quatenus nimirum generalem seu remotum
m ad societatem continet (cf. P. I, n. 344). Recte autem
loco ius *sociale* ut a iure *individuali* seu absoluto distinguatur,
ctiore sensu accipitur; atque ita secundum varios quodammodo
ε s quos admittit, varias quoque denominationes sortitur. Si
ad tantum sociales relationes se extendit, quae vitae *privatae*
sive domesticae sive civilis limites non excedit, *ius sociale privatum* dicitur, eademque nota a *iure publico* distinguitur. Omnis porro socialis organismus naturae vi inductus atque stabilitus a *societate domestica* seu familia initium ducit (P. I, n. 405 sqq.). Prima igitur officia et iura, quae homini speciatim ut membro illius organismi conveniunt, ab eodem hoc primitivo societatis fonte deriventur necesse est. Positis autem hisce totius socialis structurae quasi fundamentis, nova deinceps et uberiora socialia vincula hominem excipiunt. Nimirum in et cum familia non solum ipsam terrae partem, quam inhabitat, et res externas, quibus pro se suisque utitur, arctiore nexu sibi obstringit (stabili rerum dominio), sed etiam cum aliis familiis earumque membris novis iugiter nexibus (imprimis ope contractuum) coniungitur. Atque ita paulatim cooperante cum naturae momentis humana libertate innumerae illae relationes sociales ac iuridicae oriuntur, quibus praeter ius *domesticum* ius quoque *civile privatum* organice coa-

lescit et quasi proximam societati publicae materiam praeparat. Quapropter argumentum huius sectionis *tribus* libris comprehendimus, in *primo* de iure domestico, in *altero* de iure proprietatis, in *tertio* de contractibus acturi.

# Liber primus.

## *Ius domesticum.*

### Prologus.

**94.** Societatem domesticam seu familiam naturaliter institutam esse in parte *generali* harum Institutionum certis argumentis comprobatum est. Similiter internam ac naturalem eius structuram iam compertam habemus (P. I, n. 405—414)[1]. Ex *triplici* quippe elementari societate, *coniugali, parentali* et *herili,* familia complete sumpta organice succrescit. De singulis hoc loco particularius dicendum est.

## Caput I.

### De societate coniugali.

**95.** Societas coniugalis (coniugium, matrimonium) per naturae institutum non solum omnium prima et simplicissima, sed universae societatis humanae principium et quasi seminarium dicenda est, ac merito definitur: *stabilis coniunctio duarum personarum sexus diversi ad prolem generandam riteque educandam legitime inita* (cf. P. I, n. 405). Quae definitio illa ipsa rei capita innuit, quae singillatim expendere prae ceteris interest.

### Articulus 1.

#### *De fine matrimonii.*

**96.** Finis *obiectivus,* ad quem auctor naturae matrimonium institutum voluit, non necessario unus est. Immo vero prae humanis operibus eo etiam divina instituta excellere solent, quod simplicissimae causae multiplicibus ac sapientissimis finibus con-

[1] Idem naturae institutum solide et enucleatius, nominatim etiam contra recentiores illius adversarios, ut Darwini sectator vindicatum vide apud *Cathrein,* Moralphilosophie II (ed. 3 1899),

accommodentur. Sed in hac ipsa pluralitate finium n *primarius et essentialis,* cui reliqui subordinentur, emi- nec est.

**Thesis XVI. Finis primarius matrimonii in condigna generis propagatione per honestam prolis generationem et e ionem consistit [1].**

**Probatur I.** Ille finis matrimonii procul dubio primarius censeri debet, in quo naturalis necessitas huius instituti pro humano genere essentialiter et primario fundatur. Atqui hic finis alius non est quam condigna humani generis propagatio, i. e. honesta prolis tio et educatio. Haec enim essentialis atque per se sola ratio est, ob quam non vagum consortium, sed coniu- bile naturaliter institutum esse certo concludimus (P. I, n. 408). Ergo . . .

**Probatur II.** Eidem fini ipsa natura matrimonii principaliter proportionatur. Ad propagationem enim generis nihil profecto principalius ex naturae instituto spectat quam diversi sexus coniunctio, nihilque aptius excogitari potest, quo simul tum rationali decentiae ac moderamini debito tum prolis congruae educationi provideatur, quam coniugum stabilis societas. Ergo ad hunc finem matrimonium a natura primario ordinari dicendum est [2].

*Fines autem secundarii* ad hos duos revocari possunt: 1. mutuum inter coniuges vitae obsequium, solacium, atque praesidium; 2. honestum concupiscentiae remedium. Esse autem hos fines concomitantes tantum et subordinatos, ex iisdem rationibus liquet, quibus thesis praecedens firmatur.

Uterque hic finis per se id ipsum, sed magis explicite, enuntiat, quod recentiores auctores plerumque „mutuum sexuale com-

---

[1] Cf. *S. Thom.* 4, dist. 26 sq. S. theol. 2, 2, q. 154, a. 2; Suppl. 3, q. 41, a. 1; C. gent. l. 3, c. 122 et 123.

[2] Ad recte distinguendum finem *primarium* coniugii a finibus *secundariis* notari iuvat quod *S. Thomas,* C. gent. l. 3, c. 123 insinuat, nempe quemadmodum inter naturales actus sola generatio ad bonum *commune,* scilicet ad conservationem speciei, ordinetur, ita ab auctore naturae coniugium *principaliter* non ad bonum individuale coniugum, sed ad bonum *commune humani generis* ordinari, nimirum ad condignam eius propagationem. Quaecumque igitur praeterea individualia seu personalia bona pro coniugibus naturaliter cum eodem instituto conectuntur, ad fines *secundarios* pertinere dicenda sunt. — Socialis destinatio, qua matrimonium est fundamentum familiae et hinc societatis, est bonum pariter *commune,* sed in dicto fine principali iam continetur.

plementum" vocant[1]. In duplici illo *communi coniugum bono* revera sexuum complementum tum internum (psychologicum) tum externum consistit. Quare et hoc non primarium sed *secundarium* finem constituere dicendum est. Non enim quidquid secundum naturam anterius, id etiam in ordine finali principalius est. Neque etiam matrimonii essentiam in hoc realiter facto complemento consistere, ut aliqui volunt, concedendum est, ut ex infra dicendis (art. 3) patebit.

## Articulus 2.

*De necessitate matrimonii.*

97. Matrimonium humano generi necessarium atque adeo intuitu generis lege naturali praeceptum esse ex supra demonstratis extra omne dubium est. Sed quaeritur, an et quomodo haec lex singulos homines obstringat. Cui quaestioni respondet

**Thesis XVII. Nulla naturae lex per se obstat, quominus quis prae matrimonii statu caelibatum eligat.**

Praenotandum. Dicitur „per se", i. e. seclusis specialibus adiunctis, quibus per accidens eiusmodi obligatio aliquando pro particularibus personis exsistere possit[2].

**Probatur.** Si ulla lege caelibatus per se illicitus foret, id esset vel propter officium propagandi genus humanum, vel quia extra matrimonium concupiscentiae vis vitae honestatem plane impossibilem redderet. Atqui neutro ex capite communis omnium obligatio exsistit. Ergo . . .

Prob. min. ad 1.

*Argum. 1.* Obiectiva ratio, ob quam determinata obligatio naturalis propagandi genus humanum singulis hominibus incum-

[1] Non caret ista expressio, etsi per se vera, aliqua ambiguitate, qua naturalismus abuti solet, quasi in „mutuo sexuali complemento" propria et completa definitio coniugii contineatur. Neque *sexuale* complementum cum complemento *humano*, i. e. ad perfectum esse hominis requisito, confundendum est, quasi homo non coniugatus dimidius tantum homo vel imperfectus censeri debeat. Non enim opus est hoc complemento nisi ad constituendum unum et completum principium generationis, educationis et socialis unitatis domesticae. Cf. „Der Katholik" 1881 II, 364.

[2] *S. Thomas*, S. theol. 2, 2, q. 152, a. 2; Suppl. 3, q. 41, a. 2; C. gent. l. 3, c. 136 sq. *Schiffini* l. c. p. 225 sqq. *Cathrein* l. c. p. 392 sqq. *F. Laurin*, Der Cölibat der Geistlichen nach canonischem Rechte. Wien 1880. *Möhlers* Gesammelte Schriften und Aufsätze, herausg. von *I. Döllinger*, I (1839), 177—267.

non possit, a *S. Thoma* ita lucide explanatur: „Alia ratio hal a in his, quae ad necessitatem uniuscuiusque hominis t nt, atque alia in his, quae pertinent ad multitudinis ne- tem. In his enim, quae ad uniuscuiusque necessitatem per- , oportet quod cuilibet provideatur . . . unde necessarium quod quilibet cibo et potu utatur. In his autem, quae ne- ia sunt multitudini, non oportet quod cuilibet de multitu- attribuatur, neque etiam est possibile . . . et ideo diversorum ırtet esse diversa officia, sicut etiam in corpore diversa membra ad diversos actus ordinantur. Quia ergo generatio non est de necessitate individui sed de necessitate totius speciei, non est necessarium, quod omnes homines actibus generationis vacent, sed quidam ab his actibus abstinentes aliis officiis mancipentur, puta militiae vel contemplationi.“ [1]

*Argum. 2.* Officium propagandi genus, qualecumque supponatur, ex natura sua *affirmativum* est ac proin a) vim actualiter obligandi non habet nisi hypotheticam, i. e. talem, quae a certis determinantibus adiunctis pendet. Videlicet tum demum actu obligaret quemquam in particulari, si quando eveniret, ut finis praecepti eius coniugium exigeret. Iam vero timendum non est, ne ob virginitatis amorem coniugia tanı rara fiant, ut societas inde patiatur. b) Cum respective gravi incommodo non obligat, id quod evenit, quoties illius officii adimpletio maius bonum proprium aut societatis praepediret. Hanc autem condicionem multiplicibus rationibus pro diversis personarum adiunctis verificari quis neget? Salus quoque societatis multis aliis bonis praeter eius propagationem consistit, quae immo illimitatis incrementis aucta ad commune potius periculum vergeret [2]. Praeterea illa altioris ordinis bona, quae a nobilioribus mentibus prae ceteris aestimari atque appeti solent, tutius atque abundantius caelibes assequi valent quam qui coniugii pondere gravantur.

Prob. min. ad 2. Matrimonium etsi remedium concupiscentiae sit communi hominum statui accommodatum, non tamen unicum est nec singulis ad vitae honestatem servandam necessarium. Id autem imprimis de iis dicendum est, qui praeter nativum rationalis voluntatis imperium superno gratiae auxilio ac religionis christianae subsidiis utuntur.

---

[1] C. gent. l. 3, c. 136.

[2] Cf. *Roscher,* Grundlagen der Nationalökonomie § 242.

98. **Scholium.** Caelibatus virtutis amore et ob cultum di vatus secundum philosophiae christianae existimationem non sol sed etiam laude dignus est, ut disserte docet apostolus 1 Cor. [1] hoc autem nil commune habet caelibatus ille nefarius, qui ma propter frena luxuriae tantum aversatur. Is enim legi naturali feste contradicit, utpote quae singulos homines negativa obliga tenus obstringat, ut, qui vitam agere virginalem nolint, non i l inito matrimonio unione sexuali licite uti possint.

## Articulus 3.

*De naturalibus requisitis ad legitimum matrimonium.*

### § 1. Philosophicum eorum fundamentum.

99. Haec requisita partim ex ipsa natura matrimonii qua coniugalis *societatis,* partim ex eius *fine* cognoscenda sunt.

Tamquam *societas* in individuo per naturam non determinata sed singulorum electioni permissa, coniugium initur *contractu,* qui propterea contractus *matrimonialis* vocatur. Is si per se et seclusa propria materia spectatur, iisdem condicionibus subiacet, quae pro pactis universim valent et de quibus infra dicendum erit. Eo autem imprimis spectat personalis utriusque coniugis *liber consensus.*

Intuitu *finis* requiritur: a) ut contrahentes matrimonium sint personae diversi sexus per se physice capaces prolis generandae; b) ut sibi concedant mutuum et exclusivum ius ad actus per se generationi idoneos fidemque individuae ac perpetuae societatis. De quibus insuper in specie quaeri potest:

### § 2. Qualis sit iure naturae matrimonii unitas.

100. Spectato fine completo matrimonii sana philosophia non potest non agnoscere, *solam monogamiam,* i. e. eam unitatem coniugii, qua unus vir uni feminae iungitur, intentioni conditoris et instituto naturae convenire. In hac sola enim ea aptitudo medii reperitur, qua ille finis naturae tum primarius tum secundarius, quantum condicio humana admittit, tuto et convenienter obtineri possit; cum contra omnis alia coniugii forma *per se* potius aliquod impedimentum vel maius vel minus eidem fini opponat. Quod ita recta ratio intellegit, nobis insuper ex fonte divinae revela-

[1] Cf. *S. Thom.,* S. theol. 2, 2, q. 152, a. 4; C. gent. l. 3, c. 137.

tionis confirmatur, quo constat primitus a Deo matrimoniale vinculum ita inter duas personas institutum ac sancitum esse, ut essent *duo in carne una* (Gen. 2, 20—24. Matth. 19). Itaque

*Polygamia*, i. e. simultaneum inter plures coniugium, sive unius feminae cum pluribus viris (polyandria) sive unius viri cum pluribus feminis (polygynia), procul dubio a naturae instituto deflectit; id tamen diverso modo et gradu. Namque

1. *Polyandria iuri naturae absolute repugnat; quia* non solum finibus coniugii secundariis, sed etiam fini principali omnimode contraria est. Nam per eam, ut advertit *S. Thomas* [1], „ipsa procreatio prolis, etsi non totaliter tollitur, . . . tamen multum impeditur. . . Sed educatio totaliter tollitur, quia ex hoc, quod una mulier plures maritos haberet, sequeretur incertitudo prolis respectu patris, cuius cura necessaria est in educando".

2. *Polygynia, quamvis non absolute, generatim tamen a iure naturae reprobatur.* Primum inde colligitur, quod per pluralitatem uxorum nec procreatio nec educatio prolis omnino impeditur; alterum autem patet ex eo, quod spectata ordinaria hominum condicione primario fini matrimonii, maxime autem educationi prolium, impedimenta affert, vitae vero domesticae felicitatem, sublata sociali familiae unitate, multipliciter turbat et concupiscentiae non tam remedium quam incitamenta suppeditat. Ideo hoc matrimonii genus numquam ut *ordinarium* per naturae legem approbatum fuit, quamquam Patriarchis ad tempus permissum; in novo demum foedere omnibus interdictum est [2].

## § 3. Qualis sit iure naturae matrimonii stabilitas.

101. Satis per se manifestum est et iam alias probatum (P. I, n. 408) stabilitatem perennem matrimonii per se *ad finem educationis prolium omnino et generali lege necessariam esse* [3]. Unde numquam legitime contrahi potest matrimonium ad tempus aut ad revocationem aut sub ea condicione, ut pro lubitu iterum dissolvi queat. Sed quaeri insuper potest: utrum saltem in casibus particularibus, salvo illo fine essentiali et gravibus suadentibus

---

[1] 4, dist. 33, q. 1, a. 1.

[2] *S. Thom.*, Suppl. 3, q. 65.

[3] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 154, a. 2 c.; Suppl. 3, q. 41, a. 1, ubi simul auctoritas *Aristotelis* (Eth. Nic. l. 8, c. 11 et 12) ad rem invocatur. C. gent. l. 3, c. 123.

rationibus, per ius naturae liceat coniugibus matrimonium vere? Cui quaestioni respondemus:

**Thesis XVIII. Vinculum matr i e per se indissolubile est, ut nonnisi divina in r i ritate solvi possit.**

Praenotandum. Antiquiores nonnulli scriptores, quin egregii, contrariam sententiam probabilem esse putar matrimonium, omisso eius charactere sacramentali, co tantum ut institutum naturae[1]. Sed hodie haec q io ecclesiasticam auctoritatem haud ambigue soluta videtur, scilicet a Pio IX reprobata est thesis 67 Syllabi, quae ita „Iure naturae matrimonii vinculum non est indissolubile, et variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili potest."

**Probatur.** Ad communes illas rationes, quae *a fine primario* matrimonii, intuitu educationis *pro omni casu et respectu omnium sufficientis,* pro hac doctrina merito depromuntur, *sequentia accedunt gravissima argumenta,* quibus eadem ut philosophice certa comprobatur:

1. Principium proprium matrimonii *amicitia* est. Atqui amicitia *sua natura est perpetua* nec cum separationis aliquando futurae suspicione consistere potest.

2. Vinculum huius unionis suapte natura tam arc individuum est, ut eius solutio cum violenta morte c possit. Illud enim efficit, ut sint duo in carne una, i. e. individuum generationis principium constituant. Omne igitur div tium impiam quandam et violentam eius destructionem invol a qua natura tamquam a *morali quodam suicidio* abhorret.

3. Quod si ex lege naturali *aliquando* per accide graves rationes solutio matrimonii admitteretur esse l tum *ne illa quidem stabilitas coniugii, quae certo ad es eius finem communiter necessaria est, secura servari pos* o tata hominum tum inconstantia et cupiditate, tum im molestiae gravis, quae frequenter coniugium comitatur, ei periculum nequaquam rarum, sed prope universale foret, sine opposito remedio satis efficaci. Neve dicas tale

[1] De ea re cf. *Schiffini* l. c. p. 244.

ab auctoritate civili suppleri posse, quatenus penes ipsam supre-
m ius maneat de sufficientia rationum solvendi matrimonii in
ulis casibus cognoscendi. Nam praeterquam quod iudices hu-
i, indirecte non raro suam ipsorum causam agentes, generatim
indulgentiam essent proclives, coniugibus sui consortii pertaesis
rationes ac praetextus numquam non suppeterent, atque
s *oblata* causae suae ex voto agendae perpetuam incon-
ansam et discordiae fomentum praeberet. Haec omnia,
talis licentia viget, quotidianis exemplis illustrata videmus.

4. Eiusmodi solvendi matrimonii facilitas *communi societatis bono perniciosa.* Praecipua societatis bona a familia recte
u eiusque praesertim unitate et non interrupta successione
a sua radice derivantur. Ut alia taceam, haec ipsa dome-
e unitas atque in successione perpetuitas quasi ca-
, quo moralem humani generis institutionem sequentibus
tionibus iugiter transmitti Deus providus voluit. Ergo ma-
trimonii solutio, quae per se huic fini providentiali repugnat, ar-
hominum permitti secundum naturae legem nequit.

5. Adde denique *sescenta mala saepe irreparabilia, quae inde nascuntur* sive *pro ipsis coniugibus* sive *pro liberis et consanguineis,* praesertim ubi alterutra parte invita divortium extorquetur[1].

Ceterum *divina* potestate solvi matrimonium posse non est quod probari indigeat, si quidem quaelibet iura creaturae subduntur supremo dominio Dei; idque revera ob altiores fines divinitus

---

[1] Fuerunt, qui coniugii sterilitatem, spectato solo iure naturae, legitimam illud solvendi rationem esse putarent, eo quod sterilitas, saltem per accidens, primario fini matrimonii opponatur, qui respicit bonum prolis. Ad quod apte respondet *S. Thomas*, Suppl. 3, q. 67, a. 1 ad 4: „Matrimonium principaliter ordinatur ad bonum commune ratione principalis finis, qui est bonum prolis; quamvis etiam ratione finis secundarii ordinetur ad bonum personae matrimonium contrahentis, prout per se est in remedium concupiscentiae. Et ideo in legibus matrimonii magis attenditur, *quid omnibus expediat*, quam quid uni competere possit. Quamvis igitur matrimonii inseparabilitas impediat bonum prolis in *aliquo* homine, tamen est *conveniens ad bonum prolis simpliciter*. Et propter hoc ratio [illa] non sequitur." Cf. 2, 2, q. 154, a. 2. — Ipse quoque *Fr. I. Stahl* (Philosophie des Rechts II, 429) docet: „Der erste und völlig selbständige Zweck der Ehe sei die vollständige persönliche Einigung der Gatten. Darum", ait, „ist die unfruchtbare Ehe um nichts minder bindend und heilig als die fruchtbare." — Et *Thiersch* (Ueber christliches Familienleben, ed. 5, p. 7) scribit: „Die Monogamie, und zwar die allein durch den Tod auflösbare, ist ein im wahren Wesen des Menschen begründetes Urgesetz."

factum esse historia sacra testatur. Ita v. g. apostolica ratione 1 Cor. 7, 15.

**102.** **Corollaria.** I. Quaestio de *impedimentis matrimonii* positivum magis quam naturale, et in praesenti quidem pro tiali ordine ad ius ecclesiasticum pertinet, quia matrimoniu gitimum ex lege christiana non meri contractus sed simul tialem *sacramenti* rationem habet. Inde et quid de matri *civili* sentiendum sit, colliges. Ceterum impedimenta, quae primos saltem consanguineitatis gradus statuta sunt, in ip tionali natura fundari nemini dubium esse potest[1].

II. A finibus *subiectivis*, quos coniuges contrahendo r monium sibi proponunt, huius legitimitas per se non dep *dummodo obiective, quae contractui matrimoniali essentialia non excludantur;* quod utique fieret per condiciones turpes tractui additas primario eius fini contrarias. Sed etiam ut matrimonium contrahatur, non requiritur, ut contrahentes primarium coniugii *subiective* quoque ut primarium intendant tantum ut honestum velint[2].

III. Inde concludes verum ac legitimum matrimonium eos etiam esse, qui ius coniugale quidem sibi invicem co sed *vitae tantum consortium intendentes* expressam volun gerunt, suo iure numquam utendi. Illud enim *ius*, non eius *usus* vel effectus, vinculum morale matrimonii co Eiusmodi coniugalem societatem inter immaculatam virginem que castissimum sponsum fuisse constat[3].

## Articulus 4.

### *De iuribus et officiis coniugum.*

**103.** Ex coniugii natura et finibus facili conclusione tum iura et officia mutua coniugum tum eorum limites cognosc

1. *E fine primario* manant: a) ius et officium mutuum, contractus matrimonialis essentialem materiam constituit; exigendi et officium servandae mutuae fidelitatis, quam exc illius concessio postulat; c) officium cooperandi pro viribu prolem genitam rite educandam.

[1] Cf. *S. Thom.* 4, dist. 40, q. 1, a. 3.
[2] Cf. *S. Thom.*, Suppl. 3, q. 48, a. 1 et 2.
[3] *S. Thom.*, S. theol. 3, q. 29, a. 2; 4, dist. 30, q. 2, a. 2.

2. *E finibus secundariis:* a) Ius stabilis cohabitationis; b) exili ea vitae domesticae obsequia, quae pro diversitate sexus tus ad mutuum praesidium et solatium per se requiruntur [1].

3. *Coniugalis societatis primatus* penes virum residet. Quamenim coniugium, si coniugalia iura considerantur, societas , instar perfectae amicitiae, recte dicitur, ipsum tamen consortium ac vitae socialis activa conspiratio recte ordi- *al* auctoritatem postulat, quae quidem ut fini consen- , amicitiae suavitate temperanda est. *Viro* autem hoc ompetere ipso ordine *dignitatis ac praecellentiae* comprobatur, *constans* naturae institutum haud dubie manifestat apud gentes et omni tempore.

# Caput II.

## De societate parentali.

Haec in morali unione consistit, qua parentes cum liberis liter conectuntur. Est igitur naturalis quaedam extensio 80( coniugalis eiusque complementum, id quod ipse finis s coniugii indicat. Idem enim finis *proximus et proprius* tis parentalis est, nempe *educatio* prolium, quae recte defi- n : *sedula ac perpetua subministratio subsidiorum omnium, quae ad vitam liberorum physicam, intellectualem ac religiose-moralem rede explicandam necessaria sunt.* Quod ita directe in bonum filiorum fit, est simul bonum *commune* parentum cum filiis. Tam substantialis enim inter eos unio exsistit, ut in vita prolium vita parentum quodammodo prorogata subsistat. In eadem unione naturalis eorum stimulus benevolentiae erga liberos tam intensus fundatur, quo Deus gravissimum hoc *legis naturalis officium* ipsis inculcari simulque dulcescere voluit.

### Articulus 1.

*De officio et iure parentum educandi suos liberos.*

105. Arctissima et quodammodo substantialis unio, quae naturaliter inter parentes et liberos exsistit, iam apud veteres scriptores alicui controversiae ansam dedit, quae, etsi in se nullius

---

[1] Hanc domesticam inter coniuges amicitiam a natura provisam copiose explanat *Aristoteles* Eth. Nic. l. 8, c. 13. Cf. et opusc. *S. Devas*, Studies of Family Life (1886), idem germ. (1887): Studien über das Familienleben. Ein Beitrag zur Gesellschaftswissenschaft.

gravioris momenti, directe tamen modum attingit, quo de m officiis parentes inter et liberos ac in specie de officio educat philosophice agendum sit. *Quaeritur* nimirum, utrum inter veri nominis relatio *iustitiae commutativae* intercedat ac pro officia, quae in ea fundantur, stricti iuris officia censeri debe an vero per se tamquam officia pietatis intra ordinem mere cum contineri videantur?

*Respondemus:* Quod si in sua mutua relatione parente liberos *formaliter ut tales* consideramus, negari non potest fectam illam alteritatem, quam iustitia commutativa postulat illa haud parum deficere, et eatenus alteram partem propo disiunctionis merito tenendam. Contra vero, in quantum pare et filii considerantur solum ut *homines* sibi coexsistentes ac inde secundum naturam humanam absolute spectatam non distincti sed etiam aequales, nulla ratio apparet, quae inter relationem verae iustitiae commutativae excludat. Atque parentes procul dubio etiam erga filios non solum pietatis insuper stricti iuris officio obligantur in iis, quae his tamq *hominibus* absoluto iure naturae conveniunt, ut v. g. ius viv ab alterius hominis arbitrio independens. Hunc modum solv istam quaestionem *S. Thomas*[1] haud ambigue suggerit, in simul ratio continetur complurium in hac re apparenter di gentes sententias inter se conciliandi[2]. Utrimque enim rel veritas habetur, prout in consideranda relatione inter pare et liberos alteruter ille respectus prae altero potissimum effe

Itaque officium educationis in specie, quod parentib *talibus* erga liberos incumbit, ex mente s. Doctoris per se *cium pietatis* dicendum videtur; neque vero propterea infe obligationis esse putandum est, quam si condicionem comm tivae iustitiae contineret; ordine enim dignitatis et iusti ad Deum est, supra officia iuris mutua inter homi a cellit. Accedit, quod idem officium naturale pie q

---

[1] S. theol. 2, 2, q. 57, a. 4 c., et ad 2: „Filius, in quantum filiu aliquid patris . . . tamen prout consideratur ut quidam homo, est aliqu cundum se subsistens ab aliis distinctum. Et ideo in quantum est homo quo modo ad (eum) est iustitia: et propter hoc etiam aliquae leges d de his, quae sunt patris ad filium." — Ibidem citatur de ea re *Arist* Eth. Nic. l. 5, c. 6 (ed. *B.* c. 10, 1134 b. 8).

[2] Cf. *de Lugo,* De iust. et iure disp. 1, sect. 2, n. 31. *Lessius,* De et iure lib. 2, c. 1, dub. 1, n. 6.

tivum est, i. e. prohibens educationi contraria eiusque neglectum, o in officium stricti iuris convertitur, quoties ab eo depen- t pro liberis condicio „sine qua non“ suo *iure fruendi sim- humano,* sive vitam physice conservandi sive qua entia alia exsistendi. Hinc est, quod leges civiles, quarum est etiam personalia iura contra iniurias tueri, generatim, sicut nter virum et uxorem, in quibus similis unio substantialis oc- urrit, ita etiam inter parentes et liberos veri iuris relationem nt vel positive sanciunt[1].

## § 1. De officio educationis.

**Thesis XIX. Parentes ad suorum liberorum educa- stricto naturali officio tenentur.**

Praenotanda. Implicite et indirecte quidem hoc officium iam assertum et probatum censeri potest, tum ex iis, quae supra (n. 96) dicta sunt, tum ex rationibus, quibus naturaliter institutum coniugium stabile et perenne evincitur (n. 101; P. I, n. 408). hic tantum remanet, ut idem magis explicite et directe ur. Quid autem hoc officium ratione educationis homine in se comprehendat, ibidem (P. I, n. 408) explicatum est non definitione educationis (n. 104) continetur.

**Probatur I.** *Ex fine coniugii.* Quam primum nativitate liberorum coniugalis ad societatem parentalem ex naturae instituto se extendit, parentes ad ea omnia officia lege naturali tenentur, in ipso coniugio intuitu parentalis relationis essentialiter a sunt. *Atqui* in ipso coniugio, eius scilicet fine principali, iale fundamentum continetur naturalis officii parentum, pro- a se genitis insuper eam educationem procurandi, quam ra rationalis postulat (n. 96). Spectata videlicet hominis na- *conveniens propagatio generis humani,* quam auctor naturae ituendo stabile coniugium intendit, nequaquam sola genera- t liberorum absolvitur, sed insuper exigit, ut ii ab infantia et e et moraliter ad esse hominis completum promoveantur; quae cura, utpote in vinculo coniugii essentialiter praesignata, utrique parenti stricta legis naturalis obligatione incumbit. Ergo . . .

---

[1] Cf. Das Bürgerliche Gesetzbuch des Deutschen Reiches § 1616 sqq. 1699 sqq. — A supremo tribunali imperii haec legitur lata sententia 9. Febr. 1898: „Das Recht eines Kindes ist unveräusserlich.“

**Probatur II.** *Ex ordine divinae providentiae.* Infant
ex parte opis alienae indigentes et plane incapac
qui sibi vel ad ipsam vitam conservandam per se provi
lidem tamen manifestum naturae finem sibi propositum
propagando generi provide accommodatum, generatim non
ad maturam aetatem adolescendi, sed insuper ad eum
physicae et moralis evolutionis proficiendi, qua per se vit
mine rationali et membro societatis dignam agere atqu ita
supremum hominis finem se dirigere valeant. Et vero q
haec *generalis* naturae destinatio pro multis individuis per
dens, v. g. praematura morte vel alia accidentali causa, suo
effectu carere potest et revera caret, non sine sapienti c
moderamine, *respectu generis* tamen rite propagandi ex te
turalis providentiae absque effectu et inanis esse non p
Unde recte ita ratiocinari licet:

Quoniam implicat naturae ordinem sibi ipsi contradi
infantes in spem generis natos a creatore in ruinam totius ge
penitus derelinqui, a priori certum est ab auctore natu
societate humana aliquod auxilium sociale illi infantum ne
tati tam generali et urgenti accommodatum ex instituto s
provisum esse, i. e. speciale munus illos educandi *aliis* homin
stricta naturali obligatione esse impositum. *Atqui* hoc mu
*parentibus* imponi certo demonstratur. Ergo . . .

Prob. min. 1. *Negative.* Non potest tale officium lege naturae commissum esse a) *omnibus hominibus indeterminate;* nam nisi personis in specie determinatis demandetur, spectato gravissimo onere et vigilanti cura, quae ad illud implendum suscipienda sunt, necessario maneret inane aut ad finem penitus insufficiens; b) *nec magistratibus civilibus.* Nam praeterquam quod privatissimus educationis influxus et familiaris amicitiae iugiter intenta cura et providentia nil commune habet cum rigido studio tuendi ordinis publici, quod ex proprio officio magistratui civili potissimum incumbit, insuper societas civilis cum omnibus suis organis *natura et origine* longe posterior est societate domestica. Hanc enim ex naturae ordine ad finem sibi proprium essentialiter interne iam constitutam supponat necesse est, antequam ipsa ex praeexsistentibus familiis tamquam suis elementis oriri possit. Nequit ergo salvo ordine logico munus educandi, quod *intuitu finis interni et essentialis familiae* immediate naturaliter necessarium esse intellegitur, *postero* alicui instituto sociali, praesenti necessi-

nondum coexsistenti nec omnino possibili, nisi huic antece-
r satisfactum fuerit, naturali providentia esse commissum.
l remanet, ut parentibus demandetur.

2. *Positive.* Etenim directe ipsos *parentes* tamquam propria
m naturalis officii subiecta *per naturam designari* videmus.
ld profecto multo evidentius, quam ullo ratiocinio fieri possit,
tum naturalis amor tum prolium instinctus, quo ad
endam parentum curam feruntur, evincit, atque insuper
animalium analogia confirmat. Parentalis amor in li-
( amodo naturam et naturalem efficaciam illius amoris
pat, quo omnis homo se ipsum amat. In utroque poten-
urae vox naturae praeceptum per se manifestum inculo
o ut idem praeterea tamquam positivum inter praecepta
l ciri supremus legislator haud necessarium duxerit[1].

## § 2. De iure educationis.

Parentibus simul cum naturali officio educandi liberos ius
naturale competere hoc officium exercendi per se evidens
Quaeri tantum potest, utrum eiusmodi ius tamquam exclu-
sive proprium sibi vindicare queant? — Cui quaestioni ut omni-
satisfiat, duplex iuris naturalis status sedulo distinguendus
Considerari enim illud potest, *aut* mere *philosophice*, veluti
seiunctum ab ordine supernaturali superaddito iuris divini positivi,
*aut* partim *theologice*, prout de facto in praesenti ordine pro-
videntiali exsistit, tamquam ordini supernaturali substratum.

### A. In ordine naturali.

108. **Thesis XX. Parentes munus educandi suos liberos, qua naturale est, exclusivo iure sibi vindicare possunt.**

**Probatur I.** Per ipsam naturam hoc munus *solis* parentibus speciali modo et ob rationem illis propriam commissum est, ita videlicet, ut illud formaliter in ipso primario fine coniugii et in naturali genitorum ad proles relatione fundari intellegatur. Ergo et ius illud exercendi, ut naturae fini et ipsi muneri consentaneum sit, exclusive ad parentes pertinere certo consequitur.

---

[1] *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 100, a. 5 ad 4: „Filius est aliquid patris, et patres amant filios ut aliquid ipsorum, sicut dicit Philosophus in 8 Eth. c. 12. Unde iisdem rationibus non ponuntur aliqua praecepta decalogi pertinentia ad amorem filiorum, sicut neque etiam aliqua ordinantia hominem ad se ipsum."

**Probatur II.** [illegible]
praesertim moralis [illegible]
que liceret propri[illegible]
directionis unitas, [illegible]
sistere non posset [illegible]
rentibus accepta [illegible]
vetur, idque non [illegible]
turalis. Hoc aut[illegible]

**109. Corollaria.** [illegible]
certo concludere [illegible]
salvo naturae ord[illegible]
sibi assumere pos[illegible]
mana obiectivam [illegible]
contrarium sive „[illegible]
et practice moliant[illegible]
evolutionem pueri[illegible]
moralem, etiam i[illegible]
subiiciant; hi vero, [illegible]
universam reipubli[illegible]
paedagogica semin[illegible]
societatis publicae [illegible]
ventutis specialius [illegible]
civilis agendum er[illegible]

II. Quamquam [illegible]
turae sibi impositu[illegible]
obstat, quominus u[illegible]
vel ex parte aliis [illegible]
cognoverint. Unde [illegible]
potest, quam bene [illegible]
et securam copiam [illegible]
facilius et fructuosi[illegible]

III. Quomodocu[illegible]
contingat, sive cons[illegible]
miliis sive subsidiis [illegible]
*mesticum* participat [illegible]
igitur (spectato ordi[illegible]
liam et verissime di[illegible]
dine ad educandos [illegible]
annexum. Unde iure [illegible]

s vigere conspicitur. Simili ratione antiquum ius
iure naturae deflexit, patrifamilias ius in vitam et
ı liberorum tribuens.

›nuino iure naturae, cui plane consentit ius chri-
.ec parentalis potestas non dominii, cuius finis est
ssoris, sed potestas *iurisdictionis* seu auctoritas,
iter respicit bonum eorum, qui ei subordinantur.
a familia omnis humanae societatis structura in-
entalis potestas primordium exhibet universae
ıialis.

·aeterea tota et *immediate naturalis originis* est et
facto nativitatis liberorum naturaliter quoque *in in-*
*ata*, ita quidem, ut nulla lege humana irrita fieri
haec veritas per ipsam suam irrefragabilem eviden-
iocri scandalo iis omnibus, qui vel nullum iuris na-
per se et independenter a iure positivo validum
P. I, n. 549 sqq.), vel legitimam hominis subiec-
potestate alterius hominis — extra casum iustae poe-
ionis libertatis — nonnisi ex pacto vel quasi-pacto
ɜ existimant. Hinc ridiculus nonnullorum labor ex-
:um potestatem in liberos (ab eo saltem tempore,
ım rationis participare) per hypothesim alicuius
cedentis, non expresse quidem sed tacite initi et legi-
mendi[1]; — quasi vero ipse supremus naturae con-
ɜlator hominem a se libertate donatum nulli alteri
ıi *nomine Dei* illi praesit, immediate obligare queat,
huius consensum obtinuerit!

ırro *fundamentum* et *mensura* parentalis potestatis in
*natura* et *necessitas* educationis. Hinc igitur limites
sunt, quibus tum parentum potestas tum liberorum
ıx lege naturali circumscribitur. *Educatio* autem, de
tate non ambigitur, in eo sita est, ut infantes pa-
tum physice tum moraliter apti reddantur, qui per
ı secundum humanae naturae destinationem et pro
i, quem occupant, honeste instituere valeant. Unde

tura educationis *utriusque parentis* cooperationem exigit
ea parentalis potestas in *utroque* residere dicenda est,

---

[1] *Pufendorf*, De iure nat. et gent. VI, c. 4.

**Probatur II.** Id ipsum naturalis quoque condicio ( ı ıio praesertim moralis, postulat. Si enim praeter par que liceret proprio iure in munus educandi sese in ), in directionis unitas, quae in opere educationis nec ria est, sistere non posset; immo nil obstaret, quominus i tutio a rentibus accepta per aliam forte contrariam omni suo effectu vetur, idque non per accidens, sed in ea hypothesi vi iuris turalis. Hoc autem recto naturae ordini manifeste repugnat.

**109. Corollaria.** I. Ex utraque thesi proxime praec certo concludere licet etiam rempublicam seu auctoritat ı ci salvo naturae ordine munus educandi numquam *ex e* sibi assumere posse. Hoc naturae documentum in so mana obiectivam suam vim iuris invictam retinebit, qui contrarium sive „liberalismi" sive socialismi sectatores t et practice moliantur: illi quidem, ut, sin minus primam phys evolutionem puerilis aetatis, educationem certe intellect moralem, etiam invitis parentibus, soli civili potestati vi subiiciant; hi vero, ut, ipsius familiae compage soluta, pr universam reipublicae sobolem parentibus subtractam in paedagogica seminaria coerceant. — Verum de praet societatis publicae per se et directe procurandi educatio ventutis specialius infra dicetur, ubi de functionibus po civilis agendum erit.

II. Quamquam parentes educationis officium, utpote lege naturae sibi impositum, abdicare legitime non possunt, nihil tamen obstat, quominus uberioris fructus gratia illius curam vel integram vel ex parte aliis tradant, quos idoneos et hac fiducia dignos cognoverint. Unde nihil optabilius generatim pro parentibus esse potest, quam bene ordinatum scholae institutum, quod communem et securam copiam praebeat, gravissimum illud pietatis officium facilius et fructuosius adimplendi.

III. Quomodocumque eiusmodi scholare institutum fundari contingat, sive conspirantibus et cooperantibus compluribus familiis sive subsidiis publicis, suapte natura *essentialem finem domesticum* participat eique ex officio subservire tenetur. Schola igitur (spectato ordine naturali) principaliter ordinatur ad familiam et verissime dici potest *auxiliare institutum familiae,* in ordine ad educandos et instituendos *nomine parentum* liberos illi annexum. Unde iure naturae nefas esse intellegitur scholam ab

iuris influxu parentum emancipare, vel illis invitis ad fines a ) fine educationis alienos arbitrarie convertere.

### B. In ordine iuris divini positivi.

110. Non solum theologo, sed et philosopho, qui sincere ob- ı veritatem scrutatur, illustre factum divinae revelationis ı ianae eiusque documenta divinis testimoniis a saeculis freta i ·are non licet; id enim esset ipsius naturalis rationis, quam ıui ır, lumen negare vocemque contemnere. Eodem facto ırnaturali novimus in Christi Ecclesia vivum ac nne ı ium divinitus institutum exsistere. Apostolis enim ɜ succ ·ibus dictum est illud (Matth. 28, 18—20): a ı mihi omnis potestas in coelo et in terra. Euntes ergo omnes gentes etc." Vi huius mandati *Ecclesiae magisterio c divinum ab omni humana potestate independens* in- ıdi cum auctoritate omnes homines in iis, quae ad Christi ıam et mandata pertinent. Sed hoc apostolicum munus, ut supernaturale, munus naturale parentum educandi filios tollit, sed ei superstruitur, quemadmodum educatio christiana ralem non excludit, sed praesupponit aut sub se comprehendit[1].

*Unde consequitur:*

111. I. Parentes christianos iure divino obligari, ut tum ipsi filiis educationem procurent fini christiano consentaneam tum Ecclesiae ministros non prohibeant, quominus immediate etiam, si iis videbitur, religiosam institutionem liberorum suscipiant.

II. Quod si parentes Ecclesiae adscripti hoc officium iniuste detrectent, ecclesiastica auctoritas eos etiam inflictis poenis ecclesiasticis adigere, aut si res postulaverit, iis etiam invitis liberos instituendos suscipere potest. Immo idem ius Ecclesiae per se et absolute loquendo etiam in liberos *baptizatos* parentum infidelium competit; quamquam in tali casu *usus* iuris pro rerum adiunctis secundum prudentiam christianam et legem caritatis temperetur necesse est.

III. Societas civilis christiana, quippe quae non minus ac singuli homines legi divinae positivae subiicitur, eodem officio, quo generatim iuris ordinem, iura civium atque etiam infantum tueri debet, iuri quoque ecclesiastico circa religiosam liberorum

---

[1] Cf. *Alph. Iansen,* De facultate docendi (1885) p. 58 sqq.

educationem suum *publicum praesidium praebere* tenetur. autem dignitatis iurium, quae auctoritati civili in hac re committuntur, exigit, ut illa ante omnia *ius auctori is siasticae* in modo etiam civilis interventionis vere a propterea ipsa non nisi *secundario iure* et quasi ecc auctoritati succurrendo parentes ad suum officium compellat. Neglecta nempe infantum educatione christianos *primae* partes de iniuria expostulandi. *Ecc* petunt, idque tum suo nomine tum nomine liberorum, quorum in Christo mater est.

IV. Sub lege igitur christiana civilis auctoritas duplice tissimo iure, altero naturali parentum, altero positivo div clesiae, prohibetur, quominus, quocumque praetextu comm reipublicae, munus educandi et instituendi in scholis pul ventutem subiecti populi christiani sibi tamquam *ius* directe assumat et usurpet, vel omnino excluso vel par pro *sua* discretione admisso influxu parentum et Eccl ie.

NB. De scholis et quaestione scholari specialius agetur infra Iure publico civili.

## Articulus 2.

*De mutua sociali relatione inter parentes et liberos.*

### § 1. De parentali potestate et oboediendi officio liberorum.

112. Parentibus iure naturae potestatem aliquam esse in liberos, hos autem pari oboedientiae obligatione iis obstringi, ex naturaliter illis demandato officio educationis, per se liquidum est.

Quamquam autem filii a nativitate quodammodo aliquid parentum esse non immerito dicuntur, nequaquam tamen parentalis potestas in liberos cum potestate dominii confundenda est, quasi in eos ius quoddam proprietatis illis competat. Non enim ut *res*, sed tamquam *personae* ab ipsis prodierunt. In hac re cum aliis antiquis philosophis ipse quoque *Aristoteles*[1] turpiter erravit, potestatem legalem tribui volens parentibus, ut certis in adiunctis spectata propria et publica utilitate conceptas proles non nutriant, sed e medio tollant. Immo impia praxis abiiciendi neogenitos etiamnunc apud gentiles quosdam populos, ut apud Sinenses, conni-

[1] Polit. l. 7, c. 16 (ed. *B.* 1335 b. 20).

legibus vigere conspicitur. Simili ratione antiquum ius
'um a iure naturae deflexit, patrifamilias ius in vitam et
ɔm ım liberorum tribuens.

I ıe .uino iure naturae, cui plane consentit ius chri-
ı, ı haec parentalis potestas non dominii, cuius finis est
dum possessoris, sed potestas *iurisdictionis* seu auctoritas,
ıtialiter respicit bonum eorum, qui ei subordinantur.
dum a familia omnis humanae societatis structura in-
ıtur, ita parentalis potestas primordium exhibet universae
ı ɔritatis socialis.

Eadem praeterea tota et *immediate naturalis originis* est et
talis ipso facto nativitatis liberorum naturaliter quoque *in in-*
*'duo ( rminata,* ita quidem, ut nulla lege humana irrita fieri
haec veritas per ipsam suam irrefragabilem eviden-
n mediocri scandalo iis omnibus, qui vel nullum iuris na-
ordinem per se et independenter a iure positivo validum
unt (cf. P. I, n. 549 sqq.), vel legitimam hominis subiec-
ɔm sub potestate alterius hominis — extra casum iustae poe-
s privationis libertatis — nonnisi ex pacto vel quasi-pacto
derivari posse existimant. Hinc ridiculus nonnullorum labor ex-
plicandi parentum potestatem in liberos (ab eo saltem tempore,
quo incipiunt usum rationis participare) per hypothesim alicuius
pacti intercedentis, non expresse quidem sed tacite initi et legi-
time praesumendi[1]; — quasi vero ipse supremus naturae con-
ditor et legislator hominem a se libertate donatum nulli alteri
homini, qui *nomine Dei* illi praesit, immediate obligare queat,
antequam huius consensum obtinuerit!

113. Porro *fundamentum* et *mensura* parentalis potestatis in
liberos est *natura* et *necessitas* educationis. Hinc igitur limites
desumendi sunt, quibus tum parentum potestas tum liberorum
obligatio ex lege naturali circumscribitur. *Educatio* autem, de
cuius necessitate non ambigitur, in eo sita est, ut infantes pa-
rentum cura tum physice tum moraliter apti reddantur, qui per
se ipsi vitam secundum humanae naturae destinationem et pro
gradu sociali, quem occupant, honeste instituere valeant. Unde
colligitur:

1. Natura educationis *utriusque parentis* cooperationem exigit
ac propterea parentalis potestas in *utroque* residere dicenda est,

---

[1] Cf. *Pufendorf,* De iure nat. et gent. VI, c. 4.

tum in patre tum in matre, ita tamen ut unitas servetur, ambo simul *unum principium* et generationis et educationis stituunt. Ideo quemadmodum in coniugali societate maritus naturaliter praeest, ita et in exercenda potestate parentali pı partes patri debentur; unde *patria* potestas vulgari nomine parentali usurpari solet. Hic ordo dignitatis tamen non imı quominus pars educationis maxime essentialis, ea scilicet, infantilis aetas usque ad pueritiam indiget, primario *mate* curam et sollicitudinem deposcat.

2. In ambitu parentalis seu patriae potestatis in liberos plinaris quoque potestas eos castigandi continetur. Ratio est, quia illa non mere directiva sed vera potestas iurisdictionis tum quia ex natura educationis praesertim moralis, ne ı attingendo necessaria efficacia destituatur, ad hanc quoque raliter se extendat necesse est. Hinc et magistri scholarun nomine parentum educandi munere funguntur, eadem discip potestate, ab illis quodammodo sibi delegata, carere nequa possunt. Eiusdem necessitatem et salutarem usum non ı persuasio et praxis omnium populorum, sed et ipsae sacrae terae commendant [1].

3. Quemadmodum cum progressu aetatis liberorum off educationis necessitate et ambitu decrescit, ita et potestas p talis in illo fundata paulatim eadem proportione minuitur. circa varium eius ambitum recte cum Aristotele *tria tempoı* stingui solent:

Primum est *imperfecti iudicii*, quo scilicet liberi sibi d cessariis ad vitam providere et se ipsos regere nondum v Hoc tempore educatio maxime necessaria est et se ad tota vendi rationem extendit. Eo igitur durante liberi per se loqı in omnibus, quae altiori obligationi contraria non sunt, pareı oboedientiam debent.

Alterum est *perfecti iudicii*, quo nempe maturitatem

---

[1] Prov. 13, 24: „Qui parcit virgae, odit filium suum" — et 23, 1 „Noli subtrahere a puero disciplinam; si enim percusseris eum virga, n rietur. Tu virga percuties eum, et animam eius de inferno liberabis. Eccli. 30, 1. — In quibus simul debita moderatio in modo castigandi insıı ut inflicto dolore efficax quidem sit, sed absque periculo laesionis, sıı servetur monitum apostoli Eph. 6, 4: „Et vos, patres, nolite ad iracı provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione Dı Cf. *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 65, a. 2.

a i tamen in familia manent. Hoc tempore tamquam familiae in iis, quae ad domesticae vitae administrationem ic plinam pertinent, capiti familiae subditi manent.

T ım tempus est quod *emancipationis* vocatur, quo videlicet extra ıum paternam vivunt propriumque statum habent. Tum omnis relatio strictae subiectionis et oboedientiae erga d ıit, manentibus interim officiis pietatis, quippe quae tr pori sunt communia.

4. Ratione obiecti denique parentalis potestas eatenus limi- t , quod liberi ad annos pubertatis iam provecti circa elec- ı futuri vitae status strictae oboedientiae vinculo parentibus igantur, quamquam ceteroquin adhuc sub domestico illorum ne et morali influxu versantur. Etsi enim quaedam remota providentia de praeparando futuro statu liberorum digno et felici propositum educationis pertinet, ipsa tamen definita electio , qui in particulari singulis conveniat, res est *personalis* m, quorum maxime interest, et qui ad maturitatem proprii i iam pervenisse censentur. Nihil tamen impedit, quominus entes in hac etiam re urgente suasione uti possint ac saepe eant, ubi forte ex delectu minus cauto filiorum grave periculum vel ipsis vel familiae imminere prudenter timent. Et tum quidem liberos quoque ita pietatis memores esse oportet, ut nonnisi altiore ratione personali ducti ab illorum voluntate discedant.

## § 2. De officiis pietatis filialis.

114. Praeter officium oboedientiae, quod proxime in parentali potestate fundatur eique tamquam correlatum respondet, alia non minus naturalia officia liberis incumbunt, quae immediate in ipsa naturali relatione geniti ad suos genitores fundantur et communi nomine *pietatis* comprehendi solent.

Pietas tametsi principaliter et speciali modo religionis exercitium et cultum erga Deum significat, nihilominus latiore sensu et propter quandam analogiam ad cultum quoque, qui certa condicione hominibus debetur, extendi solet. De qua re praeclare *S. Thomas*[1]: „Homo efficitur diversimode aliis debitor, secundum eorum diversam excellentiam et diversa beneficia ab iis suscepta.

[1] S. theol. 2, 2, q. 101, a. 1. Ubi simul *Tullium* citat (Rhet. l. 2 de invent.): „Pietas est, per quam sanguine iunctis patriaeque benevolis officium et diligens tribuitur cultus.“

In utroque autem Deus summum obtinet locum, qui et ex tissimus est, et est nobis essendi et gubernationis primi cipium; secundario vero nostri esse et gubernationis p parentes et patria, a quibus et in qua nati et nutriti ideo post Deum est homo maxime debitor parentib et Unde sicut ad religionem pertinet cultum Deo exhil », ita cundario gradu ad pietatem pertinet exhibere cultum r et patriae. In cultu autem parentum includitur cultus omnium sanguineorum, quia etiam consanguinei ex hoc dicuntur, ( ex iisdem parentibus processerunt, et patet per Philosoph 8 Ethic. c. 12. In cultu autem patriae intellegitur cultus o concivium et omnium patriae amicorum. Et ideo ad hoc principaliter se extendit."

Ipsa igitur natura pietatis, qua religioni quodammodo latur, satis per se insinuat, quaenam potissimum officia, ad parentibus iugiter debitum exhibendum, liberis qua talibus turae praecepto toto vitae tempore incumbant: specialis nimi *amor, reverentia* et *gratus animus.* Accedit, quod ea sensa suam veritatem aliquando etiam reali et oneroso o erga parentes comprobare debent, quoties videlicet per a d superveniens illis necessitas id postulaverit. Etenim gravi ol gatione liberi tenentur pro viribus parentum necessitatibus aut senectutis infirmitati succurrere [1].

# Caput III.

## De societate herili.

### Articulus 1.

*Eius notio et naturalis condicio.*

115. Ad societatem domesticam complete constituendam eam quoque socialem relationem, quae herilis dicitur, tamquam naturale elementum pertinere, alio in loco (P. I, n. 407 sqq.) simul cum naturali origine familiae demonstratum est. Eius quippe naturalis genesis in *duplici naturali indigentia ac necessitate* fundatur: altera ipsius domus ac rei domesticae; altera multorum hominum individuorum, qui per sortem minus prosperam res ad vitae usum necessarias et cetera domesticae societatis commoda

---

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 101, a. 2.

ipsos obtinere vel nullatenus vel aegre tantum possent. ita demum fit, ut *famulatus* aliquis, cum domestica socie- minusve arcte conexus, generatim non possit non oriri. autem et *formaliter* oritur libera conventione, qua extranei adsciscuntur, ea condicione, ut ad bonum domesticae varia obsequia exhibeant, pro hac praestatione autem iquis familiae membris domesticae vitae emolumenta con- gradu participent. Intuitu huius finis, qui bonum *commune* domus tum famulorum, materiale et spirituale complectitur, relatio veram *societatis* rationem habet simulque pars unius etae familiae sub communi eiusdem capite constituitur[1].

Ut huic naturae fini famulatus respondeat, requiritur: 1. ut famuli non ad determinatos tantum quosdam labores se obligent, sed ut generatim ad domesticae societatis bonum promovendum vires suas ex domini voluntate impendant, et ita quoad vivendi rationem ut plurimum ab hero dependeant; 2. ut herus vicissim non tantum obligationem in se suscipiat victum, vestitum, pactam mercedem famulis praebendi, sed generatim *eorum bonum temporale et spirituale paterne curandi et ita illos beneficii domesticae vitae participes efficiendi.* — Haec duplex nimirum condicio necessaria est, ut homines extranei vera familiae membra constituantur; in hoc ipso autem *essentialis ratio herilis societatis* consistit, qua a simplici *contractu cum operariis* inito distinguitur.

117. Et revera quidem hanc liberiorem formam nostra aetate famulatus fere passim iam induit[2]. Est haec innovatio fructus

---

[1] Cf. *Th. Meyer,* Die Arbeiterfrage und die christlich-ethischen Socialprincipien (ed. 3 1895) p. 76—87: „Das häusliche Dienstverhältniss", de quo argumento hae duae theses uberiore lucubratione probantur: „1. Dass sich Dienstbotenverhältnisse unter irgend einer Form von *Abhängigkeit* schon an den Familienherd anknüpfen, gehört zu den socialen Naturgesetzen. — 2. Soll das Dienstbotenverhältniss den Absichten Gottes und der christlichen Idee entsprechen, so muss es nicht bloss als Arbeitsvertrag, sondern als ein *sittlich-organischer Bestandtheil des Hauses* aufgefasst werden." — Idem opusculum exstat *gallice* (trad. *C. Fritsch*): La question ouvrière et les principes fondamentaux de la sociologie chrétienne. Louvain 1893.

[2] Iam a primis decenniis saeculi XIX *Adam Müller* conqueritur: „An ein persönliches Band des Gesindes mit der Familie, welches die Natur der Dinge verlangt, ist fast nirgends mehr zu denken. Dienstboten sind nach heutiger Ansicht diejenigen, welche gewisse täglich und stündlich wiederkehrende, streng abgemessene Verrichtungen für Geld leisten, *in allen andern Rücksichten aber ausser der Familie stehen,* der sie dienen" (Nothwendigkeit einer

genuinus „liberalium“ quas vulgo dicunt idearum, quarum ope rigere naturae atque historiae opus pseudophilosophi saeculi XV eorumque pedissequi temere praesumebant. Nil enim nisi p tivam hominum libertatem, independentiam atque aequali somniantes, arctiorem illam inservientium ad uni a fa cooptationem antiquae servitutis reliquias esse stre sane postquam ipsam parentum potestatem in liberos in pacto (!) fundari dixerunt, mirum non est, quod iidem viri tioni sociali inter herum et famulos simplex *pactum lo conductionis operariorum* substitutum vellent. Vi huius muli domestici conductis quibuslibet operariis per omnia lantur; quippe certas quavis die et hora recurrentes p pro pecunia debent, sub omni alio respectu familiae, cui viunt, *extranei ab eaque independentes.* Sed quis non videat hoc neque indigentium hominum necessitatem aliis i deleri, neque famulatum minus durum reddi, sed tantum genus etiam *durius et morali solatio ac spirituali fru destitutum* commutari. Etiam in hac re verificatur v m mini: „Non solo pane (scilicet materiali) vivit homo.“ Non pune autem naturae institutum contemni, socialis op miseria, quam videmus, ad oculum demonstrat.

---

theologischen Grundlage der gesamten Staatswissenschaften [Lei p. 52). Qualis autem „libertas“ operariorum ex hac eorum solutione a familiae revera prodierit, idem auctor (ibid. p. 53—55) lucide ostendit: „ verei, ja Wechselsklaverei ist überall da, wo das ganze Ver des schen ein bloss sachliches, auf Sachen, auf Ertrag, auf Geld geri stes hältniss ist.“ Et addit: „Geldsklaverei ist die schlimmste Art, dem Lügengefühle vermeintlicher Freiheit verbunden ist. Ob ob allemal oder täglich von neuem verkaufe, gilt gleichviel. Statt d n meinen Leib zu eigen und deshalb die Sorge dafür übernal ni man nur das Wesentliche desselben, die Kraft, und überlässt mir des nützen Gerippes hohnlachend zur *freien* Disposition.“

*I. Stahl* (Philosophie des Rechts II, 491) similiter varia incommoda merat, quae ex mera locatione operarum tam pro domo quam pro oriuntur. „Die Abhängigkeit bleibt thatsächlich dennoch bestehen: der Nahrung bedürftige Dienstbote muss sich der Herrschaft zuletzt es tritt nur der Nachtheil ein, dass beide Theile sich wechselseit Mittel für ihre Bequemlichkeit und bezw. ihrer Erhaltung ansehen, die innerlich zu nichts als dem bestimmt Versprochenen verpflichtet si Der Dienstbote ist überdies durch die weitere Licenz infolge r A lösung des Bandes der grössern Versuchung der Sittenlosigk . . . gesetzt.“

18. **Scholium.** Habet hoc doctrinae caput sua gravissima docu-
ad usum universae sociologiae, quae hodie tam laudabiliter in
s remediis occupatur, quibus notissimus morbus socialis, per
um liberalismum invectus, paulatim sanari possit. Et primo
ipsa idea „societatis herilis", veteribus tam familiaris, hodie
fere oblivioni tradita, utilissimum eiusmodi remedium suggerit.
non moveat inter medios splendores humanae industriae et cul-
e c quotidie multitudo hominum inopia morali et religiosa
qua physica tabescentium? Et quis parvi pendat pericula, quae
ubique pauperismo universae societati demum immineant
Iam vero contra pauperismi imprimis calamitatem *ipsa*
um obvium et universale simulque pro sua naturalitate et
itate longe efficacissimum providisse dicenda est, nimirum or-
e extendendo domos possidentium in *societatem herilem.* Haec enim
se et citra abusum hominum considerata) non poterat non esse et
i perutilis et pro innumeris hominibus alias derelictis et infelicibus
i exsistentiae pacificae et socialiter bene ordinatae, cum affectu
grati animi erga herum instar patris sibi benevolum, fons denique
plicis solatii et verae felicitatis pro praesenti et futura vita [1]. Ita
, quamdiu familia quoque et domus ideam naturae fideliter referebat,
nis et moralium idearum thesaurum veluti perennem hereditatem
suo conservans nec filiis tantum sed et advenis extraneis libe-
raliter communicans. Ad sananda igitur vel minuenda innumera mala,
quibus frigidus individualismus nomine „libertatis" socialem vitam a
saeculo devastavit, ad hoc ipsum naturae remedium provide recurrendum
videtur, ut, quantum per novi huius temporis adiuncta et indolem licebit,
aliquo modo resuscitetur, sin minus forma, saltem *spiritus* societatis he-
rilis. Quamvis enim domus et vita domestica, qualis hac aetate fere
ubique esse consuevit, ad formas patriarchales reduci nec possit nec
debeat, nihil tamen impediret, quominus in fundandis et formandis am-
plioribus illis oeconomicis institutis, quae modernae industriae inserviunt,
socialis relatio inter patronos et operarios conductos *similitudinem herilis
societatis* referret, ut ipsa experientia per nonnulla laudabilia exempla
magno emolumento et privato et publico iam commonstrat. Atque utinam
haec christiana sapientia, in caritate et pietate fundata, latius in dies
dominetur et restaurandae societatis consilio praesideat!

---

[1] In saniore oeconomia nationali hoc probe sentitur. Ita *Roscher* (Die Grundlagen der Nationalökonomie [1871] p. 146) verissime dicit: „Das Ideal des Gesindeverhältnisses besteht darin, dass es von Herrschaften wie von Dienstboten als ein Stück christlichen Familienlebens bethätigt wird. Also Gewogenheit von der einen, Ergebenheit von der andern, Treue von beiden Seiten: uneigennützige Sorgen für das gegenwärtige und zukünftige Interesse des andern Theils (tamquam sua) und namentlich auch für dessen ewige Zukunft."

## Articulus 2.

### *De servitute.*

### § 1. Praeviae notiones.

**119.** Servitus si late accipitur, quemlibet servorum (fi
statum denotat. *Stricte* autem accepta *servitus* (perfecta,
a veteribus ille famulatus dicitur, quo quis pro toto vitae
omnes (honestas) operas ad nutum heri praestare debeat, quir
mercedem praeter necessarium victum et vestitum exigere
quare describi potest: *perpetuus famulatus pro perpetuis*

Ab hac servitutis idea *originaria et theo* a probe
guenda est servitus *historica*, qualem in usu fu
antiquas gentes legimus. Et vero qui deprava originali
humani generis studia consideraverit, minime dif ebi , l
illa fere morali quadam necessitate originem t
hominum aestimationi, christiana luce nondum illus tae,
obvium erat, quam ut homines perpetuo famulatu
suorum utilitati obnoxii et qui non sibi, sed dominis a i
paulatim ut inferius quoddam hominum genus[1], ut n
menta ac demum ut res haberentur? — Haec a mat eo
cilius invaluit, quod ei plerumque leges civ s favel
romano, cui persona non est nisi *homo cum* ,
quidem erat (scilicet philosophice), sed n
nonnisi *res*[2]. Atque ita factum est, ut ge
libertate filiorum Dei, suae rebellionis i
lueret, sed etiam naturales sequelas subiret,
servitutis lege, reliqui autem sub carnis et itatu
iugo tabescerent[3]. Malum erat sociale grav s
versim loquendo ante restaurationem humani g
nullis humanis viribus declinandum.

**120.** Sola religio christiana par erat, quae, peccati servitute
soluta, etiam civili servituti remedium afferret; quod ut invete-

[1] Aristoteles, Polit. [illegible]

[2] [illegible] Geist des römischen Rechts [illegible] p. [illegible] Vering, Geschichte und Institutionen des römischen Privatrechts [illegible] p. [illegible]

[3] S. August. [illegible] ostendit hominem ex naturae ordine solum dominari creaturis irrationalibus, „non hominem homini". Servitutis autem condicio ait „iure intelligitur imposita peccatori". Item S. Thom. in 4, dist. [illegible]

sociali malo esset accommodatum, non violenta rerum revo- sed successivo religioso ac sociali influxu suam efficaciam rcere debuit. Itaque lex christiana primo quidem nefariam opinionem, qua servi pecorum instar haberentur, penitus i ;, omnes homines naturae dignitate et divina vocatione docendo. Deinde officia mutua inter dominos et servos il , et dum hos ab illis absque legitima causa fugere prohi- , simul heros ad servos manu mittendos vehementer invi- et, ubi opus erat, severis conciliorum decretis mitigare servi- impense conabatur. Ita Christi religio effecit, non solum ut ıri servi libertate donarentur, sed etiam ut servitus, qualis ınicos esse solebat, impune saltem non amplius exsisteret [1].

Quantas autem radices hoc institutum in humana socie- habuerit, inde colligere licet, quod aliqua servitutis species ım inter christianos usque ad nostra fere tempora perdura- t. Qui ei subiecti erant, *homines proprii* seu *glebae adscripti* ( ı ) dicebantur. Hi quamquam per dominorum avaritiam crudeli em non raro indigne habebantur, iure tamen et civili eccl as o essentiali saltem tutela minime carebant, immo ) na cura dominorum sincere christianorum passim feli- m ac digniorem vitam agebant, quam innumeri hodie operarii, qui ı mine magis quam re liberi sunt.

## § 2. Quaestio iuris naturalis de statu servitutis[2].

**122.** Ex praemissis difficile non est communem *veterum* scriptorum (usque ad medium fere saeculum XVIII) doctrinam de ser-

---

[1] Cf. *H. Lämmer*, Die Sklaverei und die Kirche, in period. „Archiv für kath. Kirchenrecht" 1864 II, 177, ubi longa series Romanorum Pontificum in hac re intervenientium notatur, cui novissime accessit Leo XIII per encyclicam ad episcopos brasilienses. — Porro P. *Allard*, Les esclaves chrétiens depuis les premiers temps de l'Eglise, 1876. *I. Margraf*, Kirche und Sklaverei seit der Entdeckung Amerikas, 1865. Adde: *de Maistre*, Du Pape III. *Balmes*, Protestantisme comparé au Catholicisme, vol. I, c. 15—20. *Ratzinger*, Volkswirtschaft (ed. 2 1895) p. 368 sq. *E. Michael*, Geschichte des deutschen Volkes vom 13. Jahrh. I (Culturzustände des deutschen Volkes während des 13. Jahrhunderts, 1897), p. 38 sqq.

[2] *S. Thom.* 1, 2, q. 94, a. 5 ad 3; 2, 2, q. 57, a. 3 ad 2 et a. 4 ad 2. *Lessius*, De iust. et iure lib. 2, c. 4, dub. 9. *De Lugo*, De iust. et iure disp. 3, sect. 2. *Grotius*, De iure belli ac pacis lib. 2, c. 5, § 27 sq. *Pufendorf*, De iure nat. et gent. lib. 6, c. 3—4. *Civiltà catt.* 1865, Febr. — April., p. 427 sqq. *Spedalieri*, Dei diritti dell' uomo lib. 5.

vitute cum *recentiorum* auctorum sententia vel penitus vel rei substantiam conciliare. Illi videlicet, unanimiter admi servitutem absque intrinseca iniustitia exsistere posse, ı n quam ut historice apud gentiles vigebat, sed e suo con per se sumptam intellegebant; verum etiam sic acceptam m ut bonam et laudabilem commendabant. *Recentiores* contra, non minus unanimiter servitutem tamquam natura sua in reprobant, talem plerumque servitutem suis argumen diuntur, qualis a veteribus auctoribus, saltem chris is, tenus defendebatur. Numquam enim isti vitae statum de conati sunt, quo homo omnis proprii iuris in dominum tamquam mera possessio ita eius „arbitrio subiiceretur, ut agere, omittere, pati deberet" — qualis passim a re servitus describitur.

**Thesis XXI. Servitus proprie dicta, gata, humanae dignitati minus conformis et gravil obnoxia est; iuri autem naturae per se et in e r si ita homo alterius dominio subiicitur, ut hic is erga illum teneatur.**

**Probatur pars I.** 1. Humanae dignitati sane id ipsum congruit, ut quis pro solo victu et vestitu integram suam activita iuxta alterius arbitrium et in huius utilitatem impendere

2. Fieri vix potest, quin homines praesertim diutius modi statu viventes suae personalis dignitatis prope obliti ad indolem et ad abiecta animi sensa deprimantur.

3. Eo magis e contra inde dominorum superbia, crudelis avaritia atque arrogantia nutritur, ita ut, elanguente simul religionis efficacia, in praxi facile ad servitutis genus plane iniustum deveniatur.

Non omnem autem servitutem *natura sua* iniustam esse vel inde patet, quod homo, reservatis sibi iuribus saltem inalienabilibus, procul dubio ad perpetuum famulatum pro perpetuis alimentis contractu se ipsum obstringere vel etiam aliquando invitus, scilicet iusta causa et per auctoritatem publicam, eadem illa libertate privari legitime potest.

**Probatur pars II.** 1. Nullum datur ius hominis magis essentiale et inalienabile, quam ius *personalitatis,* quo ab omnibus exigere potest, ut tamquam ens morale aestimetur et tractetur. Ergo nefas est, ut homo simpliciter ut *res* computetur.

2. Cum iure moralis personalitatis praeterea alia iura non ialia conectuntur, quibus nemo sive licite sive valide iare potest; huc imprimis pertinent *libertas conscientiae stricte , ius circa vitam* et *integritatem corporis et animi.* Ergo in quo ista etiam iura servo denegantur, intrinsecus mo- ordini repugnat.

## § 3. De titulis servitutis usurpari solitis.

Servitus *ratione sui* non iniusta potest nihilominus aliunde, ratione tituli, quo inducta fuit, vel quo continuatur, esse ima. U gravis et longe difficilior quaestio oritur: *qui- l imi t i acquirendi tantum dominium in alterius hominis ope censeri possint?* Quae magis concrete ad hanc al- m q n reduci posse videtur: utrum tituli, qui apud es rpari solebant, naturali iustitiae consentiant?[1] — Huc n imprimis pertinent:

1. *Voluntaria traditio.* Dantur sane homines, qui vitae perpetuam sustentationem et securum senectutis futurae portum maioris aestiment quam liberam de suo labore (aliunde necessario) disponendi facultatem. Quod si igitur libere hanc alteri pro aequivalente praestatione tradant, acceptari quoque — seclusa fraude vel morali coactione — legitime potest[2].

2. *Emptio vel donatio.* Quamquam nefas est hominem veluti rem tractare et commercio subiicere, ipsum tamen ius in *hominis labores* pretio aestimabile est, unde *per se et absolute loquendo* etiam pro pretio vel per donationem alienari potest. Dixi „per se et absolute"; nam eiusmodi licentia sine limite domino concessa, qua v. g. servos valde invitos senio confectos aliis fortasse duris

---

[1] De hac re enucleate egerunt *Molina,* De iustitia tract. II, disp. 33 sq. *Diana* P. VII, tract. 7, de servis et mancipiis (1647). *De Lugo* l. c. disp. 6. *Verricelli,* De apostolicis missionibus tit. V. *H. Lämmer* l. c. p. 187 sqq.

[2] *De Lugo* referendo sententiam communem (l. c. disp. VI, sect. 2, n. 14) ita scribit: „Servus constituitur per hoc, quod omnes suas operas et obsequia domino obliget per totam vitam: sicut ergo potest aliquis anticipata mercede accepta obligare se ad serviendum per annum, et tenetur ex iustitia ad reddendum obsequium promissum; cur non poterit se obligare ad obsequia per longius tempus et per totam vitam exhibenda, qua obligatione posita servus appellatur?" Ceterum, ut idem auctor animadvertit, licet ex iure naturae hic contractus libere fieri possit, iure tamen civili romanorum ad varias cavendas fraudes irritus declaratur, nisi de certis concurrentibus condicionibus constet, quarum prima est, ut qui ita se tradit, sit 20 annis maior.

et perfidis hominibus tradere posset, iusta dici nequit. Ideo et clesia legibus, canonibus illud ius multipliciter restrictum v

Huc porro pertinet quaestio: utrum aliquando etiam suum filium, dum in sua potestate est, legitime vendere aut pignorare possit? — Ex sententia gravissimorum doctorum spondetur: id absolute loquendo et certis positis condi salvo iure naturali et divino aliquando fieri posse, scilicet compellente extrema quasi necessitate: ubi pater „fame opp aliam viam sustentationis non reperit. Sed in hoc etiam non tam stricta et definitiva venditio quam tempora p *oppignoratio* licita esse censetur. Ideo antiquo iure p ivo redimendum filium quam primum posset obligabatur, q ptori tunc liberum erat cessionem negare[1]. Quot autem cr et immorales abusus nihilominus, maxime inter infideles, ex iure paterno prodierint, historia testatur[2].

3. *Captivitas iure belli.* Hic titulus historice originem duxit ex more ethnicorum bella gerendi. Cum enim putarent victori licitum esse (saltem post bellum iustum) victum occidere, ipsa vitae donatione dominium in captivos acquiri existimabant. Id vero ex iure belli qua tali minime consequitur. Itaque eatenus eiusmodi mos cum iustitia conciliari potest, quatenus in casu particulari aliae rationes iustae bello per se extrinsecae accedebant, v. g. ratio poenae pro criminibus per ipsos captivos patratis[3]. Addi

---

[1] *De Lugo* (l. c. disp. 5, sect. 1, n. 4) inter effectus patriae potestatis enumerat: „Pater fame oppressus, cui aliter subveniri non potest, filium, quem habet in potestate, vendere vel oppignorare potest (l. II Cod.: ‚de patribus, qui filios distraxerunt'). Quod tamen non potest facere mater nec avus, licet habeat in potestate sua nepotes; neque etiam pater ipse ob aliam causam, nisi propter hanc in legibus expressam. . . . Filius autem ita venditus debet liberari ab emptore, quoties ab ipso vel ab alio pretium acceptum offert. Magis enim est filius obligatus quam venditus pro illo pretio. . . . Denique potest filius patrem in meliorem iam fortunam redactum cogere, ut ipsum redimat."

[2] *Verricelli* l. c. tit. V, de iustitia, q. 107, sect. 8 refert: „Parentes pro levi causa aut indignatione filios instar pecorum vendunt." Unde colligitur, vigente eiusmodi more, raro ex tali venditione legitimum servitutis titulum pro emptore oriri. Eo frequentius vero forte missionariis apostolicis occasio se offeret abiectos a suis parentibus infantes ope baptismi et educationis christianae inducendi in libertatem filiorum Dei.

[3] *Spedalieri,* Dei diritti dell' uomo lib. 5, c. 16, § 20, ceterum acer (aliquando forte acrior) assertor „iurium humanorum", haec sapienter scribit: „La schiavitù propriamente detta è ingiusta, se è in sequela di una ingiusta guerra. Se poi la guerra è giusta, non per questo solo sarà giusta la schiavitù. Quando

potest, quod gentes, quae passim ab aliis hanc calamitatem
) tur, eo modo indemnitatem sibi expostulare solerent (cf.
Deut. 20, 14). Immutata iam tota belli ratione, per se
gitur hunc titulum hodie suo valore, qualiscumque olim
at, excidisse.

4. *Aes alienum.* Iure antiquo, qui aere alieno solvendo im-
e t, in servitutem tradebantur, ut personali servitio ex-
; quod pecunia non possent. Per se iniustus hic titulus
nequit, si a praxi plus minusve crudeli et ab *usurae frau-*
*s* praescindatur, quibus passim obnoxius erat. — Longe diffi-
cum iustitia conciliatur

5. *Nativitas servilis*[1]. Vi huius tituli dominus servae cen-
acquirere simile ius in proles, quae ex illa nascuntur. Fa-
m est historice in eo maxime fundari statum servitutis, qua-
ter *stabile sociale institutum* exhibet. Quamdiu igitur eiusmodi
tutum quasi necessaria condicio esse videbatur, ut ipsa so-
civilis ordinata exsistere posset, facile intellegitur, cur titulus
vi is non solum iure positivo, sed etiam *aliquo sensu* natu-
er legitimus haberetur, utpote *in sociali generis humani necessitate, quamvis per peccatum orta, fundatus*[2].

Ex *solo* autem iure naturae, et praescindendo a *poenali hominum condicione* non sine *positiva* Dei providentia inducta

---

si ha vero diritto di toglier la vita al vinto nemico, e questo diritto si commuta con quello di farlo schiavo, la schiavitù non può riprovarsi, come quella, ch'è un male di gran lunga minore che il perder la vita. La religione cristiana compiange la sorte degli schiavi, ma allorchè i titoli della schiavitù son giusti, ella non ha nulla in contrario, come nulla ha contro la pena di morte, sebbene abbia grande orrore allo spargimento di sangue."

[1] *S. Thom.*, In 4, dist. 36, q. 1, a. 4. *Lessius* l. c. lib. 2, c. 5, dub. 5. *Grotius* l. c. lib. 2, c. 5, § 29.

[2] *De Maistre* in suo opusculo „Quatre chapitres sur la Russie" (Paris, 1859) haec de servitute scribit: „Comment est-il arrivé qu'avant le christianisme l'esclavage ait toujours été considéré comme une pièce nécessaire du gouvernement et de l'état politique des nations, dans les républiques comme dans les monarchies, sans que jamais il soit venu dans la tête d'aucun philosophe de blâmer l'esclavage, ni dans celle d'aucun législateur de l'attaquer par des lois fondamentales ou de circonstance? — C'est que l'homme, en général, s'il est réduit à lui-même, est trop méchant pour être libre." — Hanc ipsam thesin auctor fusius illustrat et antiquorum philosophorum testimoniis, uti et populi atheniensis et romani historia ostendit, *ante Christi adventum passim servitutem consideratam esse tamquam necessarium aliquod fundamentum societatis.*

(Ex. 21, 4. Lev. 25, 45), admodum difficile est in eo veri iuris titulum *per se* legitimum agnoscere. Rationes autem, quae pro tali iure afferri solent, eo fere reducuntur, ut dicatur dominum servae ius in servitium prolis eius acquirere titulo *compensationis* pro enutritione et cura illi suis sumptibus ab ipsa nativitate impensa. Hanc enim compensationem per matrem fieri non posse, cum ipsa iam omnia sua opera domino debeat. Verum hanc compensationem de iure *perpetuam* esse debere quomodo probabunt, nisi ad positivas potius rationes recurrant? — Ad hoc enim etiam hypothesis *taciti consensus* minime universim et pro omni casu sufficere videtur. Nam ex eo, quod moralis impossibilitas per se liberum vitae statum fundandi et hinc ipsa suae utilitatis ratio eiusmodi hominibus plerumque *suadeat*, ut in suo statu permaneant, nondum sequitur dominum illos etiam forte invitos *iure naturae* retinere posse [1].

## Caput IV.

### De domo seu familia completa.

#### Prologus.

124. Societas domestica, quamvis ex pluribus composita, tamen interne et externe *una* est, et qua talis, quemadmodum primum completum membrum organismi socialis exhibet, ita etiam primos gradus culturae apud omnes gentes eiusque incunabula signat. Vere quis dixerit: Tolle coniugii sanctitatem et stabilitatem, et familiam destruxisti. Sed non minus vere additur: Tolle domum, et toti societati eiusque nobilissimis fructibus, civilitati atque morum culturae essentialia fundamenta subtraxisti. Et si quidem praeter naturae instinctum religio horum omnium est mater, nutrix atque conservatrix, non sine peculiari Dei providentia factum est, ut a primis exordiis generis humani religio in domestica maxime societate altas radices figeret eiusque socialia vincula peculiari modo consecraret. Et vero teste historia tam antiqua quam recentiore nulla prope gens tam barbara reperitur, quae non saltem nuptias tamquam domesticae societatis primitias speciali aliquo religionis ritu initiandas duceret. Quam multiplici autem praeterea nexu divinus cultus passim omnem fere vitam domesticam comi-

[1] Practica norma tenenda contra iniustos abusus servitutis data est per Gregorium XVI in Brevi „In supremo apost. fastigio" d. d. 3 Dec. 1839.

tari solebat, non solum ex Sacrae Scripturae testimonio, sed etiam ex monumentis profanis, quae de Graecis, Romanis, Sinensibus, Indis, Persis, Aegyptiis etc. exstant, omnibus notum est [1]. Videlicet quoniam domus ex naturae instituto prima ac praecipua morum schola esse debet, necesse erat, ut ipsa quoque ab origine primum religionis sacrarium constitueretur [2].

Ex hac praemissa consideratione et ex iis, quae praecedentibus capitibus dicta sunt, facile quisque totam de familia doctrinam in iis etiam complere poterit, quae domum *totam* eiusque commune regimen respiciunt [3]. Quare ea, quae de eodem argumento dicenda remanent, ad haec praecipua restringimus:

## Articulus 1.

### *De fine sociali domestico.*

125. *Finis* domesticae societatis completae non secus atque ipsa haec societas e triplici elemento coalescit, quapropter alius esse non potest quam *quotidianus vitae usus et ordo finibus societatum quibus familia componitur accommodatus.* In eodem fine adimplendo bonum commune domesticum consistit. In eius assecutionem proin singula familiae membra secundum propriam cuiusque condicionem physice et moraliter conspirare debent. Quam multiplicia autem media partim necessaria partim utilia ad illum finem ordinentur, coniicere obvium est; inter quae proximum locum occupant ea, quae ad ipsam sustentandam vitam et integritatem omnium, cohabitandi securitatem et opportunitatem pro praesenti et futuro tempore pertinent; accedunt ea, quae vitae etiam commoditatem, decus et honesta solatia respiciunt, quae omnia demum

---

[1] Cf. *A. Pauly,* Real-Encyklopädie der klassischen Alterthumswissenschaft.

[2] *Ferd. Walter,* Naturrecht und Politik (1871) p. 89: „Die Familie ist ein Werk der Natur, eine Ordnung Gottes . . ., die Pflanzschule der Gesittung, der Vermittler der alten und der neu eintretenden Generationen, die Grundlage der Staaten und der Menschheit . . ., alle Ordnung lehnt sich an sie an.“ — Similiter *Const. Frantz,* Naturlehre des Staates (1870) p. 129: „Familie und Religion sind der Doppelring, der alle Höhen und Tiefen des menschlichen Lebens umschliesst, das Natürliche wie das Göttliche.“

[3] De familia tota qua societate domestica cf. *Gaume,* Histoire de la société domestique, ed. 2 1854; idem germanice 1863. *Rossbach,* Vier Bücher Geschichte der Familie, 1859. *Held,* Staat und Gesellschaft I. Bd., 5. Abschnitt. *Charles de Ribbé,* De la vie domestique, 2 vol. Paris. *Charles S. Devas,* Studies of family life, a contribution to social science; idem germanice: Studien über das Familienleben, 1887.

simul cum directa huius officii cura, ad omnium spiritualem et moralem profectum et in specie liberorum educationem atque evolutionem referenda sunt.

## Articulus 2.

### *De auctoritate domestica.*

126. Ordinata finis domestici prosecutio stabile aliquod regimen domesticum exigit, quod non solum multiplicem rerum administrationem, sed etiam personarum omnium, quibus familia constat, congruam gubernationem comprehendat necesse est. Tametsi igitur lex caritatis et vincula ethica potius quam iuridica huic societati propria sunt, nihilominus in ea iuridici quoque ordinis initia continentur, quae nequaquam ab auctoritate publica, sed *immediate a lege naturali* originem ducunt. Et quidem non eo tantum sensu auctoritas domestica a natura derivatur, ut, licet per se necessaria, speciali tamen libertatis humanae interventu *determinari* indigeat, sed generali naturae lege, independenter ab omni pacto aut positiva humana institutione, eius quoque subiectum designatur. Quare sit:

**Thesis XXII. Paterfamilias qua naturale caput domesticae societatis a cunctis eius membris oboedientiam in iis, quae administrationem et disciplinam domus respiciunt, iure naturae exigere potest.**

**Probatur.** Hanc auctoritatem ipsa natura ordinante in omni familia determinate exsistere partim ex huius societatis naturali et organica origine, partim ex eius fine satis per se manifestum est. Hypothesis autem institutionis liberae sive per pactum tacitum sive per ius publicum sua propria absurditate refutatur. Unde remanet tantum ostendere eandem per naturae ordinem *patrifamilias competere.* Id autem his rationibus certo concluditur:

1. Natura familiae, quippe quae a coniugio organice succrescit, postulat, ut penes eum sit eius regimen, qui est eius fundator. — Iam vero ut talis habendus est paterfamilias, ad quem etiam spectabat active sibi quaerere et eligere uxorem. Cum igitur ipsi coniugi, ceteroquin sibi naturali dignitate aequali, praecellat, a fortiori reliquae domus caput naturale constituitur.

2. Idem colligitur ex indole et dotibus, quibus sexus virilis prae muliere generali naturae instituto huic muneri aptior est.

Sic ad protegendam familiam fortitudine, ad gubernandum animi constantia et iudicio potiore vir praeditus esse solet. Praeterea virum ceu familiae caput decet externas domus relationes et negotia eius publica curare, dum mulieri potius in illius penetralibus congruam operum partem ipsa natura assignat.

3. Eadem naturae ordinatio constanti universi generis humani persuasione et usu confirmatur.

**Corollaria.**

127. I. Uxor quoque, licet spectato solo coniugio iure aequalis to, eidem tamen in iis, quae domus regimen respiciunt, subdita est. Sed haec subiectio digna esse debet vitae socia; quare , ut ei illa rerum domesticarum pars, quae mulieri competit, *per se* administranda relinquatur. Et generatim ut inter omnia familiae membra pax et unio animorum vigeat, non tam iuris rigore quam *aequitatis sensu et mutuo amore* cuncta ordinanda sunt.

II. Plena uxoris a lege viri solutio et independentia per se *destructivum* elementum in familiam inferret; quare ab iis tantum commendatur, qui hodie ipsius ordinatae societatis humanae ruinam moliuntur. Itaque ex praefixa thesi *vera* solutio petenda est illius recentis quaestionis, qua *nova* feminis *vocatio socialis,* contradicente natura, suggeritur (quaestio feminarum — Frauenfrage) [1].

128. **Scholium.** Inter alia innumera beneficia, quae religio christiana humanae societati contulit, illud haud minimum, quod domesticam potestatem, quae olim sicuti in servos fere illimitata, ita et in reliquam domum, favente lege civili, non raro despotica erat, ad iustos ordinis naturalis terminos reduxit. Eo imprimis pertinet emancipatio uxorum ex indigna servitute, in qua olim passim a viris tenebantur. Hinc facile coniicies, qualem illis libertatem et socialem dignitatem allatura esset nova „emancipatio", quam hodie promittit *socialismus,* emancipatio scilicet a lege christiana et christiani coniugii vinculis.

---

[1] Cf. P. *Aug. Rösler,* Die Frauenfrage. Wien 1893. Cuius operis exstat et versio gallica.

# Liber secundus.

## *De iure proprietatis*[1].

### Prologus.

**129.** *Proprium* latissime dicitur quidquid cum aliquo sut ita coniungitur, ut cum nullo alio eadem ratione coniungatu quod proin *communi* per contrarietatem opponitur. Hoc s

---

[1] Substratis principiis *S. Thomae* (S. theol. 2, 2, q. 66, et Comme *Aristotelis* Polit. II) de tota materia huius libri *veteres* complures in ribus inscriptis „De iustitia et iure" uberrimos tractatus reliquerunt, ut tom. I, tract. 2; Cardinalis *de Lugo* disp. 2 sqq.; *Lessius* lib. 2, c. — Inter *recentiores* veterum vestigia sequentes simulque opportun dernae societatis rationem habentes merito nominandi videntur: *Tap* Saggio teoretico di diritto naturale I, c. 4, n. 391—413. *Schiffini*, I tiones philosophiae moralis II, disp. 2. *Victor Cathrein*, Moralphilo tom. II, lib. 4 („vom Eigenthumsrecht"). *v. Hertling*, Naturrecht und So (1893). *Heinrich Pesch*, Liberalismus, Socialismus und christliche Gesells ordnung P. I (1896), cap. 3 („Das Privateigenthum"), p. 195—392, et („Die philosophischen Grundlagen des ökonomischen Liberalismus", *Costa-Rossetti*, Philos. moralis (1886) p. 362 sqq. *Stöckl*, Lehrbuch der sophie (1881) II, 554 sqq. *Gutberlet*, Ethik und Naturrecht (1893) p. 1 *Franz Walter*, Das Eigenthum nach der Lehre des hl. Thomas von Aqui des Socialismus (1895). *Ratzinger*, Die Volkswirtschaft in ihren sitt Grundlagen (primum 1881, altera editio aucta et reformata 1895). *Ch.* De la richesse dans les sociétés chrétiennes. *Ferd. Walter*, Naturrecht und (1871) n. 155 sqq. 201 sqq. *Charles S. Devas*, Political Economy, 1892 studiosae iuventuti destinatum); idem opus germanice: *Ch. S. Devas*, ( sätze der Volkswirtschaftslehre, übersetzt und bearbeitet von *Walter E* (1896). *Luigi Cossa*, Primi Elementi di Economia Sociale (ed. 9, Paviae) germanice: Die ersten Elemente der Wirtschaftslehre, bearbeitet von *Ed. meister* (ed. 3, 1896). P. *Chrét. Antoine* S. J., Cours d'Économie sociale ( 1896). *Ch. Périn*, Premiers principes d'Économie politique, 2e éd. d'une étude sur le juste salaire d'après l'Encyclique „Rerum novarum" ( 1896). Nominamus denique *Paul Leroy-Beaulieu*, Traité théorique et pr d'Économie politique (4 vol., ed. 2 1896, Paris.), qui tamen minus ex pr *veterum* vestigia sequitur.

Ex innumeris scriptis, quae a compluribus decenniis de *„quaestione s* sive ad eius causas illustrandas sive ad introducendum theoretice et pr in rerum socialium studium sive ad destructivos circa rerum proprietate rores refutandos prodierunt, sufficiat hic pauca tantum commemorare, a inter catholicos quaedam quasi schola initium sumpsit. In *Germania* h primis pertinent notissima opera praesulis moguntini *W. E. v. Ketteler* ciatim: Die Arbeiterfrage und das Christenthum (1864); Die Arbeiterbew

aliquid homini proprium diversimode esse potest: nempe vel se-
dum *essentiam* seu specifice, et sic idem commune est cunctis
iduis sub specie contentis; vel secundum *individualitatem*, et
tum quidem vel *a nativitate* coniunctum vel *facto accessorio* ac-
. ϵ potest.

Qu( si haec proprietatis significatio ad *res externas*, i. e.
) physico vinculo cum hominis personalitate conexas, appli-
res homini propriae dici possunt, quatenus *morali* relatione
( ɔne medii ad finem) homini exclusive coniunguntur, i. e.
e potestati ita subiiciuntur, ut de iis libere disponere in suam
utilitatem legitime possit. Hinc autem gravis et multiplex quaestio
ır: an et quibus condicionibus res externae homini subiiciantur?
— an homini secundum *naturam specificam* considerato, i. e.
omnibus hominibus aequaliter; idque vel ea condicione, ut omnia
omnium sint communia, nullius autem in individuo propria (com-
munio bonorum negativa), vel ut omnium collective sint propria,
ita ut singulis potestas positiva in aequalem partem contingat
(communio bonorum positiva)? — an vero, licet destinatione ideali
et indeterminata omnia omnibus sint communia, fieri tamen saltem
ex parte possint aut etiam debeant *individuis* (sive personis sive
coetibus socialibus) *determinate propria*, si peculiare acquisitionis

---

und ihr Verhältniss zur Religion und Sittlichkeit (1869). *Fr. Hitze*, Kapital und Arbeit und die Reorganisation der Gesellschaft (1881); Die Quintessenz der socialen Frage (1880), et complura dein opuscula de quaestionibus practicis huius materiae necnon elucubrationes in periodico „Arbeiterwohl". In *Austria* verbo et scripto in iisdem studiis duces fuerunt inter alios *v. Vogelsang*, *v. Liechtenstein*. In *Gallia* ultimis decenniis viri catholici, qui strenue studiis socialibus promovendis et medendis malis societatis operam dabant, in duas quasi scholas divisi sunt: *alteram* eorum, qui ad optatam socialem reformationem nonnisi *negativam* cooperationem legislationis publicae admittere volunt, ducibus *Ch. E. Freppel*, episcopo andegavensi, *Le Plays* cum (a se fundato) organo periodico „La réforme sociale"; *alteram* eorum, qui *positivam* quoque publicam cooperationem tamquam necessariam et secundum sana iuris publici principia debitam requirunt, ut Comes *de Mun*, Card. *Langénieux*, *de Pascal*, membra societatis „Oeuvres des cercles catholiques", organa periodica „L'Association catholique", „Sociologie catholique". Similiter in *Italia* sentiunt P. *Liberatore*, „Civiltà cattolica" (1891); in *Belgio Doutreloux*, episcopus leodiensis, *Pottier* etc.; in *Helvetia Decurtins*, *Eberle* etc. Praeclarum fundamentum historicum pro tota hodierna „quaestione sociali" recentius suppeditat *E. Michael*, Geschichte des deutschen Volkes vom 13. Jahrh. I (Culturzustände des deutschen Volkes während des 13. Jahrhunderts. 1897). — In totam quaestionem socialem imprimis bene et opportune introducit *Biederlack* S. J., Die sociale Frage (ed. 2 1898).

factum intervenerit (dominium privatum)? — Et, si quidem hoc ultimum tenendum videatur, quibus illud fundamentis iuris naturalis fulciatur, quibus praecipue modis eiusmodi dominium acquiratur, quibusque limitibus circumscribatur? — Haec omnia solutionem aliquam et quidem secundum stabilita pridem generalia iuris principia hic merito postulant.

Notandum vero philosophice probe distingendum esse dominium privatum *late dictum* et dominium privatum *stricte acceptum* seu *stabile,* quale historice in societate exsistere videmus. Utrumque suum *primarium* iuris naturalis fundamentum *ex natura hominis sensitivo-rationali* obtinet, sed non aequaliter: *illud* quidem ita, ut in eo *solo* fundamento tamquam per se sufficiente quiescere possit, *alterum* vero ita, ut ratione stabilitatis insuper aliquo succursu *ex iure naturae sociali* indigeat. Namque, ut ex infra dicendis patebit, aliqua rerum appropriatio ab usu rerum inseparabilis est et eatenus tamquam ius hominis connatum per se ad „ius individuale", de quo in sectione I agitur, pertinet. Strictum autem seu *stabile* rerum dominium, quod etiam sine respectu ad earum usum personalem sive praesentem sive futurum possidetur, est institutio ex parte *socialis.* Quapropter plene de iure proprietatis agi nequit nisi in *„iure sociali"* et opportune quidem post praemissum *ius domesticum,* in quo illius character *stabilitatis* potissimum radicatur.

# Caput I.

## Necessaria huius discursus praeambula.

### Articulus 1.

*De originaria hominis potestate in res externas.*

#### § 1. Si absolute et in abstracto consideratur.

**130.** Dubium non est, quin in abstracto spectata natura, sive hominis sive rerum externarum, res omnes creatae veluti in medio positae cogitari debeant, ut omnium hominum sine ullo discrimine usibus ac finibus inservire tamquam media possint. Non aliud communis fere veterum doctrina significat, qua rerum communionem ad „statum hominis primigenium", rerum autem proprietatem ad statum „adventicium" referre solebant. Quare totius huius discursus quasi fundamentale principium haberi debet sequens

**XXIII. Omni homini ius competit absolutum s ex s utendum.**

**Probatur.** Hoc ius immediate et inseparabiliter conectitur ı iure personalitatis, quo non datur ius humanum magis ab- m, et praeterea per rerum naturam evidenter manifestatur. nini absolute competit.

Prob. antec. ad 1. Homo vi personalitatis suae sensitivo- s non solum officium habet se conservandi et perficiendi, i ɔer destinatus est, ut aliquem ambitum liberae activitatis quo varios fines sibi proponere et prosequi possit. Atqui : usus rerum illi penitus necessarius est.

Prob. antec. ad 2. Rerum externarum natura ostendit propter hominem factas et ad eius usum destinatas esse. Id ɜrto concluditur non solum ex earum naturali aptitudine ad hunc , sed etiam ex eo, quod, ut docet *Aristoteles,* natura imper- fı ıra propter perfectiora sunt horumque imperio subordinantur, proinde ea, quae ratione carent, in creaturis rationalibus suum ex num finem habent[1]. Ceterum eadem doctrina communi ho- ım consensu et naturae instinctu invicte confirmatur.

**Corollaria.** I. Hoc ius eo ipso, quod absolutum est, omni- ninibus aequaliter competit, immo neque ratione materiae ale est, sed per se *aequaliter ad omnes* et singulas res ex- as *indeterminate,* ad *nullam* autem *determinate* se extendit. ] id ipsum denotat, quod vulgo *communio bonorum nega- tiva* nuncupatur.

II. Idem ius, cum sit essentiale, per iura adventicia seu hypothetica, sive naturalia sive positiva, quae circa rerum usum aut possessionem inducuntur, numquam *per se* et *qua tale* excludi aut tolli, sed tantum per concretam applicationem varie determi- nari potest, immo, ut ex infra dicendis patebit, etiam debet. Hoc et veteres cum *S. Thoma*[2] intellegi volunt, dum rerum et fruc-

---

[1] Cf. Polit. l. 1, c. 5, ed. *B.* 1254 sq.; l. 2, c. 5, ed. *B.* 1261 sq.

[2] S. theol. 2, 2, q. 66, a. 2: „Circa rem exteriorem duo competunt homini: quorum unum est potestas procurandi et dispensandi, et quantum ad hoc licitum est, quod homo propria possideat. Est etiam necessarium ad humanam vitam. . . Aliud vero quod competit homini circa res exteriores, est *usus ipsarum;* et quantum ad hoc non debet homo habere res exteriores ut proı sed ut *communes,* ut scilicet de facili aliquis eas communicet in neces aliorum.“ (Cf. et in Polit. II lect. 4.) — Hoc sensu scholastici doctores

tuum earum *usum, etiam supposita possessionum proprietate, munem esse debere* contendunt, — puta per communem facili mutuae communicationis et commutationis et praesertim per gitionem caritatis, ad quam obligantur qui possident[1].

III. Eodem iure praesignatur *idealis naturae* [illegible], secundum divinae bonitatis intentionem ipsa *realis re* [illegible] et usurpatio approximative accedere debeat, quantum [illegible] licet [illegible] praesentem humanae naturae (lapsae) statum et per condi ordinis socialis huic statui accommodati licuerit. — Itaq [illegible] certum est *privata rerum dominia, ut iuri naturae et* [illegible] *dini conformia sint,* per se non solum huic fini naturae non opposita, sed etiam *positive* tamquam respective congrua eidem subservire debere. Unde *per se reprobandum* esse omne systema „oeconomiae nationalis" vel „politicae", ita in theoretice dispositum, quod practice inductum necessario efi ut huius terrae bona in *paucorum* hominum manus confi unde ceteris innumeris summa immineat indigentia rerum ad *vita usum* necessariarum.

## § 2. Quid in concreto haec potestas importet.

**132. Thesis XXIV. Vi iuris absoluti r[illegible] di quisque rem quamlibet in individuo spectata ex [illegible] e dum ab aliis aequali iure assumptae fuerint, [illegible] deligere et usurpare legitime potest.**

**Probatur I.** Ius suum unusquisque de facto exercere cit iniuriam et inhonestatem legitime valet. Atqui facultas in [illegible]

---

muniter docent, „usum rerum exteriorum earumque fructuum debere esse co munem", quamquam rerum divisionem et *proprietatem* (quoad „pote curandi ac dispensandi") in omni republica bene ordinata plane ne esse affirmant.

*Aristoteles* in hac re praeierat, optimum esse iudicans „bona q propria, usum autem eorum communem". *Φανερὸν τοίνυν ὅτι βέλτιον εἶναι μὲν ἰδ τὰς κτήσεις, τῇ δὲ χρήσει ποιεῖν κοινάς* (Polit. l. 2, c. 5, ed. *B.* 1263 a, 37). autem Aristoteles ratione utilitatis et convenientiae praeferendum esse lexit, id philosophia christiana cum S. Thoma merito instar certi philosoph principii statuit, quia omnis exclusiva rerum appropriatio etiam *quoad us* involveret negationem iuris hominum *essentialis et absoluti,* rebus e utendi, et ideo iuri naturae repugnaret.

[1] Cf. *Roselli,* Summa philos. III, § 451, ubi eandem sententiam S. T luculenter exponit et, ne contra eius mentem (ceterum clare expres p verse intellegatur, opportune advertit: „Is usus non ita est accipie

ipta nil aliud nisi ipsum exercitium illius iuris absoluti ıt honestum et omnis iniuriae expers — *honestum*, utpote naturali rerum destinationi conforme; *citra omnem alieni iuris ıem*, quia circa res occupandas in individuo nullum alterius *ıeterminatum* exsistere supponitur.

P ar II. Cum hac theoria insuper *universalis* hominum et *rpetua* praxis consentit, quare merito in illa *docuae rationalis* agnoscitur.

133. **Corollaria.** I. Ius absolutum in res externas per se, ut , in omnibus hominibus aequale neque ex parte materiae ac ipsarum rerum exsistentium limitibus circumscriptum, ad ı exercitium applicari non potest, quin eius usus illico *externis ıs* iisque *inaequalibus* restringatur. Nam ubi primum quis ad proprium sibi aliquid sumpsit, ab eius usu simultaneo omnes naturae necessitate excluduntur.

II. Ius originarium rebus *utendi* implicitum quoque continet ius non solum eas ad usum *occupandi*, sed etiam *immutandi*, 'i et saltem quamdiu quis actu iis utitur vel intuitu ximi usus *exclusive detinendi*. Sine his enim *realis* usus rerum ıari non potest.

III. Ita quae hactenus de originaria hominis potestate circa res externas diximus, procul dubio *naturale hominis ius* demonstrant *eatenus* res sibi ut *proprias* exclusive vindicandi, *quatenus* haec appropriatio *in ipso usu quasi implicita* censeri possit (ius proprietatis late dictum). *Plenum* autem ius proprietatis seu *stabile rei dominium*, quale vulgo intellegitur, ex his solis nequaquam evincitur, quamquam in iis pariter primarium suum fundamentum obtinet.

IV. Ius connatum rebus utendi omni iure determinato proprietatis quocumque titulo acquisito, sicuti prioritate originis, ita et ratione finis per se praestantius est; ideo in casu *collisionis* inter urgens naturale officium illo iure actualiter utendi (puta ob extremam aut quasi extremam vitae necessitatem) et ius alienae

---

quisque possit pro libitu uti rebus, quae certum dominum habent (nisi forte id permissum sit publica potestate, ut est in nonnullis locis ius pascendi, lignandi etc.), sed ita, ut domini rerum non debeant impedire, ne alii per contractus licite cum ipsis initos ab usu rerum, quae ipsis necessariae non sunt, excludantur, providere vero debeant, ut eas cum pauperibus et indigentibus communicent."

proprietatis utcumque legitimae, eo ipso hoc ius, quantu fuerit, illi cedat necesse est[1].

## Articulus 2.

### *De notione et elementis dominii.*

**134.** *Dominium* seu ius proprietatis stabilis (Eigenthun simpliciter acceptum definiri potest: *ius de re tamquam su fecte disponendi, quatenus ius altioris ordinis non obstat.* — 1. *ius de re disponendi* (verfügen), i. e. declarandi vel exs quid de re fieri quis velit; 2. *tamquam sua*, i. e. ad fine prios et nomine proprio, non instar tutoris aut curatoris rei a simulque exclusis aliis a iure disponendi de eadem re; 3. *p* disponendi, quatenus etc., i. e. nullo excepto disponendi nisi cui forte ius altioris ordinis obstat. — Qua quidem defi satis explicite ea omnia elementa continentur, quae verur fecti dominii conceptum constituunt. Quod autem condi „quatenus . . ." attinet, cui ius disponendi adstringitur, ea quam internam, sed externam tantum limitationem possibil spicit, quae huic iuri ex collisione cum iure altioris ordini tingere possit. Tale ius per se altioris ordinis respectu cumque iuris privatae proprietatis hic praecipue intellegend *ius congenitum et commune omnium hominum rebus utendi,* supra (n. 130 sq.) dictum est. Numquam enim illud priva bitrio ita extendi aut formam adeo exclusivam assumere le potest, ut hoc respectu hominum egentium irritum aut quasi i faciat. Eo igitur addita illa clausula pertinet, ut in ipsa tione privati dominii eius quoque providentialis indoles ac *natio socialis* explicite notetur. Similis definiendi modus ia

---

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 66, a. 7: „Secundum naturalem ordi divina providentia institutum res inferiores sunt ordinatae ad hoc, quo subveniatur hominum necessitati. Et ideo per rerum divisionem et ap tionem . . . non impeditur, quin hominis necessitati sit subveniendum e modi rebus. Et ideo res, quas aliqui superabundanter habent, *ex natu* debentur pauperum sustentationi. Sed quia multi sunt necessitatem p et non potest ex eadem re omnibus subveniri, committitur *arbitrio uni que* dispensatio propriarum rerum, ut ex iis subveniat necessitatem tibus. Si tamen adeo sit evidens et urgens necessitas, ut manifestum stanti necessitati de rebus occurrentibus esse subveniendum (puta c minet personae periculum et aliter subveniri non potest), tunc licite aliquis ex rebus alienis suae necessitati subvenire, sive manifeste sive sublatis; nec hoc proprie habet rationem furti vel rapinae."

asticos iuris doctores communis invenitur, quamquam ex-
nem a iure de re sua perfecte disponendi a *legis prohibitione*
are solent. Sic *Lessius*[1] dominium perfectum definit: „ius
re, extendens se ad omnem eius usum seu dispositionem, nisi
prohibeatur.“ Et vero omnis legis prohibitio iusta similiter
d um ius altioris ordinis et bonum sociale commune contra
m bitrium ordinari censenda est. Minus autem probandum
r, si in definitione dominii a iure de re sua disponendi ex-
ir omnis modus disponendi „aliunde *illicitus*“ seu „aliunde
*itus*“. Non enim quilibet usus iuris *ethice* tantum illicitus
et c i Deo in conscientia prohibitus respectu aliorum hominum
ex ptionem fundare aut obiectivum iuris effectum impe-
dire valet.

*Modi de re disponendi* dantur varii. Quod si dominium
se ad omnes hos modos se extendit, *perfectum* (plenum — volles,
l Eigenthum), si ad unum alterumve tantum, *imperfectum*
plenum — getheiltes, belastetes Eigenthum) vocatur. Itaque
inii imperfecti species in dominio perfecto ut totidem distincta
et illius partialia elementa continentur[2]. Possunt haec ad
r revocari:

1. *Ius disponendi de rei substantia* (dominium directum — Ober-
eigenthum), scilicet rem *specificandi,* i. e. formatione in aliam spe-
ciem immutandi, v. g. si ex ferro arma conficias; usu *consumendi*
vel etiam ad arbitrarios fines *destruendi; alienandi* quocumque
modo libuerit — haec omnia tamen salvo iure usus et fructus,
quamdiu id penes alium fuerit. Ius in rei substantiam etiam ius
proprietatis strictius acceptae, et qui eo gaudet, *proprietarius* dicitur.

---

[1] De iust. et iure lib. 2, c. 3, dub. 2. — Quomodo differat ius *in re* et ius *ad rem,* explicat ibid. c. 2, dub. 2, § 11: „Ius in re dicitur, quod tribuit actionem realem, seu quod rem obligatam habet . . .“; „ius ad rem, quod non tribuit actionem in rem, sed tantum in personam“. — Cf. *Molina,* De iust. et iure tract. 2, disp. 3, qui fere approbat definitionem Bartoli, quam communem esse dicit iuris peritorum: „Est ius perfecte disponendi de re corporali, nisi lege prohibeatur.“ (Ipse vero vocem „corporali“ omittendam censet.) Similiter sentit Card. *de Lugo* l. c. disp. 2, sectio 1.

[2] De modo distinguendi dominium privatum apud iuris consultos usitato vide et *H. Pesch*, Liberalismus, Socialismus und christliche Gesellschaftsordnung P. I (Friburgi 1896), 199. — Varios modos dominii imperfecti, utilis etc. describit fusius *Molina* l. c. tom. I, tract. 2, disp. 3, n. 15 sq.; disp. 5 sqq.; *de Lugo* l. c. disp. 2, sect. 3. — In Germania deinceps totius huius argumenti fons *positivus* erit *novus imperii codex iuris civilis.*

2. *Ius re utendi* simpliciter (usus — Nutzungsrecht), i. ( salvis eius substantia et fructibus ad suam utilitatem candi, v. g. habitandi domum. Qui eo praeditus est, *u* vocatur.

3. *Ius re fruendi* (fructus — Niessungsrecht), i. e. perci ut proprios omnes rei fructus. Hi porro distinguuntur a) *rales,* ut fructus arborum, lac et proles gregis; b) *indust* ut lucrum ex negotiatione; c) *mixti,* ut fruges campi; d) ( ut pretium locationis. Ius fruendi sine iure utendi ordinari habetur, ideo illud cum hoc per modum *unius* considerari et dicitur *usufructus* (Nutzniessung) vel, quatenus opponitu minio directo, *dominium utile* (Nutzeigenthum).

4. *Ius rem possidendi*[1]. Possidere in genere est rem a hensam vel occupatam cum voluntate eam sibi exclusive ha detinere.

*Possessio* dividitur: a) In *physicam* et *intellectualem:* pl vocatur, si detentio fit et corpore et animo; intellectualis, si tantum aliunde sufficienter declarato, uti possidetur a domi sente. b) In *naturalem* et *civilem,* prout res d[illegible] ir vitae sine animo eam stricte ut propriam hab[illegible], vel i possessor eam ut propriam servare velit. c) In p[illegible] et possessionem *facti,* prout detentio cum titulo [illegible]ris [illegible] a eo fit, vel saltem ab eo praescinditur. d) In p[illegible] n aliam *bonae,* aliam *malae fidei,* prout quis rem [illegible] t forte alienam, sincere existimat esse suam (redlic [illegible] sciens vel dubitans esse alienam (unredlicher [illegible]z).

136. A media aetate usque ad recentiora tempora dis et separata possessio *dominii directi* et *dominii utilis* cum utriusque iuridica relatione magnam partem iuris civilis occu Species dominii utilis illo tempore passim usitatae erant pot duae: *feudum* (Lehn) et *emphyteusis* (Erbpacht, Erbz Utraque per modum stabilis institutionis socialis, et prior q praesertim in Germania a saeculo X fere omnem vitam s et publicam informabat. — *Feudum* dicitur terrae fund immobilis cuius dominium utile a proprietario alicui in tariam possessionem et fruitionem traditum est ea condi

---

[1] Cf. *Lessius* l. c. c. 3, dub. 9—13; *Molina* l. c. tom. I, tract. 2, disp

[2] *De Lugo* l. c. disp. 2, sect. 4. *Lessius* l. c. c. 22, dub. 1 sq. l. c. disp. 10.

illi ad specialem fidelitatem (praesertim militarem in casu Heeresfolge) pro tutela sibi ab altero praestanda obligetur. temporis feudalis relatio non solum ad fundorum possed ad quaelibet iura realia et ad munera publica per collata extendebatur. Qui feudo erat investitus (belehnt), vocabatur „Lehnsmann, Vasall". Ceterum feudo licet here- ) tamen possibilitas inhaerebat certis condicionibus reci- ad dominum (Anheimfall). — *Emphyteusis* est hereditaria si hereditaria possessio dominii utilis alicuius complexus m ea condicione, ut certa annua pensio sive pecuniae sive ı agriculturae proprietario (dem Grundeigenthümer) per-

## Articulus 3.

### *De communismo et socialismo.*

### § 1. Utriusque natura declaratur.

137. No n privati dominii adversarios haec nomina de- re et ıdio quidem antiquissimos, sed auspiciis recen- iuvenilem quodammodo vigorem resuscitatos. o a ra ı o *sociali*, naturali sobole radicalismi *politici*, ıntes, ı i nomine distinguuntur, indole tamen et interna io c unctissimi sunt. Ambo videlicet tradito societatis ab incunabulis sancito, imprimis privatis bonorum pos- ib speciosis rationum figmentis bellum indicunt; ambo suffragio institutae privatae proprietatis emolumenta omnino aut saltem secundum eius formam historice stabilitam negant, immo omne prope societatis malum inde originem traxisse ac iugiter trahere contendunt; quapropter genus humanum, nisi ad statum aliquem communi usui rerum et aequalitati iurum magis consentaneum, i. e. ad statum *communionis bonorum*, reducatur, ad dignam et nativam vitae felicitatem respirare non posse. Communionem bonorum autem intellegunt generatim eam tantum, quae *positiva* dicitur, qua *privata* bonorum proprietas in *publicam* convertitur. Communio quippe *negativa*, quae in sola negatione proprietatis bonorum terminatur, ceterum omnia omnibus usurpanda permittit, perpetuum bellum induceret et extremo tantum brutoque communismo conveniret.

138. *Ratio discriminis* et mutua relatio, quae inter communismum et socialismum intercedat, longe difficilius quam quod

utrique commune est definitur. Et vero quoniam a primis cenniis saeculi XIX utrumque nomen fere promiscue qualicumque forma socialis radicalismi, quae aliquo modo tatem reconstruendo inaequalitatem oeconomicam expugn tendebat, usurpari coepit, mirum non est etiamnum il dam significandi ambiguitatem inhaerere. Unde contigit, varios, qui de eadem re scripserunt, non solum diversae contrariae sententiae reperiantur. In eo quidem omnes facile sentiunt, quod communismum et socialismum non tam i essentiali nota quam externa potius indole et practica differre agnoscant. In aestimanda autem *mutua eorum* plane divergunt, aliis *genericam latitudinem* conceptui *soc* ad quem communismus veluti species referatur, aliis con *munismo* talem latitudinem convenire opinantibus, qua socia tamquam sui specialem formam comprehendat.

139. Secundum *priorem* aestimandi modum *socialismi* non universim omnes doctrinae ad aliquod systema redactae co henduntur, quae internis hodiernae societatis „repugnantiis" (Wi sprüche) quas vocant, *radicalem* afferre curam ope com vel quasi-communionis bonorum volunt; dicimus: „q c nionis bonorum" — hodie namque generatim non bona qua que, sed ea tantum, quae sunt *productiva* seu media produ ut v. g. terrae fundus, propria fieri totius communitatis p per eam deinceps in communem utilitatem administra dispensanda. *Communismus* vero eam socialismi form qua *directe* et *immediate* seu absque longioribus politicis am gibus abolitio privatae proprietatis in favorem qualiscumq c munionis bonorum postulatur. Itaque indolem *aperte rev nariam,* repudiata hypocrisi, communismus ultro profiteri s Atque hoc ipso quidem a reliquo socialismo potissimum nitur, quod hic generatim magis *indirecte* ac *mediate* t capessendo rerum ac temporis occasiones praesentem iu paulatim ad ideam sibi propositam immutare suscipiat; q etiam socialismi sectatores inter se circa modum et vi potissimum id efficiendum sit, minime conveniunt.

Plerique tamen socialistae, maxime ex quo internationali foedere iuncti directionem quorundam ducum auctoritate et prudentia pollentium subierunt, ex ipso moderno legali constitutionalismo et communibus civium iuribus politicis media et arma

c ı consueverunt, quibus iuris ordinem, quo interim ser-
a form legalibus utuntur, paulatim vel suffodiant vel suae
victrici potestati et arbitrio subiiciant. Nullum quippe
ad suos fines practice complendos efficacius et securius
ı egunt ipsa *publica legislatione,* si quando praevalente nu-
ıgiorum popularium eam potiri contigerit. Hinc illorum
i industria et studium indefessum, qua verbo qua scriptis
iugiter propagandi venenatam suarum idearum sementem,
cunctas demum, si fieri possit, populi classes imbuendi, eas
rin quae sorte minus prospera utentes vitae civilis onera
q n emolumenta sentiunt. Quanto iam successu idem
ım ı prosequantur, ubicumque deficiens iam hominum
cere christiana et religionis integritas invictum obicem
ı ɔbiiciat, dolentes conspicimus. Atque haec quidem, si formam
ıismi excipias, socialismi generalis fere indoles et practica
d notatur.

Quod si igitur inter socialistas nonnulli (plerumque numero pauciores) reperiuntur, qui longioris morae impatientes ac disciplinae pertaesi ad maiorem operandi audaciam et violenta tentamina inclinantur, eo ipso ad communistarum potius rationem accedere dicendi sunt. His igitur ea etiam radicalis socialismi factio annumerari debet, quae duce *Bakúnin* (1814—1876), natione Russo, totum opus reconstructionis socialis non ab aliqua centralistica organizatione, sed via facti ab erectione independentium communitatum particularium („*communes*") instar communitatis parisiensis anni 1871 inchoandum esse contendit, quae dein ope confoederationis opportune ad aliquam unitatem colligi possint. Unde qui ei adhaerebant „foederalistae" vel etiam „communistae" (a voce gallica „*la commune*") appellati sunt.

Quo maiore autem externo moderamine in prosequendis ultimis suis finibus systema socialismi utitur, eo est societati perniciosius, eoque magis timendum videtur, ne per aliquod saltem temporis spatium praesens vel futura generatio temerarium eiusmodi experimentum subire cogatur. Ad augendum hoc periculum accedit, quod spiritus, quo „Status modernus" informatur et quo plenam iuris omnipotentiam affectat, immo „fons esse omnium iurium" gloriatur, socialismo iam per se affinis est; quapropter hunc sine graviore repugnantia sensim sine sensu admittere et sibi incorporare potest. Communismus contra temere omnes legales normas, quibus impediatur, contemnens, civilem ordinem

quidem ad tempus devastare, eidem vero se substituere instar novae socialis institutionis numquam potest [1].

Inde et diversa *indoles politica* utriusque sys tis gitur. *Communismus* videlicet suapte natura, si on certe nonnisi *democraticam* reipublicae formam e po quam tamen mox necessario ad anarchiam deduc Unde mi non est e sinu communismi hodie novam theor 1 prodiisse, quam „*anarchismum*" [2] vocant et quae extre toris elementa complectitur per tesseram expressa: „Nec nec dominus" (Ni dieu ni maître!). Ex adverso *socialismus*, ta de facto pariter solam democraticam formam tamquam sibi i profitetur (unde nomen vulgare „socialis-democratia"), tamen et ex natura sua etiam monarchicam formam non aspernatur, quamdiu forte haec ipsa interim opportu fines cooperare videtur. Atque ita quidem *socialismus* 1 saniore aliquo doctrinae principio, nec minus crassa impie e minore contemptu auctoritatis, sive divinae sive humanae, astuto quodam externo moderamine et politica hypoc adiunctis opportune accommodata, a *communismo* di .

140. *Alter modus* utriusque systematis mutuam relationem et habitudinem aestimandi, latius a suo conceptu communismum prae socialismo patere existimat; quare illi potius respectu huius *genericam* rationem attribuit, ut adeo omnes quidem socialistae simul communistae, non vero omnes communistae pariter socialistae

[1] In hanc rem iam ante complura decennia *G. Audisio* (Ius nat. et gent. [Romae 1852] l. 2, p. 121) ita scripsit: „Socialismus Statui sive Imperio quandam veluti omnipotentiam confert, deinde imperio utitur eiusque legibus, ut proprietatem coerceat, fatiget, ad agoniam redigat. *Imperii itaque in res hominesque omnipotentia velum est, quo tegitur et fucatur socialismus.*" . . . Is ergo „pestis est societatem facillime pervasura . . . non enim simul ac semel virus effundit, sed sensim sine sensu doctrinas, institutiones, iura socialia, civilia, politica serpente quotidie labe inficit: per quandam veluti scalam et progressionem extenditur, in cuius ultimo gradu latet communismus. Quid plura? iamdiu imperatorum sedem, iurisconsultorum et legumlatorum mentem arripuit." Contra vero „legalis vel iuridica *communismi* sanctio numquam erit societati pertimescenda; quandoque tamen erupit, iterumque forsan erumpet, sed veluti direptor et depopulator, numquam ut legislator" . . . Quippe sine ambagibus „communismus nodum secat inquiens: Deus omnia fecit communia, violentia proprietatem fecit, proprietas est latronium."

[2] Cf. v. *Dunin-Borkowski*, series articul. de anarchismo in „Stimmen aus Maria Laach" LVI (1899).

t. Et sola quidem spectata interna ratione conceptuum, ε entia fortasse logice praeferenda, cum id, quod genera- utrique nomini commune est, revera aliud non sit nisi doc- ate communistica de abroganda privata proprietate in favorem q ımque *communionis bonorum*, in qua prosequenda ac ı ıodo differunt. Spectato autem usu loquendi, qui ıue : nam et historicam in nominibus significandi lati- ı ır, non immerito angustior potius communismi quam i comprehensio dici videtur. Nunquam tamen haec ita ıda ı , ut communi „socialismi" nomine omnia qualia- comprehendi videantur, quae aliquo modo in inda- gan ı r ıdiis contra mala societatis versantur, sive per se ıti illa sunt et subversiva, sive salutaria et a praeceptis ianis deprompta. Spectata namque indole historica socia- iniuriosum Ecclesiae merito censeri deberet loqui de „socia- christiano", ut nonnullis placuit, quo is quasi verus a falso ismo distinguatur. Non sane quae sibi tam adversa toto o distant, nominis unitate socianda sunt.

## § 2. Socialismi evolutio et phases historicae[1].

141. Socialistica illa documenta, quae iam apud antiquos sive practice (ut in regimine publico Spartanorum) sive theoretice (ut in ideali republica Platonis) proposita occurrunt, remotam magis similitudinem quam veram cognationem cum recentiore socialismo prae se ferunt. Dum enim iste imprimis laboriosae et miserae classis operariorum patronum et vindicem se profitetur, illorum contra omnis idea structurae socialis communi veterum instituto servitutis veluti basi necessaria nitebatur.

Aetas dein christiana inde a saeculo XII suos reformatores communi ordini sociali infestos habuit, qui suscitatis sectis hae-

---

[1] Cf. *Thonissen*, Le socialisme depuis l'antiquité (1852). *Stein*, Der Socialismus und Communismus des heutigen Frankreichs (1842); Idem, Geschichte der socialen Bewegung in Frankreich von 1789 bis auf unsere Tage (1850). *Widmann*, Die Gesetze der socialen Bewegung (1851). *Rud. Meyer*, Emancipationskampf des vierten Standes (2 vol., 1872—1874). *Eug. Jäger*, Der moderne Socialismus (1873); Idem, Geschichte der socialen Bewegung und des Socialismus in Frankreich (vol. I 1876, vol. II 1890). *Cathrein*, Der Socialismus (continens simul succinctam historiam usque ad hanc aetatem; ed. 7 1898), opus in complures linguas translatum. *Winterer*, Der internationale Socialismus von 1885—1890 (Köln 1891).

reticis varias partes vineae christianae devastarunt, ut in
Waldenses et Albigenses. Hi omnes, utut inter se diverg
in eo tamen conveniebant, quod nonnisi religionis aliquo
suos errores spargere atque incautis fidelium animis i rere
nabantur. Nimirum antequam latius orbem christianum in
infecisset, nullo alio fortiore fulcro quam religionis unive
socialem ordinem sustineri intellegentes, ad revolutionem s
efficacius promovendam passim religionis adminiculo uti ac
veluti purioris christianae doctrinae interpretes annuntiare sol
Quos a saeculo XVI etiam Anabaptistae aliique imitati sunt. A
ita quidem communis haec ratio ordinem socialem impu
aliquatenus *socialismus pseudo-mysticus* appellari potest.

142. *Socialismus modernus* quem vulgo vocant, a revoluti
gallica exeunte saeculo XVIII exordium sumpsit ac deinc
eius ideali influxu in Gallia primum, mox etiam in al
nibus per varia theoremata et systematica tentami haec
que tempora assidue excultus est. Huius socialismi quo do
pueritiam, iuvenili ardore promptam et sinceram, cavendi
sciam et hinc minus felicem, signat agitatio aperte *comm* a,
cuius vexillum tempore revolutionis erigere ausus est .
(1764—1797), unde communismus extremus „Babouvismi" n
accepit. Sed quod is „gloriosa" revolutionis principia in o
*omnium*, etiam quarti ordinis civium, logice compl
a directorio reipublicae capite damnatus interiit, mult in m
dociles eiusdem logicae discipulos post se relinquens, qui
eam publice profitendi opportunitatem magis practicam exs c-
tarent. Hinc relicto rudiore communismo subtilior et mo
*socialismus* deinceps fere passim eius locum occupare coepit,
quidem pro subiectivo genio suorum auctorum vel iterum aliquatenus *mysticam* vel *idealisticam* vel *pure realisticam* simulque atheisticam indolem induebat.

143. In hac serie evolutionis primus nominandus est marchesius *de Saint-Simon* (1760—1825), fundator scholae socialisticae, quae ab eius nomine vulgo „Saint-Simonismus" dicta est. Eius theoria eatenus ad quendam mysticismum rediit, quod novo aliquo necessario progressu christianam religionem complere vel potius novum aliquod universalis religionis figmentum illi substituere praetendebat, quo verum regnum Dei cum pacifica communi hominum prosperitate iam in vita praesenti erigeretur. Legem

ınam caritatis ad hoc quidem per se praeparatoriam, sed insufficientem fuisse, quae sublato infelici hominum inter gonismo ad illum felicissimum finem revera conduceret. ıd id ipsum denique effective complendum Saint-Simon sibi spe- n superorum missionem attribuebat. Ab oeconomia nationali nporis novum liberalismi dogma universo deinceps socia- ı fundamentale didicerat: *a solo labore tamquam proprio et fonte omnem rerum valorem ac proin universas nationum di s derivari.* Unde conclusit, productivo labori et laborum iae principem in societate locum deberi, cui simul artes et ı ntiae cooperentur oporteat; ideo et operariorum classem ı ı, ut hactenus, infimam, sed supremam civium classem aesti- n esse. In exercenda et iugiter promovenda „industria" p ıtantissimum quoque suae „religionis" cultum consistere voluit. Ex universali *organizatione laboris socialis* sub regimine paterno cuiusdam quasi sacerdotalis hierarchiae verum regnum Dei cum universali hominum fraternitate oriturum docuit, quo homines pauperrimi ad feliciorem sortem reducti ad Deum quoque iterum propius accedant. Ceterum Saint-Simon privatum dominium non directe impugnasse, sed saltem ut fructum legitimum laboris admisisse videtur, quamquam alias omne bonum quodammodo ecclesiasticum esse dixit, i. e. in usum totius societatis (regni Dei) destinatum [1]. Tandem iam senescens per reales eventus se in suis idealibus somniis illusum et spe frustratum videns, attentato (absque mortifero effectu) suicidio eodem tamen anno 25 saeculi XIX decessit.

Huius theoremata complures post ipsum discipuli, quos inter praecipui *Bazard* et *Enfantin,* partim libellis periodicis partim verbo, per Galliam propagarunt suisque practicis commentariis haud modice auxerunt. *Bazard* inaequalitatem, quae praesenti ordini privatorum dominiorum perpetuo inhaereat, ad iustam aequalitatem paulatim reduci postulat, idque abrogando ius privatum hereditatis et universalem heredem declarando totam rempublicam seu eius regimen „hierarchicum", ea condicione, ut bona

[1] Fructus suorum studiorum varios vario tempore separatis compluribus scriptis exposuit. E quorum numero haec tantum hic nominari sufficiat: Réorganisation de la société européenne (1814); L'organisateur (1819); Du système industriel (1821); Catéchisme des industriels (1823 et 1824); Opinions littéraires, philosophiques et industrielles (1825); Le nouveau christianisme (1825).

inde confluentia in cives pro ratione meriti distribuat. *En*/ nullum alium legitimum titulum privatae possessionis admitt nisi impensum laborem, quare iniustum esse docet ditescere et reditibus absque ullo labore acquisitis. Interim nova r a magistro suo inventa paulatim ad vulgarem pantheismu tandem, duce imprimis Enfantin, ad philosophiam emanci carnis evoluta est. Atque ita schola „Saint-Simonismi" ı annum 30 saeculi XIX partim per gubernium suppr internis dissidiis et scandalis exstincta desiit.

**144.** Interim *Charles Fourier* (1772—1837) aliud sibi pro systema socialismi excogitavit[1] et similiter scholam (le F risme) eatenus fundavit, quod post obitum magis q ı ı complures sectatores nactus est, qui efficaci agitatione acceptam latius excolerent. Fourier, philosophiae u vestigiis inhaerens, pariter a nova aliqua *organizatione laboris* munem futuram prosperitatem populorum exspectabat. Ipse que non tam privatum dominium quam individualem bo productionem et administrationem abolere cupiebat. Ad finem proposuit associationes familiarum in maiores commun oeconomicas, bina tamen circiter millia personarum non exce („phalanges"), quae in communi et spatioso aedificio („pl stere") cohabitarent, terrae fundum aliquot millenorum pa quadratorum sibi assignatum habentes. In qualibet ei „phalange" et agriculturam et opificia varia pro singulo genio et facultate vel subiectiva inclinatione, nec non rales et scientias, sub directione alicuius praepositi („ socialiter exerceri, commune autem lucrum secundum tri e mentum productivae cooperationis dividi voluit, ita ut $^4/_{12}$ so pitali, $^5/_{12}$ labori, $^3/_{12}$ ingenio attribuerentur. Statuit praeter complures „phalanges" formarent aliquam „seriem", series indefinite per orbem multiplicatae organice denique colli sub regimen alicuius *„omniarque"* (!), cuius residentia f stantinopolim praedixit; et alia similia, quae miram poti i tionis fertilitatem quam integram cerebri sanitatem

[1] Inter eius scripta prae ceteris nominanda sunt: Thé mouvements et des destinées générales (1808); Traité d agricole (2 vol., 1822); idem opus editum secundo 1841 de l'unité universelle; Le nouveau monde industriel et s e (1 „Oeuvres complètes" paruerunt Parisiis 1840—1846, 6 to

- „Fourierismum“ deinceps quarto et quinto decennio saeculi IX complures illius discipuli magno studio nec sine successu ıt, inter quos imprimis nominandus est *Victor Considé-* (1808—1893)[1]. A suo magistro tamen non tam singula momenta quam totius doctrinae nucleum socialisticum extractum sibi assumpserunt, et per nonnulla organa perio- ut „Le nouveau monde“, „La phalange“ (1836), „La démo- ra pacifique“ (1843) etc., assidue divulgari curarunt. Interim tam omnes conatus eiusmodi exemplares colonias (phalanges) practice fundandi prorsus irriti manserunt.

Simili modo in *Anglia Rob. Owen* (1771—1858), qui non t Fourieri socialismum quam idealem quendam communismum ebatur, suis sumptibus varia tum in Scotia tum in Anglia tum in America experimenta associationis communisticae suscepit, ı ıue ullo stabili successu. Nihilominus compluribus scriptis systema commendare usque versus medium fere saeculum XIX non destitit. Non feliciorem successum *E. Cabet,* eius imitator Gallus, in sua colonia americana obtinuit.

145. Motui socialistico in Gallia novum impulsum attulerunt: *Louis Blanc* (1811—1882) proclamando *ius connatum omnis hominis ad laborem,* quo sustentetur; unde sponte sequi videbatur tamquam necessarium postulatum publica seu *nationalis organizatio* universi laboris productivi[2]. *Pierre Leroux* (1797—1871), initio Saint-Simonismo addictus, postea sua propria inventa secutus ad socialismum commendandum imprimis urgebat *„dogma aequalitatis“;* inter alia etiam argumenta a religione mosaica et christiana apparenter petita non respuit[3]. *Pierre Joseph Proudhon* (1809—1865), non minus quodam doctrinae apparatu quam verbo ad incendendos animos accommodato pollens, non tam socialismum positive ex-

---

[1] Scripsit inter multa alia: Destinée sociale, exposition élémentaire complète de la théorie sociétaire (3 tomi, 1835—1845): Exposition abrégée du système phalanstérien de Fourier (1845); Principes du socialisme (1847); Théorie du droit de propriété et du droit au travail (1848); L'apocalypse, ou La prochaine rénovation démocratique et sociale de l'Europe (1849).

[2] Edidit: Organisation du travail (1841), opus multis deinceps editionibus divulgatum; Histoire de dix ans, 1830—1840 (5 vol., 1841—1844), etc.

[3] Scripsit: De l'égalité (1838); De l'humanité, de son principe et de son avenir (2 vol., 1840; ed. 2 1845). — Praeter duas ephemerides, quas post annum 1846 fundavit („L'Eclaireur“ et „Revue sociale“), complura minora edidit scripta socialistica sub annum 1848.

[illegible] negative sociales institutiones impugnavit, „proprie-[illegible] esse" declarans[1].

[illegible] eadem doctrinae e Gallia in omnes fere Europae [illegible] propagatae sunt, eoque fertilior generatim illis [illegible] quo magis in aliqua regione instituta modernae [illegible] stabili agricultura florebant.

[illegible] Germania a medio fere saeculo XIX, non sine influxu, [illegible] praeeuntis in Gallia Proudhon, socialismus ope „scien-[illegible] indagationis fulciri ac fundari coepit, qui propterea socia-[illegible] scientificus" („wissenschaftlicher Socialismus") appellari [illegible]. Huius *primus* quodammodo dux et magister merito [illegible]

[illegible] *Rodbertus* (1805—1875), qui multis elucubrationibus [illegible] epistolari editis per modum logicae deductionis ex prin-[illegible] per „scientiam" ratis suam theoriam socialisticam veluti [illegible] necessariam demonstrare conatur. Ad hoc autem [illegible] utitur pseudo-principio illo per *Ad. Smith* in oeconomiam [illegible] invecto, quo „omnia bona realia oeconomice *solius* [illegible] productum aestimari debeant neque pluris constent quam [illegible]". Itaque societatem *paulatim* ita transformandam esse [illegible] ut nullum aliud proprium rerum dominium subsistat [illegible] dominium ex merito vel fructu laboris.

Primarius tamen eiusdem scholae fundator et doctor a s[illegible] celebratur *Carolus Marx* (1818—1883)[2], Treviris ex familia [illegible] iudaica ortus. Eius imprimis opera anno 1846 Londinum [illegible] convocato frequenti coetu operariorum ex diversis nationibus, *„associatio internationalis operariorum"* primum quidem decreta et praeparata, dein 1866 secundum eius ideam realiter erecta est, accipiens statuta ab ipso elaborata. Eandem ipse quoque mediante „consilio generali" usque ad annum 1872 dirigebat, Londini residens, quo iam circa annum 1849 ex diversis aliis regionibus qua agitator expulsus confugerat. *Finis* huius associationis (vulgo

[1] Scripsit: Qu'est-ce que la propriété? (1840); Système des contradictions économiques ou Philosophie de la misère (2 vol., 1846). Saepius editum. (Opera omnia collecta, 33 vol., Parisiis 1868—1876.)

[2] Ex compluribus eius scriptis hic nominari interest: Zur Kritik der politischen Oekonomie (1859); maxime autem eius opus „Das Kapital" (t. I 1867, ed. 4 1890; t. II 1883, editore *Fr. Engels*, qui eidem theoriae inhaerens scripsit: Die Entwicklung des Socialismus von der Utopie zur Wissenschaft, ed. 4 1891).

ɜrnationale" — „die Internationale") congruit iisdem ideis, ille anno 1848 simul cum suo amico et individuo coopera- *Fr. Engels* (1820—1895) per edictum publicum (cui nomen mmunistische Manifest") late vulgaverat, instanter evocans ubique terrarum „proletarios", ut se consocient („Proleta- aller Länder vereinigt euch!") — eo scilicet fine, ut organice ɜ studiis et viribus paulatim praevalentem publicum influxum ıque politicam potestatem potiti arrogantiam classis in socie- dominantis („Bourgeoisie") et imperium „capitalismi" con- fri ınt, atque ita classi operariorum oeconomicam emancipa- ɜm vindicent. Eandem indolem etiam „statuta" associationis prae se ferunt. Itaque politicas etiam operationes ad supremum hunc finem socialem Marx eatenus excludi noluit, quatenus eidem ut media subordinarentur. Ad rite stabiliendam et evolvendam associationem complures celebrati sunt „internationales congressus", primus quidem Genevae anno 1866, ubi „statuta" approbata sunt, alii deinceps: Lausannae 1867, Bruxellis 1868, Basileae 1869, Haagae in Hollandia 1872. Bruxellis aliquo decreto in favorem tendentiae materialisticae omnis religiosa auctoritas repudiata est, Basileae vero ius societatis proclamatum faciendi „collectivum" seu commune omne dominium fundorum. Sed iam Haagae apparuit tam potens interna oppositio contra „dictaturam" generalis consilii sub directione Marxii, ut magna pars sociorum, duce *Bakúnin* (v. n. 139), rupta unitate discederet, praeferens *liberarum* communitatum localium *confoederationem* paucorum dictaturae, i. e. *centrali directioni* totius internationalis associationis operariorum. Iidem vero simul impatientes morae politicae praeparatoriae, quam Marx postulabat, ardebant desiderio quam primum cunctas politicas institutiones aperta revolutione et violento turbine destruendi. Quo dissidio factum est, ut iam 1873 dissoluto „concilio generali" ipsa „internationalis associatio" qua talis formaliter exsistere cessaret, quamquam materialiter in sua tendentia et servatis internationalibus relationibus perdurabat [1].

147. Interim in Germania potissimum democratia socialistica magis magisque secundum ideas et disciplinam Marxii organizata

[1] Cf. *Testut*, L'Internationale (1871). *Pachtler*, Die internationale Arbeiterverbindung (1871). *Iäger*, Der moderne Socialismus (1873). *L. Favre*, Histoire de l'Internationale et du socialisme (2 vol., Paris. 1879). *Cathrein* in „Kirchenlexikon" (Friburgi, Herder) t. VI, art. „Internationale".

est, et paulatim variis divergentibus sectionibus ad prac unitatem conciliatis, assidue utens cunctis civium libertatib stitutionalibus, id brevi assecuta est, ut inter potentio politicas imperii suum locum occupet.

Inter sectatores et validiores propagatores Marxiani s matis in Germania hactenus eminuerunt:

*Ferd. Lassalle* (1825—1864), similiter originis iudaicae, demicis studiis et Hegelii philosophia non mediocriter ti maxime autem ingenio acri et ad omnem demagogicam tionem singulariter accommodato. Postquam sub annum 1848 cum Marxio et aliis radicalismum politicum verbo et scri fessus propter seditiose dicta identidem in iudicium vocat demum ad commovendos sociali agitatione operarios se conve eo successu, ut eius opera generalis associatio operariorum manica („der allgemeine deutsche Arbeiterverein") Lipsiis se c stitueret (1863), cuius praesidium et directionem ipse susc interim agitationem partim politicam partim socialisticam li volantibus prope innumeris continuans. Sed iam anno 1864 d interiit. Lassalli agitatio et ab eo fundata societas ope eatenus ab ideis Marxii deviabat, quod mere *nationalem* et scopum prae se ferebat. Quapropter *Bebel* et *Liebknecht* al socialismi *internationalis* (ex mente Marxii) in Germania ac duces illam acriter impugnabant, donec in congressu G habito (1875) communi acceptato programmate lis in favo Marxii composita et partium unitas restituta est, cui unum nomen „democratiae socialis" (Socialdemokratie) vulgo r

Suprema huius intellectualis et directiva auctoritas Marxio (1883) penes *Fr. Engels*, eius amicum, sin minus o certe re et facto usque ad eius mortem (1895) permansit. N obstante hac generali consociatione etiamnunc tamen in Germania universa „democratia socialis" tripartitam quasi unitatem prae se fert. Triplex namque in ea circa practicam operandi methodum opinio socios ceterum iisdem principiis adhaerentes in *tres* quodammodo classes dividit, quarum *prima* quasi extremam sinistram, *altera* extremam dexteram, *tertia* mediam occupat. *Illa*, quae „pars iuniorum" („die Jungen") vulgo dicitur, praeeuntibus Werner, Auerbach etc., morae politicae impatiens pro *radicali* progressu ardet; *altera* moderata, duce *Vollmar*, instar partis politicae legislationi cooperando paulatim quae operariorum intersunt prosequi vult, captando per partes poli-

ım opportunitatem ad illos denique perfecte emancipandos; , sub directione *Bebel, Liebknecht, Singer,* numero et in- luxu praevalens, *utrique* alteri moderamen imponit, quatenus pro ore intempestivam audaciam et velleitates anarchicas reprobat, n de influxu politico exercendo Vollmaro consentit, sed ea m condicione, ut ille, spretis partialibus et temporaneis emo- ıentis operariorum, unice ad *supremum* finem socialismi diri- ır, qui est *praesentis ordinis socialis abolitio.* Et hanc quidem actione definitive perficiendam fore declarat, quam primum ,' ›cratia socialis", numero et subsidiis iugiter crescens, ad p ralentem in societate politicam potentiam pervenerit, quod em, ut gloriantur, intra paucorum annorum spatium (?) sperari liceat.

148. Similis fere socialismi organizatio ex aliquo tempore non solum apud alias Europae nationes, imprimis in Austria, Gallia, Belgio, Hollandia, Dania, verum etiam in America septentrionali radices agere et notabiliter dilatari coepit. Et generatim quidem socialismus scholae Marxianae, qui vulgo *„collectivismus"* audit, inter ceteras ei cognatas formas tam numero quam publico influxu primarias partes tenere videtur. Ita in Gallia sectio socialistarum, qui „possibilistae" dicuntur, politicum opportunismum et practicam moderationem, similiter ac Vollmar in Germania, profitentes, „collectivismi" progressum efficaciter retardare nequeunt.

Negari igitur non potest eundem „collectivismum", i. e. socialismum fundamentalibus Marxii principiis informatum, hodie prae omni alia forma sive communismi sive socialismi praesenti ordini sociali et privatorum dominiorum instituto gravissimum et vix non imminens periculum parare. Praeter arrogatam namque *„scientiae"* opinionem, qua gloriatur et incautos animos seducit, amplissima systematis propagatio et internationalis diffusio vires illi aggressivas etiam externas in immensum auget.

## § 3. De novissima forma socialismi in specie notanda[1].

149. Haec licet non ubique plane eodem modo se prodat, sed multipliciter tam ingenio populorum quam politicis institutionibus

[1] Specialem et completam huius descriptionem, ex fontibus haustam, habes apud *Cathrein* in eiusdem celebri monographia „Der Socialismus" intra paucos

externe se accommodare cogatur, id tamen, ut diximus, commune habet, ut cum theoria Marxii obiective arctissime cohaereat. Ex hac autem cognatione haec fere momenta eius generalem indo constituunt.

A. **Fundamentalia illius principia philosophica.**

**150.** I. *Historiam* generis humani concipiendam esse do ; t quam *processum evolutionis mere materialisticum* („materiali Geschichtsauffassung"). Ita cum Marxio et Engels ceteri d Ab Hegelio didicerant perpetuam mundi evolutionem pantheisti hanc vero in plane *materialisticam* converterunt, in qua nihil per se necessarium et immutabile, nil stabile et absolutum, veritas quidem absoluta, sed cuncta in perpetuo fluxu ab ad interitum. Negatur igitur non solum divina providentia res humanas, sed et exsistentia Dei, vera spiritualitas et in talitas animae, effectus vero et actus, qui spirituales dicunt materialibus demum causis derivantur. Et in specie quidem *socialem* in quavis periodo historica non ab ideis philo phi sed a rationibus et realibus condicionibus *oeconomicis* d nari, a modo scilicet, quo rerum copiae *producantur* et ad inter homines *distribuantur*.

Eo autem perniciosior haec doctrina esse intellegitur, quod cum recenti philosophia a Darwino et Spencero invecta atque late per orbem propagata et theoretice et practice coincidit, et ideo communi „evolutionismi" nomine appellatur. Quemadmodum haec theoria, quae cum universo „positivismo" solius verae et „exactae scientiae" opinione gloriatur, contemptis metaphysicis notionibus ipsa fundamenta rationalis certitudinis destruit, ita in suis consequentiis quendam idealem nihilismum inducit non solum in religionem et ethicam, verum et in universum iuris ordinem, quo tota humana societas nititur. Haec omnia enim secundum Marxium, determinantibus causis materialibus, in perpetuo processu evolutionis versantur [1].

---

annos septies edita et in complures linguas translata. Propterea nonnulla ex illa deprompta rerum momenta, quantum ad propositum huius paragraphi pertinere videntur, hic per modum compendii referre liceat.

[1] Cf. *v. Hertling*, Naturrecht und Socialpolitik (1893) c. 4, p. 10: „Nicht nur das Recht, sondern auch Sitte und Religion sind nach Karl Marx nur das letzte Ergebniss, gleichsam der ideale Niederschlag der jeweils erreichten Stufe der wirtschaftlichen Entwicklung. Sie müssen sich ändern mit der Aenderung

II. *Perfecta iurium aequalitas omnium hominum.* Cuius lex interpretatio exstat, altera *extrema* altera *moderata.* Ex- a *absolutam* intellegit aequalitatem politicam et socialem, lia iura et officia omnium, nullo admisso discrimine sexus originis; immo „aequalitatem condicionum exsistentiae pro bus" („Gleichheit der Existenzbedingungen für alle") po- t (!). Ita fere, theoretice saltem, *Bebel* et *Liebknecht.* Altera *leratior* sententia *(Marx* et *Engels)* nomine „aequalitatis iu- ' proxime comprehendit tantum *negationem distinctionis va- classium socialium* (Klassenunterschiede); omnes censendos *operarios* ea *aequali* condicione, ut singuli *pro mensura sui is* iure participent de bono communi collective producto. C ı autem ulteriorem exaggerationem aequalitatis necessario ad a ırda ducere fatentur.

152. III. *Finis idealis supremus vitae hominis et humanae societatis* consequenter totus ad cooperationem oeconomicam et materialiter *productivam* eique proportionatam fruitionem reducitur. Atque ita quae suapte natura ad altiores et nobiliores hominis fines rationem mediorum habent, ipsa tamquam *fines per se* proponuntur. Unde

153. IV. Idem socialismus non solum explicita suorum auctorum *professione,* sed interna quoque indole *hostilem oppositionem* contra *omnem* religionem tam positivam quam naturalem involvit. Qua in re ipse *Mazzini* (1805—1872), revolutionis politicae et socialis notissimus agitator, sapientior apparet, quippe qui aliquando similium conspiratorum conventum omni religioni infestum serio commonuisse dicitur, atheismum suapte natura numquam fore sociale principium, neque ullam in eo hominum societatem fundari posse. Quod autem in publicis edictis socialistarum, multis iam contradicentibus, per affectatam tolerantiam legitur „religionem esse inter socios rem privatam", meram hypocrisin esse ad finem propagationis inventam, quotidie factis comprobatur.

### B. Socialistica documenta ab oeconomia sociali quaesita.

154. Universi socialismi, eius imprimis qui „scientifica methodo" gloriatur, plurimum interest, ut certis, si fieri possit, argumentis

der Productionsweise; und so wird auch die mit der Sicherheit eines Naturprocesses fortschreitende Entwicklung dieser letztern mit Naturnothwendigkeit zu einer Umgestaltung der heute herrschenden Gesellschaftsordnung und des heute geltenden Rechtes hinführen." Cf. *H. Pesch* l. c. P. I, 215 sqq.

demonstretur, *ordinem oeconomico-socialem* hucusque vig
*natura sua* (non solum per accidentalem *abusum,* cui
servato eodem ordine parari possit) esse *iniustum* et
fontem intolerabilis miseriae socialis, et ideo *ex toto* str
Insanabile autem illius malum *necessario privatae s „c*
*listicae"* quam vulgo vocant *productioni rerum* inh e, i
huic omnino *productionem collective-socialem* esse bstitu
Ad hoc demonstrandum successive *duplex* potissimum funda
theoreticum invocarunt:

155. *Primum* est, quo *Lassalle* potissimum ad commovendos operarios utebatur, et quod diu deinceps in ore suorum instar tesserae erat assueto illi stilo lapidari expressum: *„lex aenea mercedis"* (das eherne Lohngesetz — la loi d'airain). Quod dictum mente Lassalli haec fere per compendium significat: In praesente ordine oeconomico-sociali, i. e. quamdiu divitum classis ad complenda opera productiva et sibi frugifera necessarium laborem manuum a pauperibus, a classe operariorum *pretio emat, invicta rerum necessitate* (lege aenea oeconomica) evenire, ut horum merces seu pretium pro vendito labore numquam diu nec notabiliter discedere possit a limite absolute necessarii ad vivendum et se propagandum. Semper enim magnitudinem huius pretii pendere tum ab actuali indigentia emptoris tum a frequentia manuum, quae venalem offerunt laborem (Angebot und Nachfrage — offre et demande). Utrumque autem hoc momentum ex natura rei et spectato emolumento patronorum eiusmodi esse, quod numquam pretium vel supra illum limitem multum et diutius augeri vel similiter infra eundem deprimi permittat. Notabile namque augmentum mercedis sequeretur maior affluxus operariorum et hunc iterum mercedis reductio; depressa vero mercede infra id, quod operario ad vivendum cum suis necessarium sit, mox numerus idoneorum operariorum vel emigratione dilaberetur vel miseria deficeret. Itaque „lege aenea" classem operariorum in hoc misero statu perpetuo teneri. — At vero, tametsi haec ad fovendam caecam invidiam multitudinis in vitae statu minus prospero degentis et ad destruendam animi pacem innumerorum hominum, qui antea paucis contenti haud infeliciter vivebant, socialisticae agitationi mirifice inservirent, nullatenus tamen probabant dominia privata in favorem collectivismi esse abolenda. Quidquid enim aliquando contra naturalem iustitiam vel aequi-

n per dominorum avaritiam et superbiam in operarios auxilio
tutos peccetur, non ex natura rerum aut „lege aenea mercedis“,
sed ex nefario abusu contractuum et legis christianae contemptu
e , maxime ex quo „liberalis“ individualismus in oeconomiam
sc lem effrenatam libertatem et cum ea inaequalem concerta-
n lucrandi ac ditescendi inter potentes et debiles induxit.
His autem malis sufficiens remedium parari per vigilantiam pu-
m et vere socialem legislationem potest ac debet, quin opus
sit socialistarum consilio. Id ipsum paulatim istis quoque adeo
it, ut iam plerique cum Marxio in ratione Lassalli a „lege
mercedis“ petita non amplius insistant.

*Alterum* fundamentum theoreticum ac proprie „scientificum“,
gloriantur, a *Marxio* inventum et ab universo fere praesenti
ismo veluti commune principium „scientiae oeconomicae“
1 ptum est. Marxius quippe ante omnia „capitalismum“ ex-
are suscipit, asserens *omne aes privatum productivum (Ka-
l) constare et crescere natura sua valore laboris per illius
po ores operariis ablato et sibi gratis assumpto* [1].

157. Ad hoc probandum Marxius sua de *rerum valore* theoria (Werththeorie) utitur, quam partim *ex principiis liberalis oeconomismi,* ab huius ducibus *Ad. Smith* et *Dav. Ricardo* pridem propositis, didicerat. Nimirum postquam (recte quidem et in hac re veteribus consentiens) *duplicem* mercium valorem distinxit, alterum *usualem* (Gebrauchswerth) alterum *commutativum* (Tauschwerth), docet *usualem* quidem valorem totum constare in rei utilitate seu aptitudine satisfaciendi vitae humanae necessitatibus et indigentiis, ideoque in eius proprietatibus physicis et chemicis fundari; volorem autem *commutativum* sola constare relatione, qua merces diversi generis inter se commutari possint, itaque harum usualem valorem quidem supponere, ab eo tamen interne et per se independentem esse. Porro contendit istius variabilis relationis unicum fundamentum et hinc *unicum fontem valoris commutativi esse laborem* rei producendae impensum et cum eius substantia quodammodo concretum; adeo ut duae merces, utcumque natura diversae, si eandem quantitatem laboris contineant, eundem valorem commutativum repraesentent.

158. Hoc praemisso generali fundamento Marxius insuper *suam* novam adstruere conatur theoriam de lucro seu *valore quaestuoso,*

[1] „Das Kapital“ (ed. 4) p. 726.

quem vocat „Mehrwerth“ (plus-valoris). Ad hunc finem subiicit *naturam contractus,* quo pecuniarum possessor („Kapi sibi conducit operarios. Fieri hoc, ait, ope emptionis et ditionis; at vero *obiectum* verum huius emptionis non esse diur laborem operarii, ut hactenus falso putatum sit, sed ipsam *laborandi facultatem* (Arbeitskraft). Quippe in praesente o sociali media productionis quasi ad „monopolium“ pertinere classis, nempe divitum (capitalistarum); ideo laborandi fac instar *mercis* aestimari, quam operarius, nisi fame perire pretio vendere cogatur. Huius autem, sicut aliarum mer duplicem valorem distinguendum esse, alterum *usualem* al *commutativum.* Valorem commutativum facultatis laborandi stare ea quantitate personalis laboris (oneris), i. e. iis e quotidianis, quae necessariae sunt ad illam in suo vigore tandam et conservandam. Pro hoc igitur *solo* valore ab hanc mercem emant, ut iustitiae commutativae satisfiat, valens pretium solvi. At vero facultas laborandi *usualem* qu valorem habet eumque emptori quam maxime appetibilem, tamen cum usualis tantum sit (secundum theoriam valo p dictam), pretium mercis in commutatione non determinat, s emptori gratis per concomitantiam accedit. Est nempe is cultas productiva, et postquam ab operario vendita est, fruct domino suo, i. e. emptori. Huic igitur fit per laboris proc ut Marxius ait, *„fons valorum et plus valoris gignit, qu habet“* (Mehrwerth), et id ipsum est *„valor usualis spec mercis“,* quem possessor alieno labore et sumptu operariorum „civiliter iuste“ sibi lucratur et sic suas pecunias productivas iugiter auget. — Quae nova „scientiae“ effata infra examinanda erunt.

159. Quorsum haec omnia doctrinae capita spectent, satis apparet. Et vero Marxius, postquam eadem per varia insuper adiuncta illustravit, non moratur eam inde *conclusionem* ducere, quam a principio intendit, nimirum: eam esse condicionem praesentis ordinis socialis vi „capitalistici“ monopolii mediorum productionis, ut *non possit non oriri et iugiter augeri „capitalistica accumulatio“ per continuam expropriationem operariorum, idque haud improbante „iustitia civili“.*

Cui conclusioni mox aliam subiungit, quam legibus historiae ineluctabilem esse existimat, scilicet: ex praesenti ordine producendi *„capitalistico“* non posse non sequi demum ordinem pro-

li *socialisticum*. Quo magis enim per illius processum ex-
i numero crescant, eo certius denique eventuram rerum
e nem, qua vice versa „usurpatores" in favorem eorum,
ab iis expropriati fuerint, pariter exproprientur.

C. **Idea novi ordinis oeconomico-socialis, quem socialismus proxime postulat.**

. Hanc ideam apud Marxium variis in locis per partes de-
am reperimus, prout ea ipsius menti primum obversabatur,
eius auctoritate late inter socios probata et recepta est.
illa per haec fere capita enuntiari:

1. *On* ı *media productionis in communem transeunt pos-*
*t societatis democratice constitutae.* Ad hunc finem
nec est *expropriatio* actualium possessorum („usurpatorum")
v ;u democratico facta. — Hoc modo novissimus iste so-
ous differt a vetere vulgari communismo, qui nullo facto
imine *cuncta* bona externa sive negative sive positive com-
esse volebat.

2. *Eorundem mediorum usus et applicatio ad producendum fit „socialiter"* (gesellschaftlich), cooperantibus operariis liberis (!), i. e. ope organizationis publicae laboris servata indole democratica.

3. Fructus realis huius laboris erit *commune sociale productum.* Huius aliqua pars a societate retinetur tamquam medium novae productionis; altera pars, fruitioni destinata, *distributione* refunditur in operarios tamquam *proprietas privata,* titulo *laboris* acquisita.

4. *Modus distribuendi* commune sociale productum in societate socialistice transformata per gradus tantum aliquos successivos versus idealem rationem aequalitatis ascendere poterit. Ideo Marxius pro hac re duplicem periodum futurae societatis transformatae distinguit:

a) In *prima* periodo, quae transitum a societate „capitalistica" immediate sequitur, singuli „producentes", quales sunt operarii, ex communi copia usualium bonorum eam quantitatem recipiunt, quae aequivalere aestimatur labori a se praestito secundum mensuram temporis impensi, dierum et horarum cuiusque diei. Itaque unusquisque fere secundum legem commutationis a societate tantum recipit, quantum illi in alia specie dedit. Manebit igitur in fruitione bonorum communium fere eadem *inaequalitas,* quae in quantitate laboris productivi necessario oritur ex dotibus et facul-

tatibus producentium naturaliter inaequalibus. Attamen, qu *una* manet classis operariorum („producentium"), *civilia* variarum classium privilegia excluduntur.

b) In *altera* periodo, quae iam *altiorem* phasin et pu pristina traditione „capitalistica" solutam supponit, angustior *iuris commutativi relatio* inter individuos operarios et communita cessabit; deinceps enim particularium laborum *individualitas* eorum indolem et destinationem *immediate socialem* qu bebitur, simul autem socialis culturae progressu divitiae qu sociales abundantius affluent (?). Et tum quidem omnes *aequaliter* producto laborum communi fruentur, quatenus si de eo participant, quantum indigent (!). Ita denique, ut r putat, „societas suis vexillis hanc tesseram inscribere po *„Quisque secundum facultatem, cuique secundum indigentiam."*

Quibus expositis, ne quid integritatis huic descriptioni desit, remanet, ut paucis insuper forma quaedam socialismi obiective diminuti nuper inventa signetur, nempe

D. Socialismus agrarius.

161. A communi socialismi systemate haec forma eo potissimum differt, quod non omnia qualiacumque bona *productiva,* sed *immobilia* tantum, scilicet terrae fundos iisque immobiliter conexa, a privata proprietate exempta et toti nationi collective propria esse vult, unde eius asseclae vulgo „socialistae agrarii" audiunt. Moderatior haec socialismi acceptio primum quidem in America, duce potissimum *Henry George,* commendata et latius propagata, mox deinde etiam in Germania et Austria suos patronos nacta est. Ceterum quatenus illa a communi socialistico principio haud divergit, sed eidem tantum secundum plus et minus aliquem respectum opportunitatis admiscet, in sequente capite simul cum universo socialismo *ratione falsi fundamentalis principii* pariter refutabitur.

## Caput II.

### Ius dominii privati qua inviolabilis institutio socialis thetice et critice adstruitur.

Prologus.

162. Huius institutionis contra socialem radicalismum causam agendi duae aperiuntur viae. *Altera* a refutandis primum singulis

bus adversis ad positive denique asserenda et stabilienda doctrinae capita procedit; *altera* vero priusquam ad enodandas ulas quae moventur difficultates descendat, ordine inverso num ea rationum momenta aliunde certa praefigit, quibus i ae menti tota haec causa in antecessum iam praeiudicata et quorum praelucente lumine pleraque adversarum ra- m figmenta quantumvis speciosa aut sponte omni robore exuta evanescunt aut certe longe facilius et efficacius refutantur. Hanc igitur alteram potius viam, tum quod brevior et lucidior rei quae agitur naturae ac dignitati magis accommodata videtur, in hac disputatione ineundam duximus.

## Articulus 1.

*Rationes, quibus ius dominii privati invicte praeiudicatur.*

### § 1. Ratio oeconomico-socialis[1].

163. Seposita interim iuris quaestione novisse interest, utrum aliqua intuitu societatis humanae convenientia privatorum dominiorum aut etiam necessitas, et qualis commonstrari queat? — Qua de re non dubitamus statuere:

**Thesis XXV. Privata rerum dominia pro praesenti saltem naturae humanae statu generatim loquendo necessaria sunt.**

Praenotanda. Assertio fundatur in consideratione status moralis generis humani, qualis de facto et historice constanti experientiae subiicitur. Itaque alteram magis speculativam quaestionem dirimere hic non intendimus, utrum scilicet spectata natura humana „pura“ *seclusis effectibus peccati* eadem conclusio valeret? — quod quidem si non tam universim de qualicumque dominiorum genere quam de historica huius institutionis *extensione* et *forma* intellegitur, merito negandum videtur[2]. — In thesi dicitur „generatim loquendo“, quia in particulari aliqua selecta societate ac certis suppositis personarum condicionibus non omnis exceptio excluditur.

---

[1] De eadem ratione cf. *Ratzinger*, Die Volkswirtschaft in ihren sittlichen Grundlagen, cap. 3: „Eigenthum und Communismus“, p. 100: „Das Privateigenthum ist eine wirtschaftliche Nothwendigkeit“.

[2] Cf. *Suarez*, De opere sex dierum lib. 5, c. 7, n. 18. *Lessius* l. c. lib. 2, c. 5, dub. 2.

**164. Probatur I.** Sublatis dominiis privatis duplex tantum
pothesis relinquitur *communionis bonorum: aut* enim ita om
communes erunt, ut quoad curam et usum uniuscuiusque b
permittantur (communio bonorum negativa), *aut* ita erunt p
omnium communes, ut *collective* a tota societate seu a
populis in unitatem socialem coniunctis possideantur, ut p
potestas publica eas tamquam bonum commune seu natio
ministret, per designatos locales magistratus singulis cu
laboris, similiter autem et fructuum partem usumque sec
proportionem tum necessitatis tum aequalitatis vel q
distribuens (communio bonorum positiva). Atqui s a
humani generis condicione nihil horum sine publicae
discrimine admitti potest. Ergo . . .

Prob. min. ad 1. In prima hypothesi duo mala socialia insanabilia evenirent:

a) Res communes incultae plerumque manerent, nec proinde illum usum eosque fructus concederent, qui vel ad ipsam *vitam* sustentandam, multo minus qui ad civilem generis humani *perfectionem* promovendam necessarii sunt. Homines enim generatim ita comparati sunt, ut facile neglegant communia, curent autem maxime propria[1], fugiant labores, praesertim humiles et graves, quales exigunt agricultura et operationes mechanicae, sectentur vero cupidissime fruitiones, otium et dignitates.

b) Socialis vita reduceretur ad statum belli omnium contra omnes, quia plerumque complures concurrerent ad eandem rem occupandam, et quidem sine omni spe iustae aequalitatis; nam potentiores omnia sibi placita raperent. Quod si etiam nunc, ubi possidendi cupiditas certo ordini astringitur, meum et tuum innumeris contentionibus ansam praebet, quid fieret, si arripiendi cuncta, quae quisque assequi posset, plena libertas concederetur? Huic certe incommodo, quamvis per hominum pravitatem illud omnino vitari non possit, magna tamen ex parte per stabilem rerum proprietatem occurritur[2]. Immo etiam ratione *exercitii*

[1] Ita iam *Aristoteles* (Polit. l. 2, c. 3, ed. *B.* 1261 b. 33): *ἥκιστα γὰρ ἐπιμελείας τυγχάνει τὸ πλείστων κοινόν· τῶν γὰρ ἰδίων μάλιστα φροντίζουσιν, τῶν δὲ κοινῶν ἧττον, ἢ ὅσον ἑκάστῳ ἐπιβάλλει.*

[2] De toto hoc argumento cf. *Aristot.* l. c. c. 2—5; *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 66, a. 2. Postquam docuit s. Doctor, „licitum esse, quod homo propria possideat", ita pergit: „Est etiam *necessarium ad humanam vitam* propter *tria:*

issimarum *virtutum* privatam bonorum possessionem prae eorum munione commendat Aristoteles, dummodo illa quoad usum lammodo communia maneant (quam condicionem, ut vidimus, liter philosophia christiana postulat). Magnam quippe partem voluptatis, quam homines possidendo aliquid proprie ut suum ire solent, in eo situm esse existimat, quod „iucundissimum munificentiam conferre in amicos, iisque opem ferre, aut ho- il ɜ aut sodalibus, quod tum fit, cum bona proprie a singulis lentur“ [1].

Ceterum inter recentiores communismi sectatores vix iam enitur qui hanc hypothesin communionis bonorum adhuc serio profiteatur. Socialismus certe huius aetatis ab huiusmodi fictione ideali et practice impossibili longe abest. Unde maius mo- um in examinanda altera hypothesi situm esse apparet.

Prob. min. ad 2. Communio bonorum quae *positiva* dicitur („Collectivismus“), si eadem facilitate qua a socialistis mente concipitur ac depingitur, etiam realiter introduci et ordinate servari posset, sane multa incommoda praecedentis hypothesis excluderet; verum *consideratis realibus condicionibus humanae societatis aëreis niti fundamentis convincitur*; et quidem

**A. Si bonorum communium administratio publica universim spectatur.**

Talis institutio non solum ut quomodocumque suo fini sociali conveniat, verum ut omnino subsistere possit, supponit optimos communitatis rectores, angelicam in idoneis ac probis magistratibus ubique constituendis sagacitatem ac sapientiam, in subditis magnam virtutem et perfectionem, imprimis concordiam, singularem frugalitatem, laborum patientiam, generosum communis boni amorem. Quae cum generatim inter homines raro inveniantur, eiusmodi systema procul dubio potius ex parte magistratus innumeris frau-

---

primo quidem, quia magis sollicitus est unusquisque ad procurandum aliquid, quod sibi soli competit, quam id, quod est commune omnium vel multorum, quia unusquisque laborem fugiens relinquit alteri id, quod pertinet ad commune, sicut accidit in multitudine ministrorum; alio modo, quia ordinatius res humanae tractantur, si singulis imminet propria cura alicuius rei procurandae: esset autem confusio, si quilibet indistincte quaelibet procuraret; tertio, quia per hoc magis pacificus status hominum conservatur, dum unusquisque re sua contentus est. Unde videmus, quod inter eos, qui communiter et ex indiviso aliquid possident, frequentius iurgia oriuntur.“

[1] Polit. l. 2, c. 5, 1263 b. 5: . . . *ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ χαρίσασθαι καὶ βοηθῆσαι φίλοις ἢ ξένοις ἢ ἑταίροις ἥδιστον· ὃ γίνεται τῆς κτήσεως ἰδίας οὔσης.*

riae factum per sanam philosophiam aliunde explicari i
quam potest nisi ex providentiali huius institutionis opportu
et morali necessitate. Eandem propterea institutionem univer
in societate vigere ipsa quoque legislatio positiva divina.
theologice novimus, manifeste supponit et probat. *Ius* n
privatae proprietatis praecepto VII et X decalogi pro omni
divinitus sancitum esse constat.

**166.** 2. Ad confirmandum idem historiae testimonium i
saeculi XIX experientia accedit. Inter moderni socialismi pro
tores complures fuerunt, qui haud contenti theoretice tantum id
hominum felicitatem in statu communismi socialis depinxiss
[illegible] commendasse, magnos insuper ac diuturnos conatu
[illegible] nec laboribus nec sumptibus parcendo, ut *practic*
[illegible] maxime autem in America, partic
[illegible] communitates colligerent et congruis insti
[illegible] in hac re eminuerunt *Robert*
[illegible] nominatus, et *Étienne Cabet* (1788—1
[illegible] politicam agitationem ad tempus e
[illegible] minoribus hominum coetibus incipien
[illegible] amplum terrae fundum congregatis
[illegible] quaedam vitae communisti
[illegible] praelucentia proponere sus
[illegible] firmandae ubique societatis do
[illegible] autem auctore Owen, qui hu
[illegible] non pauca eiusmodi inst
[illegible] libertate, exorta sunt, solis
[illegible] seclusa religione, infor
[illegible] fundatione illis provisum er
[illegible] oeconomico apparatu ceter

[illegible] speciali modo originis nonnul
[illegible] sentium, tandem ad stabiles
[illegible] complexus et pascua suis
[illegible] et possessa esse videntu
[illegible] firmandam assertionem no
[illegible] hunc statum communioni
[illegible] hominum numero, quasi
[illegible] Plura de hac re infra n. 18
[illegible] *Wulf* in periodico „Stu
[illegible] Experimente", 284. 39

organizatione" et provida distributione omnis generis laborum, ad praefinitam illam copiam bonorum communium producen- et procurandam necessarii sunt. Omnes cives „operarii" et ad illum communem finem, pro sua quisque facultate, m normam organizationis cooperari debent, servata quan- i potest lege aequalitatis necnon personalis libertatis (!). labores autem necessarios illi etiam infimi servilis generis rantur, quos nemo sponte ambire solet, ut munditiam publicam , in nosocomiis ministrare infirmis, lue etiam contagiosa te etc. *Tertia* denique pars huius publici problematis, non us odiosa et plena reclamationibus et querelis undique re- sonantibus, complenda est per iustam et aequam distributionem unium bonorum usualium inter omnes cives eorumque fa- secundum mensuram laboris ab unoquoque praestiti necnon lis indigentiae. Quod si iam in maiore aliqua familia do- administratio et provida rerum necessariarum respectu lorum membrorum procuratio difficultatibus non caret, quid ex ctandum, si familiae magna respublica substituatur? Fieri o nequit, quin in hac confusa multitudine rerum curandarum magna pars civium vel familiarum sive per regiminis incapacitatem et insufficientiam sive per neglegentiam vel s magistratuum localium parte *sibi debita* bonorum *usualium,* eorum etiam, quae ad vitam sustentandam vel urgentem necessitatem sublevandam pertinent, misere frustretur, aut eam non nisi multis petitionum ambagibus obtinere possit, dum alios forte abundare contingit. Singulari sane solacio singulis erit, quod istas saltem largitiones, quantumvis precarias et incertas, ut particulam aliquam *dominii proprii* possidere possint! — Ecquis talem libertatem civilem, qua quis vel pro pane quotidiano iugiter a potestate publica dependeat, tolerabiliorem dixerit quam putidam servitutem?

**Probatur II.** *Ex historia et experientia.*

**165.** 1. Privata rerum dominia generatim loquendo in humana societate necessaria esse inde quoque certo concludere licet, quod inter omnes gentes *numero et more humano hoc nomine dignas,* quarum historiam novimus, fuerunt semper ac sunt constanter privatae rerum possessiones[1]. Tam universale et constans histo-

[1] Privatis omnino possessionibus illae etiam annumerandae sunt, quae more patriarcharum interdum a capitibus maiorum familiarum pro communi earum sustentatione et usu possidebantur. Immo admissa etiam illa historica

riae factum per sanam philosophiam aliunde explicari ı quam potest nisi ex providentiali huius institutionis opportun et morali necessitate. Eandem propterea institutionem unive in societate vigere ipsa quoque legislatio positiva divi ı theologice novimus, manifeste supponit et probat. . na privatae proprietatis praecepto VII et X decalogi pro omni ı divinitus sancitum esse constat.

**166.** 2. Ad confirmandum idem historiae testimonium r saeculi XIX experientia accedit. Inter moderni socialismi pro tores complures fuerunt, qui haud contenti theoretice tantum i hominum felicitatem in statu communismi socialis depin: impense commendasse, magnos insuper ac diuturnos conat id- hibuerunt nec laboribus nec sumptibus parcendo, ut *pr* s que variis in regionibus, maxime autem in America, huius systematis communitates colligerent et congruis tutio- nibus fundarent. Prae ceteris in hac re eminuerunt *Robert* ( Anglus, iam supra (n. 144) nominatus, et *Étienne Cabet* (1788—1856), ex Gallia oriundus et ob politicam agitationem ad temp multatus[1]. Uterque a minoribus hominum coetibus incipi lo, communem aliquem sat amplum terrae fundum congrega et aliquo directorio constitutis, realia quaedam vitae commun terrestris paradisi specimina late praelucentia propo re quibus viam ac methodum reformandae ubique so ta do Horum igitur opera, maxime autem auctore Owen, qui huic rei magnam suam fortunam devovit, non pauca eiusmodi instituta, favente potissimum americana libertate, exorta sunt, solis fere philanthropiae ac morum principiis, seclusa religione, informata. Et si quidem generatim a prima fundatione illis provisum erat, ut quantum fieri posset amplissimo oeconomico apparatu ceterisque

---

exceptione, quae obiici solet, et qua pro speciali modo originis nonnullarum gentium primum quidem nomadum vitam agentium, tandem ad stabiles sedes figendas ab integris tribubus quidam agrorum complexus et pascua suis gregibus pascendis idonea in communi occupata et possessa esse videntur, id ipsum ad confirmandam potius quam ad infirmandam assertionem nostram pertinet. Nam historice certum est fere nullibi hunc statum communionis diutius perdurasse, sed procedente cultura et aucto hominum numero, quasi compellente natura, divisioni bonorum cessisse. (Plura de hac re infra n. 181.)

[1] De his viris eorumque fundationibus cf. *O. Pfülf* in periodico „Stimmen aus Maria-Laach" XLIX (1895): „Communistische Experimente", 284. 397; cf. ibid. 407; LII, 347; LIII, 338.

essariis vitae subsidiis, immo et festivis recreationibus haud rent, mirum non est ab initio sociis tam de praesenti quam futuro omnia prospera apparuisse. Verum laudes, quibus lismus in suis organis publicis de soluto problemate sociali phare coepit, praematuras fuisse mox patuit. Fere omnes istae communitates, postquam per aliquot annos, etsi cum neris interim difficultatibus luctando, externe florere videur, internis dissidiis dissolutae exsistere desierunt, aut si ili studio suorum patronorum ex illarum ruderibus ali- reconstruere novas familias contigit, brevi intervallo eodem ili malo istae quoque interierunt. Ita communitas „New nony" (Indiana), una ex primis et splendidissimis fundationibus (1825), cunctis tentatis ab eo frustra remediis, iam 1827 is iurgiis occubuit. Ultimum tantum residuum experimen- *Cabet* (1849), societas nomine „Icaria Community" (Illinois), iam collapsa et alibi iterum restructa, tenacius quidem am vitam usque ad ultimum saeculi decennium protraxit, sub initium anni 1895 penitus disparuit.

Obvia profecto post haec unicuique se obtrudit quaestio: Quod si in communitatibus trecentorum vel ducentorum hominum, culturam mere naturalisticam sectantium, communismus socialis tamquam stabilis institutio impossibilem se exhibuit, quid exspectandum foret, si idem in *societate universa* privatis rerum possessionibus et administrationibus abrogatis suum experimentum renovaret?

## Notanda ad solvendas difficultates.

167. 1. Obiici solet communio bonorum, quae ex ipsorum apostolorum institutione in coetibus christianorum realiter inducta viguit, et quam etiamnunc religiosi ordines in Ecclesia catholica imitantur et lege ecclesiastica munitam tamquam felicissimum et perfectissimum statum socialem profitentur. — Verum huic difficultati per expositum statum quaestionis et ipsa verba theseos satis occurritur. Immo haec facta historica, quae obiiciuntur, si eorum genesis cum omnibus suis adiunctis consideratur, tam parum generali illi assertioni quicquam detrahunt, ut eius veritatem potius mirifice confirment atque illustrent. Docent quippe nihil quidem per se obstare, quominus modus aliquis communionis bonorum bene ordinatus in *particulari* et *paucorum* hominum coetu, qui vel ex instituto vel communi more *virtutum perfectioni student,*

utiliter exsistere possit; simul autem *veram* insinuant rati propter quam id in maiore et promiscua hominum societat biliter fieri nequeat[1]. Praeterea probe notandum est, r *naturalis iustitiae* essentialem intercedere *disparitatem* inter munionem bonorum illam ecclesiasticam et eam, quam socia profitetur. Illa namque ius privatae proprietatis tamquam timum et inviolabile praesupponit, ideoque nonnisi inter consentientes, i. e. ius suum libere abdicantes, legitime censetur; altera vero a negatione eiusdem iuris ut naturalite timi proficiscitur, ac propterea, quam primum potestas ei obt vi legis universalis cunctis privatis possessoribus exspoliati vim sese imponere molitur.

168. 2. Falsum est et divinae providentiae iniuriosum, assidue socialistae repetunt, aliam viam praesentibus soci malis medendi iam non superesse nisi radicalem inversion destructionem totius usitati ordinis oeconomico-socialis. — ( quippe societatis mala, quae ab illis privato rerum dominio quam unico fonti attribui et exaggerari solent, *vel* talia sunt, ( partim *per Ecclesiam et christianam charitatem*, si ei liber publica tutela concedatur, partim *per legislationem public* verum bonum commune intentam et iustam vindicem omnis g usurae, intacta manente privata rerum proprietate, mag parte remedium afferri possit; *vel* sunt talia, quae in omni institutione hominum vitia et cupiditates necessario comi quae tamen sublatis possessionibus privatis, ut ostensum est, plura et graviora exsisterent.

## § 2. Ratio historico-iuridica.

169. Post praeiudicium practice gravissimum, quod instit privatae rerum proprietatis ex eius convenientia et morali

---

[1] *De Lugo*, De iust. et iure disp. 6, sect. 1, n. 4, contra obie explicans, quo sensu dicantur omnia „communia de iure naturae", ita „Licet in aliquibus circumstantiis et in aliqua congregatione non ess gatio faciendi divisionem, quia non esset necessitas ad pacem et quiet manam, per hoc tamen non tollitur, quod, ubi essent circumstantiae di esset obligatio stricta illius, si in illis circumstantiis lumen naturale in illud esse medium moraliter necessarium ad finem. Atqui post pec tanta hominum multitudine illud erat medium *non solum e sed omnino necessarium* ad finem pacis et quietis. Ergo in ti sentis status et respectu totius multitudinis hominum ius i natural

contra placitum socialistarum accedit, inquirendum remanet: m et qua ratione etiam ex naturali iuris ordine idem praeconfirmetur, adeo ut illi *nonnisi per nefas et iuris lis contemptum* suum temerarium experimentum suscipere . Est haec ratio procul dubio parvi ponderis apud eos, eismum profitentur, eo maioris autem facienda est iis omniqui adhuc ducem sanam philosophiam sequi volunt neque et e ntiale fundamentum omnis socialis ordinis ignorant. io iuris hic examinanda huc redit: *quonam originario ti o privata rerum dominia in humana societate introducta ri debeant.* Hinc nimirum omnino solutio alterius illius quae- dependet: utrum humanae auctoritati publicae ius competat e, o arbitrio illam socialem institutionem vel simpliciter vel ndum eius formam essentialem abrogandi eique communionem um substituendi. Et sane hoc ius per se eatenus tantum potest, quatenus privata rerum proprietas similiter a sola ra hominum institutione originem ducit; est vero negandum, si citra humanum arbitrium in altiore lege ordinis socialis nasanciti seu *in iure naturae* fundatur. Est igitur haec o illi fere analoga, quam de origine societatis civilis (P. I, n. 418 sqq.) instituimus, atque ad similem de modo iuris determinandi controversiam reducitur. Itaque hic quoque *duae* potissimum sententiae sibi opponuntur.

170. *Prima* est, quae ius privatae proprietatis *liberam esse hominum institutionem* contendit. Qui autem hanc sententiam sequuntur ratione *modi* inter se differunt. *Alii* namque cum *Grotio*[1] et schola *Pufendorfiana* originarium illius iuris titulum a *primaevo aliquo pacto* saltem tacito repetunt, quo, ut aiunt, ob publicam quietem et utilitatem homines, ubi primum numerus augebatur, 1° aliquam partem rerum inter se diviserunt, 2° de reliquis consenserunt, ut fierent primi occupantis, 3° ut sibi in res alienas ius usus innoxii et 4° in casu extremae necessitatis ius ad usum et consumptionem reservarent. — *Alii* recentiores cum *Montesquieu*[2], et cum late hodie dominante exclusivo *iuris positivismo*, unicum iuridicum fontem illius institutionis in *lege publica civili* reperiunt.

---

gabat, secluso omni humano praecepto, ad divisionem faciendam. . . . Ergo *ipsum naturae ius* ante omnem legem positivam humanam dividere poterat dominia *et de facto dividebat.*" [1] De iure belli et pacis l. 2, c. 2, § 2, n. 5.

[2] Esprit des lois I, 26.

171. *Altera* sententia, quae *sola* adversus socialis r
lutionem philosophicum praesidium continet logice tut [1],
omni recursu sive ad sociale aliquod pactum sive ad l
civilem, in solo *iure hominis connato rebus utendi*
*relatione ad organicam societatis, praesertim domesticae,*
legitimum quoque titulum ad eas sibi stricto sensu prop
dendas inveniri contendit. Hanc igitur sententiam, q
institutio privati rerum dominii firmissimo iuris praeiudicio

[1] *v. Hertling* (Naturrecht und Socialpolitik [1893] c. 4, p. 10) d
universim necessitate admittendi alicuius iuris naturalis et immutabilis
petuo fluxu institutionum humanarum opportune idem applicat ad praes
controversiam a socialistis suscitatam: „Wenn das Recht seinem ganzen
fange nach der Veränderung unterliegt, wenn es keine ein für allemal
Rechtsnormen gibt, wie will man den Forderungen der socialen Revolu
partei gegenüber zu einem festen Standpunkte gelangen? Was sie
ist die völlige Beseitigung des Privateigenthums in seiner heuti
durch den Uebergang aller Productionsmittel, Grund und Bod Rohpro
Maschinen in den Collectivbesitz der Gesamtheit, des
geltend macht, ist die schreiende Ungerechtigkeit der h Ei
vertheilung. Auf der einen Seite ungeheure Reichthümer in verh
wenigen Händen concentrirt, auf der andern Seite zahllose, unse
Lohnarbeiter, Tag für Tag im Schweisse ihres Angesich um
ihres Lebens ringend, und die Ungerechtigkeit dadurch n U
liche gesteigert, dass es eben die Arbeit dieser letztern , w n
ersteren, so behaupten die Socialisten wenigstens, ihr mühelo Gev
wächst. Wenn das Recht in einem steten Processe der Entwi ung beg
ist, so ist es eitel Thorheit, dasselbe auf seinem heutigen f alten zu
wollen, und alle Versuche dieser Art beweisen nur den Unvers d und den
Egoismus derer, die sie anstellen. Wenn das Recht nur die gesetzliche Fixi-
rung der jeweiligen Machtverhältnisse ist, dann ist der Kampf um das Privat-
eigenthum eine blosse Machtfrage, dann handelt es sich nur darum, wie lange
die Macht der Bourgeoisie grösser ist als die Macht des Proletariats, und von
dem Augenblicke an, wo das Proletariat die Macht für sich hat, wird es auch
das Recht für sich haben. Dann lässt sich im Ernste gar nicht von social-
politischen Massregeln zur Bekämpfung socialpolitischer Umsturzbestrebungen
reden, vielmehr handelt es sich in Wahrheit um einen Vertheidigungskampf
der Bourgeoisie, welche ihre Klassenherrschaft nicht aufgeben will.“ . . . „Einzig
die Anerkennung gewisser, ein für allemal gegebener und unveränderlicher,
weil in der Natur des Menschen und in der sittlichen Ordnung begründeter
Grundsätze des Rechts verleiht den festen Standpunkt, von dem aus sich die
umwälzenden Forderungen des Socialismus nicht nur mit Gewalt nieder-
schlagen, sondern auch als unbegründet zurückweisen lassen. Die Geltung
eines natürlichen Rechts ist ganz allgemein die erste Voraussetzung einer
sicheren und zielbewussten Socialpolitik.“

ıitur, secundum iuris principia hactenus a nobis stabilita non ɜ non pariter profiteri [1].

172. **Thesis XXVI. Origo iuridica privati rerum dominii e a primaevo aliquo pacto neque a civili populorum legis- ne repeti potest.**

**Probatur pars I:** *Non a pacto.*

*Argum. 1.* In aliquo actu *mere conficto et imaginario* realis ɜ titulus fundari numquam potest. Iam vero humani ge- historia ne ullum quidem monumentum subministrat, unde is suspicio oriri possit aliquando inter homines eiusmodi m revera initum vel etiam suppositum fuisse. Quod autem o scimus, illud est, ubique terrarum, ubicumque familiae orie- tur et qua tales separatim exsistebant, aliqua etiam rerum nia iam viguisse, nec magis olim quam nunc cuiquam in n subiisse aliorum exspectare consensum, si quando in terrae , nemini adhuc subiecto, sibi suisque sedem stabiliter figere alia nondum occupata sibi ut propria assumere et retinere, et defendere contra invidos adversarios vellet. Ergo . . .

*Argum. 2.* Ne illud ipsum pactum, quod adversarii fingunt, sit ad originem iuridicam dominiorum explicandam, sup- e omnino debent requiri omnium hominum consensum, ut s legitime res sibi appropriet. Atqui haec condicio ipsum m, quod praecessisse supponitur, iuridice infirmum reddit. ;o haec sententia secum pugnat.

Prob. min. 1. Eo ipso, quod de facto eiusmodi *universali* consensu nullo modo constare nec ulla rationabilis coniectura haberi possit, omnis quoque iuris titulus in eo fundatus non potest esse nisi plane dubius adeoque *nullus*. Videant igitur huius tituli assertores, si quidem fortius nil habent, quomodo socialistarum impetum sustineant! — 2. Sed dato etiam primaevos homines

---

[1] Eo pertinet quod fundamentalis principii instar clarissime enuntiat *Ratzinger*, Die Volkswirtschaft in ihren sittlichen Grundlagen (ed. 2) p. 98: „Der Rechtsgrund, die ideale Ursache des Eigenthums, liegt nicht im Menschen, sondern in Gott. *Das Eigenthum ist ein Gesetz der menschlichen Gesellschaft, vom Schöpfer gegeben, und darum vom Willen, von der Willkür und dem Belieben der Menschen unabhängig.*“ Et p. 100 recte addit: „So liegt der *rationelle Erklärungsgrund* [des Eigenthumsrechtes] *im Verhältnisse des Menschen zur Natur.*“ Cf. *C. L. v. Haller*, Restauration der Staatswissenschaft (1820) tom. II, c. 25, p. 36 sqq.

aliquando tali pacto consensisse, quodnam illi ius habuerunt oı posteros ac futuras cunctas generationes eodem adstringendi Quod si nullum probari potest, quid igitur obstat, quominus pactum per quemlibet, qui ei se non consentire declaret, irri fiat, aut saltem per novum posterorum consensum, si placu dissolvatur? — Neve opponant posteros ad consensum p standum primaevo pacto obligari, eo quod dominia ad publi quietem et rectum socialem ordinem sint necessaria. Hoc e idem esset ac dicere homines *iure naturali* ad ra dominia obligari et in praesenti saltem humani generis .tu publicam quidem auctoritatem irritam facere rerum proprieta legitime posse. Ad quid igitur pactum?

*Argum. 3.* Ante pactum aut supponitur fuisse con bonorum *positiva* (ut Grotius admittere videtur) aut *negativa* Pufendorfio placet). Atqui positiva gratis assumeretur, ne autem pactum inane redderet. Ergo . . .

Prob. min. ad 1. Positiva rerum communio originaria ne ex hominis neque ex rerum natura neque aliunde probari po vel umquam probata est. Ergo nonnisi gratis asseritur.

Prob. min. ad 2. Communio autem rerum negativa, ( utique ex natura sive hominis sive rerum in a racto spec proxime sequitur et in ordine ideali omnem pro i ıtem sive vatam sive collectivam logice praecedit (n. 130), nu ı tali p materiam praebet. Nimirum vi communioı i habet ius iam *determinatum* ad ullam rem ut . *ım* p ı proinde nec pacto alienare potest; sed unusqı ue tantum ius acquirendi res nondum alteri subiectas; hoc autem nequaq abdicatur, sed cuique manet.

**Probatur pars II:** *Non a legislatione civili.*

173. *Argum. 1 negativum.* Contraria sententia omni veri fundamento caret. Et vero a) *historice* tam parum probari p aut umquam probata est atque origo pacticia proprietatis reı b) *philosophice* a falso iuris principio, nimirum ab „exclusivo positivismo", procedit, qui negat ullum ius proprie dictum nisi positivum, nempe a statu publico tamquam „fonte omnis i conditum (cf. P. I, n. 549—567).

*Argum. 2 positivum.* Non potest per societatem civilem mitus esse institutum quod iam antecedenter ad huius orig inter homines exstitisse et viguisse certo cognoscitur. Atqui

quam civilis societas qua talis oriretur, vera aliqua et stabilis rerum proprietas usu et iure iam viguit. Ergo . . .

Prob. min. hac triplici consideratione:

1. Societas civilis ex multiplicatis societatibus domesticis t iam suis praeexsistentibus elementis, sive successive et or- e sive ope conventionis, coalescit. Iam vero in his ipsis ontaribus societatibus simul cum earum genesi naturaliter ε non minus necessario prima iam practica initia pro- tis rerum stabilis et naturaliter legitimae invaluerant, adeo- antecedenter et independenter ab earum unione et subordi- one civili. Hanc enim stabilem rerum appropriationem, qua- s citra omnem iniuriam erga alios fieri poterat, postulabant stabilis domestica sedes, et stabilis finis familiae et provida ( pro eius statu tum praesente tum futuro, id quod specialius tur in thesi proxime sequente.

2. Inter rationes moventes, quibus natura duce originariae societates domesticae, quae forte liberae in eadem regione cohabitarent, morali necessitate ad ineundos nexus civiles inducebantur, merito tamquam proxima et efficacissima nominari solet *ratio securitatis communis* tam personarum quam totius *domesticae possessionis* contra hostiles et rapaces aggressiones. Ipsa quippe *iura essentialia tum personalis tum domesticae exsistentiae* sibi *naturaliter* competere et quantum vires suppetant iuste a se defendi posse profecto non dubitabant; quapropter a civili societate non horum creationem aut primam validationem, sed tantum *externam eorum securitatem* requirebant, probe sentientes per ordinatam cooperationem civilem sub communi auctoritate necnon per publicam poenalem sanctionem longe maiorem ac certiorem tutelam illis accessuram[1].

---

[1] Ad hoc verissime *C. L. v. Haller* l. c. p. 57: „Diesem nach ist es gewiss, dass das Eigenthum *vor* allen menschlichen Gesetzen bestanden hat, und es besteht noch häufig ohne dieselben. Kein einziges Gesetzbuch hat je das Eigenthum eingeführt oder angeordnet, vielmehr sind die Gesetze erst aus dem Eigenthum oder wegen desselben entstanden, nicht um solches zu stiften, sondern um einem jeden so viel möglich das Seinige zu sichern. Daher nannten auch die Alten schon die Göttin Ceres (die personificirte Idee des Ackerbaues) ‚Ceres legifera' (cf. Ovid. Met. 5, v. 341 sqq.)." Simul citatur *Ioh. v. Müller*, qui in sua historia Helvetiorum de antiquis colonis ait: „Landbau gab Eigenthum und das Eigenthum veranlasste Gesetze." — Similiter fatetur *Bluntschli*, Allg. Staatsrecht (1857) I, 194: „Das Eigenthum ist nicht erst durch den Staat er-

3. Eidem rationi plane consentit *finis naturalis soc s* ab universa philosophia christiana agnitus, qui (ut inf l probabitur) *primario* in efficaci *sustentatione et tutela* univ or- dinis iuridici, et ante omnia quidem naturaliter iam p consistit.

**174. Thesis XXVII. Verus originarius titulus st proprietatis rerum ipsum est ius congenitum rebus utendi, vitae socialis, imprimis domesticae, accommodatum.**

Praenotandum. De iure congenito rebus utendi quae supra n. 132 sq. dicta sunt.

**Probatur.** *Ius congenitum rebus utendi,* si secundum thesi designatos mensuratur, implicitum continet ius res l *stabiliter proprias* acquirendi; praeterea rerum proprietat *illius iuris titulo et simplici eius exercitio* passim induc historia testatur. Ergo illud verus originarius titulus hu in- stitutionis *de iure* et *de facto* dicendum est.

Prob. antec. per partes.

175. Pars I. Vi iuris connati rebus utendi unusquisque in res externas eam potestatem legitime exercere potest, quae 1° ad ipsum usum rerum a creatore intentum requiritur, et 2° aliorum iuri non officit. Atqui utrumque de appropriatione rerum negative communium recte asseritur. Ergo ius utendi hanc quoque implicite comprehendit.

Prob. min. ad 1. Rerum usus ex mente creatoris non solum individualis sed pariter socialis vitae condicionibus accommodatur, et sub utroque respectu, non solum ut praesenti necessitati quomodocumque satisfaciat, sed ut futuris etiam occurrat, ut finibus non solum obviis et diurnis sed longaeva vel etiam perenni studiorum atque operationum serie prosequendis subserviat, naturaliter destinatur[1]. Iam vero, considerata praesenti

---

zeugt worden.... Auch der Nomade, der keiner festen Staatsverbindung angehört, hat dennoch Eigenthum."

[1] *v. Hertling* (Naturrecht und Socialpolitik c. 9, p. 37) necessitatem *stabilis* appropriationis rerum ex earum destinatione ad fines hominis sociales his verbis verissime illustrat: „Sollen sich die höhern Kräfte der Menschheit entfalten, soll die Natur systematisch ihrer Herrschaft unterworfen werden, sollen Wissenschaften und Künste blühen, so ist erforderlich, dass eine feste wirtschaftliche Basis des Lebens gewonnen und nicht der Kampf um die nächsten Bedürfnisse die Sorge des Tages sei. Das aber ist erst mög-

ae naturae condicione, rerum usus huic destinationi nequa-
responderet, nisi iure fulciretur res etiam praeter respectum
tualem aut proximum usum tamquam proprias possidendi.
alias vitae privatae et socialis condiciones taceam, quis neget
vitae imprimis *domesticae* securitatem eiusque fines maxime
itiales ordinate prosequendos prorsus necessarium esse, ut
familias talem sibi statum externum talemque mediorum
um comparare legitime valeat, quo independenter ab aliorum
rio gravissimo suo sociali officio fungi possit. Familia suapte
ura perennis est et demortuo fundatore in liberis superstes.
recte provideri bono familiae nequaquam potest nisi per
, quae etiam ad statum posterorum praeparandum se extendat.
vero, spectata praesertim hominum cupiditate, violentia et re-
vitiorum ex originali lapsu descendente hereditate, ut gene-
loquendo secure et efficaciter fieri possit, privatum et stabile
dominium necessario supponitur.

Prob. min. ad 2. Eiusmodi rerum appropriatio nullum ius
circa res externas offendit neque respectu *singulorum* ho-
neque respectu *communitatis*. *Non singulorum:* Nam ex
si aliquod ius *determinatum* aliorum simultaneum in rem
priandam non exsistit. Ius autem remotum et *indeterminatum*
utendi, quod singulis aequaliter competit, ex eo violari
lum non est, quod res, quae dominio subiicitur, subtrahitur
aliorum usui. Alias enim idem ius similiter violari dicendum
quemlibet usum, consumptionem et possessionem natu-
ral , quod sine absurdo affirmari nequit. Ut igitur ius salvum
sit, fficit, ut ceteris eadem maneat facultas res sibi ut pro-
quirendi. — *Non communitatis:* Nam instituta privata
rer possessio per se non modo non impedit, quominus per
natu abundantiam toti generi sufficiens rerum copia praesto
sit, sed contra, spectato reali statu humanae societatis, huic fini
potius favet prae communione bonorum (n. 164).

---

lich, wenn durch die Besitzergreifung von Productionsmitteln und geordnete Bearbeitung derselben der Lebensunterhalt dauernd gesichert ist. Auf der Weltstellung des Menschen also, auf dem Verhältnisse von Person und Sache, auf den Bedürfnissen des Lebens, die Befriedigung heischen, und der Zweckbestimmung der Erdengüter, hierzu die Mittel zu bieten, beruht das Eigenthum seinem allgemeinsten Begriffe nach. Es besteht in der Herrschaft einer bestimmten Person oder einer bestimmten Vereinigung von Personen über eine bestimmte Sache oder einen bestimmten Umfang von Sachgütern."

**176.** Pars II. Praeterquam quod pactum primaevum rerum iam supra tamquam inane figmentum exclusim sunt positiva historiae documenta, quae hanc commune praxim omni tempore constantem fuisse testantur, ut no subiectas (res nullius), sive mobiles sive immobiles, oc sibi subiicerent ut proprias, nullum aliud iuris pri p vocantes quam illud ab omnibus agnitum: „Qui pri potior est iure". Id non solum tota historia bibli arc imprimis de occupatione fundorum terrae, ape t ur, scrutantibus prima exordia culturae idem in variis re onil occurrit. A singulis plerumque colonis vel colonorum familiis pars vastae aut silvestris solitudinis solis feris animalibus paulatim occupari coepit eo fine, ut sibi ac suis stabilem ibi cum aliquo dominio adiacente fundarent. Quibus dein alii a eadem condicione libertatis et independentiae se adiunxe militer occupantes aliquem tractum vicinum eiusdem regio dominio vacantis. Ius autem privati dominii hoc modo natur ortum ita penes omnes communi naturae sensu agnitum e quicumque prius ab alio occupata vi eripere et sibi att tentasset, omnium reliquorum iudicio tamquam iniustus hostis signatus fuisset. Simile quoque ius proprietatis cir mobiles et usuales nemini adhuc subiectas ubique terrarum p occupatio fundare solebat, idque etiam apud gentes vagas, ut v. g. captura praedae in venatione vel piscatione. Ceterum i occupantis rem nullius etiam nunc inter homines in l dam naturae rationalis instinctu passim exerceri et agn mus. Si quis pecuniam vel alia obiecta alicuius valoris, ficans se iis renuntiare, coram promiscua hominum turba in poneret vel ante eorum pedes proiiceret, primum quidem dubio contentio fieret derelicta quantocius occupandi; mox f etiam iurgia orirentur, non tamen de iuris regula, in qua om consentiunt, sed *de facto* tantum primae occupationis, q d concertatione forte in dubium vocatur vel propter vio modo iniquitatis arguitur[1].

**177. Corollaria.**

I. Ex dictis apparet rerum proprietatem nequaquam f to hominum consilio, sed natura duce *organice* cum i societate, et quidem iam cum societate *domestica*, imi

[1] Cf. *L. v. Haller* l. c. c. 25, p. 53.

. Neque in hoc naturae ductu aliqua exceptio apparet rerum ›du varum" vel „immobilium". Immo vero quod hic generatim ıte omnia atque *imprimis* valet de appropriatione ali- ı fundi terrestris, in quo quis cum suis stabiliter habitare Haec enim quodammodo *ipsum initium signat vitae domesticae,* sit homine digna et ab ipso auctore naturae et societatis nditur. Operi igitur naturae non solum socialismus proprie verum et „socialismus agrarius" temere contradicit.

II. *Ius hominis res acquirendi ut proprias* (ius proprietatis e sumptum) non secus ac ius rebus utendi, ex quo e vatur, ius esse hominis *naturale* et *congenitum* recte uditur. Proinde quemadmodum antecedenter ad auctoritatem llem et *ab ea independenter* homini competit, ita per legem *legitime nec abrogari nec pro arbitrio irritum fieri potest.*

III. *Communismus,* qui non solum opportunitatem, sed ipsum l *fundamentum omnis privatae proprietatis* practice et theo- e , eo ipso *iuri naturae directe adversari convincitur.*

IV. Ei ı iuri, sin minus directe, saltem *indirecte socialismus* ıitur. Quamquam enim privatam possessionem non per se et ratione sui tamquam „latrocinium" reprobat, ut communistae , illam tamen *nequaquam ut institutum naturae in sociali e fundatam* agnoscit. Quare eo abrogato novum pos- onum ordinem, scilicet bonorum communionem *positivam* vel ı vel partialem, instituere molitur. Et ita quidem *indirecte* em iuri naturae contradicit, dum socialem ordinem, qui illo ıur, impugnat et operi providentiali opus artificiale humanum ituere impie contendit. Ceterum socialismus in societate civili ad praxim deduci nequaquam posset, quin ilico *directum* quoque cum iure naturae conflictum pareret. Publica enim bonorum possessio et administratio aliter profecto institui nequit nisi violenta abolitione privati dominii aut, quod idem est, *legali spoliatione* civium in favorem communitatis, quod formalem et directam iuris naturalis violationem involvit. Nemo sane exspectat fore aliquando, ut possessores privati sua bona legitime acquisita et legitime hactenus possessa sponte et libero consensu ad pedes magistratuum deponant, sicut olim Christi discipuli ad pedes apostolorum. Ut autem *inviti* id faciant, neque lege neque plurimorum civium suffragio iuste adigi possunt. — Accedit quod Leo XIII P. M. in Encyclica „Rerum novarum" remedium socialistarum „*cum iustitia aperte pugnare*" dicit et hanc rationem

affert: *„quia possidere res privatim ut suas ius est homini a* *datum“*. Similiter in aliis Encyclicis. Ita in Encyclica 1878 ius proprietatis *„lege naturali sancitum“* et *„ab profectum“* dicitur. In his igitur pro omnibus catholic t opportuna interpretatio continetur genuinae mentis *S. T* et veterum, e quorum usu loquendi admodum obiter int recentiores nonnulli erroris ansam sumpserunt.

## Notanda ad solvendas difficultates.

178. 1. Usus loquendi *S. Thomae* et veterum auc *parentem* tantum dissensionem a nostra doctrina contir N s. Doctor[1] „secundum ius naturae omnia esse commun cedens (scilicet sensu supra n. 130—134 exposito) subiicit: „ munitas rerum attribuitur iuri naturali, non quia i tu dictat omnia esse possidenda communiter et nihil q proprium possidendum, sed quia secundum ius u distinctio possessionum, sed magis secundum *huma* quod pertinet ad ius positivum. . . . Unde proprietas p non est contra ius naturale, sed iuri naturali supe ditur *adinventionem rationis humanae.“*[2] Et alibi passim rerum d sionem *„iuris gentium“* esse vel dicit vel supponit. Similiter S. dorus Hispalensis inter ea, quae iuri gentium subiecta sint, pr loco recenset „sedium occupationem“, i. e. privata dominia.

Ut autem haec et similia dicta recte intellegantur, meminisse oportet, qua ratione veteres *ius naturae* a iure *positivo* (seu „humano condicto“, i. e. iure vel civili vel gentium) distinguere soleant (id quod luculenter explicatur P. I, n. 570—574)[3]. Hanc distinguendi

---

[1] S. theol. 2, 2, q. 66, a. 2. [2] Ibid. ad 1.

[3] Notandus est hic etiam modus, quo *de Lugo*, De iust. et 6, sect. 1, n. 5, utitur ad conciliandum „ius gentium“ veterum cum „iure in sensu posteriorum theologorum: „Respondeo, ius naturae sumi *Primo* pro iure communi hominibus et beluis, et in hac significat patur a Iustiniano imperatore in tit. Instit. de iure naturali, genti et ci ubi dicitur ius naturae esse quod beluae etiam omnes didicerunt et cum beluis commune est; et in hoc sensu certum est divisionem dominiorum non esse de iure naturae, cum sit propria hominis, prout a brutis. *Secundo* accipitur ius naturale pro lege obligante independ ab omni praecepto positivo superaddito. Et in hoc sensu est quidem de i turae divisio rerum et dominiorum in genere loquendo, quia natu ri dictat, in circumstantiis praesentibus naturae lapsae et hominum mutuu necessariam esse divisionem: modus tamen illius non est complete de solo

onem *S. Thomas* dilucide proponit 2, 2, q. 57, a. 2 et 3. Secundum ı ea tantum dicuntur pertinere ad ius *naturale,* quae sunt ni „adaequata *ex ipsa natura rei* eique commensurata secun- *absolutam* rationem"; ad „condictum autem humanum" seu p tivum referuntur omnia ea, quae ei commensurantur non ı absolutam rationem, sed *secundum aliquid, quod inde* ıı ', videlicet secundum aliquam *utilitatem vel moralem necessi-* Ideo et hoc „naturale homini" recte dici s. Doctor con- it, quatenus est *secundum rationem naturalem, quae hoc dictat.* Pro ıplo affert ipsam *„proprietatem possessionum",* dicens: „Si ı ır iste ager absolute, non habet unde magis sit huius illius; sed si consideretur per respectum ad opportunitatem ( ad pacificum usum agri, secundum hoc habet quandam ( u ionem ad hoc, quod sit unius et non alterius". — ] 1, 2, q. 95, a. 4 ait: „Ad ius gentium pertinent ea, quae vantur *ex lege naturali sicut conclusiones ex principiis".* — Ex omnibus recte arguitur: „condictum humanum" in sensu m nequaquam restringi ad ea, quae *libero* hominum pacto tuuntur, ita ut aliunde vim nullam haberent, sed extendi ad omnia, quae, tametsi non immediate et absoluta ne- , tamen *mediante dictamine rectae rationis* et secundum ıı lem necessitatem, v. g. intuitu *ordinis socialis,* ex naturae condicione sequuntur, et ideo a nemine licite repudiari possunt. Hinc est, quod huius ambiguitatis vitandae gratia in recentiore philosophia christiana usus invaluit veterum „ius gentium" nomine *„iuris naturalis latius dicti"* comprehendendi, quin hoc usu loquendi

---

naturae, sed pendet saltem negative a iure humano; non solum quia multi modi acquirendi et perdendi ac transferendi dominium introduci possunt et de facto introducti sunt iure mere humano, sed etiam quia illi alii modi acquirendi dominium, qui videntur naturae iure introducti, adhuc saltem negative pendent a iure humano, quatenus potuerant iure humano impediri, sicut de facto impeditur, ne thesauri dominium acquiratur inventori privato, et plures redduntur iure humano incapaces acquirendi dominium. Quando ergo dicitur iure gentium introductas esse rerum divisiones, sermo est de divisione in genere loquendo, praescindendo ab hoc et illo modo dividendi et acquirendi dominium: et tunc ius gentium condistinguitur quidem a iure naturali in prima acceptione, prout commune est beluae, non tamen a iure naturali in secunda acceptione: immo ipse Iustinianus expresse dicit ius gentium esse quod naturalis ratio dictat faciendum esse; ubi aperte ius gentium accipit pro eo, quod theologi vocant ius naturae, nimirum quod praescindit ab omni decreto positivo superaddito ipsi naturae lumini."

ipsa re a mente veterum recedatur. Omne quidem ius natur in aliqua *naturae necessitate* fundetur necesse est. Sed a *naturaliter* necessarium esse potest aut spectata natura *individui* aut spectato *ordine sociali*, ad quem homines na destinantur. Illud constituit ius naturae *stricte dictum*, hoc ius naturae *latius acceptum*, quod generatim et practice c cum „iure gentium" in sensu veterum, etiam quoad modum diatae originis. Quae enim ad socialem ordinem naturali cessaria sunt, non immediate per naturam inducuntur, s hominum „condicto", i. e. non libero quidem veluti consensu quodam et cooperatione hominum moraliter nec sub communi dictamine rectae rationis[1].

179. 2. A socialistis obiiciuntur etiam aliqua *SS. Patrum dicta*, quae ad speciem saltem nobis adversari videntur. Sic *S. Ambrosius*[2]: „Natura", inquit, „omnibus in communi profudit. Sic enim Deus generari iussit omnia, ut pastus omnibus communis esset, et terra foret omnium quaedam communis possessio. Natura igitur ius commune generavit, usurpatio vero fecit privatum." — Et *S. Basilius*[3]: „Si quis loco in theatro ad spectaculum occupato deinde ingredientes arceat, id sui ipsius proprium ratus, quod ad omnium communem usum proponitur: tales eius modi quoque divites sunt. Nam communia praeoccupantes ea ob praeoccupationem sibi assumunt."

Ad quae respondemus: 1. Extra omne dubium um nullum e SS. Patribus ipsum ius privatae prop ii ac- quisitae tamquam legitimum non agnovisse. Id enim pro severitas, qua illi non solum passim condiciones *iustae* acqu ac possessionis inculcabant, verum et restitutionem bonor iuste ablatorum vi iuris exigebant, necnon universim in hortationibus ius privatae possessionis supponebant[4]. — 2. N

[1] Minus feliciter nonnulli cum *Grotio* (De iure belli et pacis l. 1, c. 1) e cum *Wolfio* (Inst. iuris nat. et gent. § 1088) duplex ius gentium, a ne *cessarium* alterum voluntarium et *liberum*, distinguendum putarunt. — Ius a *substantialiter liberum* a veteribus iuri *civili* potius quam iuri ad- numerabatur. [2] De offic. l. 1, c. 28.

[3] Hom. in Luc. 12, 18. — Similiter *S. Chrysost.*, Hom. 10 in Ep. 1 ad Cor

[4] *S. Ambrosius*, Expos. evang. Luc. 8, 76. *S. Augustinus*, Epist. ad Macedon. et Epist. ad Iulian. comitem. *Concil. Carthag.* IV, can. 93. *S. Basilius* Hom. in Luc. 12, 18: „Cur divite te ille pauper est? An non utique, ut e tu benignitatis ac fidelis dispensationis mercedem accipias, et ille magnis patientiae praemiis donetur?"

to autem vere pastorali zelo privati dominii *abusum* con-
runt, qui illa aetate non minus ac hodie praecipuus fons
socialium malorum. Ideo namque acri sermone *eos divites*
ae *iniquitatis* tum in Deum, auctorem naturae, tum in pauperes
e non dubitarunt, qui bona huius terrae, per naturam ad
omnium destinata, ita praeoccuparunt, ut ea non solum
possessionem et administrationem sed etiam *quoad usum*
exclusive propria vindicarent, dum innumeri pauperes inopia
t. — 3. Itaque SS. Patres in allatis textibus et aliis similibus
or *proprietatis* nil aliud affirmant quam quod et S. Thomas.
Voxque „usurpatio", quae a S. Ambrosio originariae communioni
um *negativae* opponitur, recte pro occupatione legitima ac-
r. Similiter eodem sensu, quo S. Thomas (2, 2, q. 65, a. 2)[1],
que res, tametsi privatim possessas, *quoad usum* tamen
commu debere docent, scilicet per promptam caritatem,
divi iuvare de suo pauperes *tenentur* (n. 133, coroll. IV)[2].

3. Immo et in ipso Corpore iuris cononici pro sua causa
vissimum testimonium contineri socialistae gloriantur. Videlicet
in decreto Gratiani (c. 2 Dilectissimis, C. XII, q. 1) invenitur
la (ut perhibetur) „Sancti Clementis Romani ad ecclesiam
Hier olimitanam", in qua haec potissimum sententia notatur:
„Communis enim usus omnium, quae sunt in hoc mundo, omnibus
esse hominibus debuit; sed per iniquitatem alius hoc suum esse
dixit et alius illud, et sic inter mortales divisio facta est." —
Quamquam hic textus per se haud incommode eandem fere inter-
pretationem admittat, qua dicta SS. Patrum supra allata tamquam
congrua doctrinae S. Thomae explicata sunt, eo quod *ea tantum*
appropriatio rerum reprobatur, quae etiam *usum* rerum *exclusive*
proprium facit[3], recentior tamen inquisitio critica hanc inter-

---

[1] Cf. *Roselli*, Summa philos. tom. III, n. 449 sq.

[2] De eadem obiectione e SS. Patribus cf. periodicum „Études religieuses, historiques etc. 1878 II, 365 sq. *Barante*, Questions constitutionnelles (1849) p. 126: „L'Eglise prêchait les riches pour les pauvres, et les nouveaux apôtres prêchent les pauvres contre les riches. L'Eglise veut que les riches soient charitables, ceux-ci excitent les pauvres à la sédition." — Item *Cathrein*, Moralphilosophie II (1899), 312 sqq. *Ratzinger*, Die Volkswirtschaft (ed. 2) p. 82 sq., luculenter SS. Patrum de rerum proprietate doctrinam exponit.

[3] Aliam solutionem proposuit *Lessius* (De iustitia et iure lib. 2, c. 5, dub. 2, n. 3): „Respondeo, omissis variis expositionibus, sensum esse: per iniquitatem hominum fuisse occasionem datam, cur recta ratio dictarit esse faciendam divisionem, cum ante iniquitatem omnia essent communia." . . . Scilicet S. Clemens

pretationem superfluam reddit. Etenim postquam iam *Bell*
eandem epistulam censuit esse vel spuriam neque S. Cle
vel certe „ab aliquo valde corruptam ac depravatam", hodie
viros doctos constat illam Pseudo-Isidori opus esse partim
confictum partim e fontibus derivatum communi aestimatio
cryphis, nempe ex „Clementinis Recognitionibus" (vulgo „
Clementinis"). Neque obstat, quod infelici casu illud a G
nil suspicante fuerit receptum [2].

181. 4. Contra argumentum historicum, quod ad firm
thesim nostram affertur, speciose magis quam vere fr
centioris cuiusdam eruditionis historicae opponitur. Ad
primis auctoritas *E. de Laveleye* [3] invocari solet, qua prae
socialistae agrarii ad historice fulciendum suum systema u
Hic auctor scrutando historiam populorum circa modum p
res externas hanc fere scientiae conclusionem inde sibi didi
visus est, ut doceret: *ubique et apud omnes gentes* or
possessionem soli terrestris fuisse *collectivam,* scilicet alicu
munitatis vel stirpis; sero tantum ac paulatim,
astutiam et vim, individualem fundorum prop
lectiva invaluisse; sub influxu denique Romanorum
dorum possessionem plenius et generalius evolutam

Quorsum haec tendant, satis per se liquet. Quod enim
hac omnimoda universalitate factorum, quae asseritur, revera ce
constaret, non sine omni fundamento socialistae ag i obii
possent: quidquid sit de iure proprietatis bonorum mob
vero *privatam proprietatem agrorum et arvo* nequaq
naturae instinctum et ordinationem, sed per
inductam esse nec cum iure naturae quicquam commune hab
quapropter et libero hominum arbitrio abrogari posse.

Iam vero examen historico-ethnographicum post de l
a multis viris doctis de eadem re assidue institutum illius

---

„hortatur fideles, qui erant Hierosolimis, ad vitam communem, ex eo quod consentanea statui innocentiae, ubi non erat meum et tuum; rerum aut visio orta sit occasione peccati." — Cf. etiam *de Lugo,* De iust. et iure sect. 1, n. 3.

[1] De controversiis: De bon. oper. in part. lib. 3, c. 11.

[2] Cf. *Mausbach,* Der Communismus des heiligen Clemens von Rom, periodico „Histor.-polit. Blätter" CXVI (1895), 340 sqq.

[3] „De la propriété et de ses formes primitives", opus a. 1874 primum, deinde compluries editum.

ia non solum temere exaggeratam sed *pro sua universalitate* ; *falsam esse* comprobavit[1]. Sane, si Darwini vestigia se- ıdo in antecessum supponitur omnes gentes ab originario statu o quasi beluino paulatim ad mores humanos et cultioris i ıtatum evolutas esse, ac proinde naturae (rationalis?) r ı et influxum eo verius aestimari, quo magis hominum no ol :vantur in aliquo statu, qui sit originario et barbaro ıquior, — aliquo modo ratio reddi potest illius historicae iis. Namque humanae „evolutionis" ad perfectiorem cul- m generatim *tres* potissimum gradus supponunt: *primum,* in homines ex venatione, *alterum,* in quo ex pascendis gregibus, denique, in quo ex agricultura vixerint. Neque in primo in altero gradu homines, utpote locum habitandi pro oppor- te iugiter mutantes, stabili occupatione fundorum indigebant. tes autem ad gradum tertium semper, ut censent, pro bu locum cohabitandi et campos *communiter* colendos et invasores tuendos eligebant, ita ut, quemadmodum ›nda pecora, ita nunc agros *collective* possiderent. Ita in initio huius gradus culturae. Verum, quod probe no- ı et quod ipse de Laveleye fatetur, crescente dein industria et *›nsitate* agriculturae, quam sane ipsa aucta multitudo con- ium magis magisque deposcebat, *ubique* terrarum ista com- m possessio agrorum quantumvis „originaria" in desuetudinem abiit et dominiis privatis locum cessit. — Praeclarum hoc testimonium pro asserenda *sociali necessitate* proprietatis privatae, etiam *agrorum,* ex ore adversariorum libenter acceptamus.

Ceterum, quae hic passim et quadam constanti lege in generationum humanarum successione evenire supponuntur, tametsi pro varia indole et condicione hominum, pro particularibus quoque adiunctis externis non raro ad similem aliquem modum contingere potuerint, plane tamen negandum est, ea ex universali quasi regula „ubique et apud omnes gentes" revera locum habuisse. Ita falso supponitur omnium gentium originem a statu barbaro et fere beluino coepisse, cum plurimas contra ab altiore cultura eo decidisse monumenta testantur. Falso similiter supponitur fixas habitandi sedes ubique per integras tribus aut communitates pri-

---

[1] Fuse et solide de hac re: *Cathrein,* Das Privatgrundeigenthum und seine Gegner (1892). *H. Pesch,* Liberalismus, Socialismus etc. I, 214—238. *v. Hertling,* Naturrecht und Socialpolitik c. 9, p. 38 sq.

[illegible], cum forte frequentius independentia famili[illegible] [illegible] sibi locum tamquam proprium elegerint nec [illegible] [illegible]ntionibus cinxerint. Ita v. g. de veterum [illegible] populis apud *Tacitum*[1] legitur: „Nullas German[illegible] [illegible] habitari satis notum est; ne pati quidem in [illegible]. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campu[illegible] [illegible]." Adde, quod apud antiquissimos populos, qu[illegible] [illegible] hodie singulari studio et labore examinantur, [illegible] [illegible] *Aegyptios* et *Sinenses* nonnisi privata agrorum poss[illegible] [illegible] quam apud *Hebraeos* etiam iure hereditario st[illegible] [illegible] Litterae (ut Gen. c. 23 et 33) testantur[2].

[illegible] c. 16.

[illegible] (l. c. I, 234) vera documenta, quae ex luculento e[illegible] [illegible] ethnographico de hac re instituto erui posse videntur, haec [illegible] [illegible]:

[illegible]. Die Unterscheidung zwischen Fischer-, Jäger-, Hi[illegible] [illegible] und Handelsvölkern mag immerhin geeignet sein, die v[illegible] [illegible] Vollkommenheit des wirtschaftlichen Lebens zum Au[illegible] [illegible], und nach der Art der Productionsverhältnisse eine ge[illegible] [illegible] ökonomischen Entwicklungsgrade darstellen. Allein die ‚A[illegible] [illegible] Unterscheidungen wirklich *historische* Wirtschaftsstufen bezeic[illegible] [illegible] Völker dieselben Entwicklungsstadien mit Nothwendigkeit durchl[illegible] [illegible] kann weder aus directen Zeugnissen noch durch die vergle[illegible] [illegible]methode noch durch irgend welche Vernunftschlüsse erwiesen w[illegible]

[illegible]. Gerade die *ältesten* Nachrichten weisen vielmehr auf *fes*[illegible] [illegible] und *Ackerbau* der in der Urheimat des Menschengeschlechtes z[illegible] [illegible] Völker hin, ebenso wie sie zeigen, dass nicht nur an beweg[illegible] [illegible] sondern auch am Grund und Boden in der grauen Vorzeit individ[illegible] [illegible]eigenthum bestanden habe. — Es ist also vom historischen Standp[illegible] [illegible] unzulässig, das *Collectiveigenthum* als die *erste*, *ursprüngliche* Eigent[illegible] [illegible] zu bezeichnen, als eine Eigenthumsform, die bei *allen* Völkern eine [illegible] Durchgangsstufe zum individuellen Privateigenthum gebildet ha[illegible]

[illegible]. Was die Stämme betrifft, welche die Urheimat unsere[illegible] [illegible] verliessen oder in spätern Zeiten durch Völkerwanderungen zun[illegible] [illegible] neuer Wohnsitze gezwungen wurden, so wird nicht selten die [illegible]upation des Ansiedelungsgebietes durch den ganzen Stamm als solch[illegible] [illegible]. In einzelnen Fällen mag auch die Feldgemeinschaft n[illegible] [illegible] nach der Ansiedelung, mitunter vielleicht sogar mit perio[illegible] N[illegible] [illegible] des Landes, fortbestanden haben. — Allein bei einz[illegible] N[illegible] [illegible] zeigt sich auch das individuelle Privateigenthum *sofort* und *un*[illegible] [illegible], ohne Dazwischentreten eines Stammeseigenthums, sobald der Uebe[illegible] [illegible] der Weidenwirtschaft zum festen Ackerbau sich vollzieht. In der [illegible] löst sich das Collectiveigenthum — wo es bestand — verhält[illegible] [illegible] in individuelles Privateige[illegible]um an der Hofstätte auf.

5. Inter eos denique, qui ceteroquin oeconomicam et
atem privatae proprietatis rerum agnoscunt, non
in aestimando *originario titulo iuris proprietatis* a nobis
*ice* dissentiunt. Quorum *duplex* opinio distinguitur:

a) Alii originarium titulum privati dominii in ipsa *personalitate*
um esse docent, eo quod illud necessarium huius com-
dicendum sit?[1] Quod quidem, etsi sua veritate non
minus tamen obiective determinatum est, quam ut titulus
ius esse possit — non cuiuscumque transitoriae, sed *stabilis*
tis. Huius namque intuitu ne ipsum quidem hominis „ius
um rebus utendi" per se sufficeret, nisi ulterius per respectum
*fines vitae socialis* determinaretur.

b) Alii iuridicam originem proprietatis a solo hominis *labore*
mpenso derivant. Quae sententia eatenus praecedenti ana-
videtur, quod labor humanus rebus sive producendis
ficandis sive perficiendis impensus aliquid humanae per-
tatis *rebus immanens* repraesentat, per quod ipsae res quoque
modo ad personam pertinere eique appropriari censeantur.
um hanc opinionem igitur ius proprietatis rerum fere re-
r ad ius quod unicuique competat *in fructum seu productum*
*ris*. Gravius aliquod momentum huic doctrinae inde potis-
n accessit, quod eam primo quidem „liberalis oeconomismus"
bus Ricardo et ceteris), deinde et socialismus in suos usus
ertit (n. 143 sqq.), dicens „omnem valorem oeconomicum esse
ctum laboris".

At vero ipsum philosophicum fundamentum, quo isti nituntur,
n esse probatur. Labor enim nequaquam *originarius* titulus
iure proprietatis esse potest. Nam *a*) Si supponitur labor rei
ısus se habere ad huius substantiam et internum usualem

---

„*Viertens.* Wo immer jedoch das angeblich ursprüngliche Gemeineigenthum *auf die Dauer* beibehalten wurde, wie dies z. B. im indischen ‚Fünfstromlande', im Pandschab, geschehen ist, wurde eine *höhere Culturstufe* nicht erreicht. — Diese Thatsache, welche von den Evolutionisten nicht bestritten wird, legt nun offenbar den Schluss nahe, dass gerade in dem Collectiveigenthum ein Hinderniss der naturgemässen Entwicklung zu höherer Vollkommenheit erblickt werden muss."

[1] Huc aliquatenus referri possunt: *Stahl,* Rechtsphilosophie (1854) II, 351. *H. Ahrens,* Naturrecht tom. II, § 64 sqq. *Bluntschli,* Allgemeines Staatsrecht I, 194: „Das Eigenthum ist . . . das Werk des individuellen Lebens, gewissermassen *die Erweiterung des leiblichen Daseins der Individuen.*"

valorem veluti exiguum aliquod accidens, ut frequenter conti videmus, plane non intellegitur, quo demum rectae rationis di eiusmodi accidens propter suam originem „personalem" ir rei substantiam, forte in se permagni aestimandam, quodamm in se attrahere et eadem qualitate personali imbuere ce sit, ita ut deinceps totum personae tamquam proprium subiic β) Quod si vero labor intellegitur *productivus* aut quo res a ad qualemcumque usum *substantialiter* transformatur, ne ut, antequam labor suscipiatur, huius substratum materiale naturam suppeditatum *iam factum sit proprium,* scilicet occupatione rei quae erat nullius. Per illum enim labor *verum dominium* in *rem* subiectam exercetur, quod quidem, u laborem praecedens, nullo modo titulo laboris niti potest. γ) res, quibus homines indigent et quas sibi tamquam propr quirunt, iam per se absque ullo labore humanis usibus commodatae; unde, si adhuc domino carent, communi hom iudicio simplex personalis occupatio sufficit, ut illae tamquam propriae reali usui deputentur, ut v. g. patet modico terrae fundo hactenus libero, quem quis sibi e tamquam locum construendae habitationis. — Atque hinc si apparet, quam falso axiomate utantur qui *unicum* fontem oeconomici valoris *laborem* esse contendunt. Nihil tamen ot quominus, in praesenti maxime ordine oeconomico-sociali, *labo* etsi non unicum, praecipuum tamen factorem *novos* iugiter ducendi valores agnoscamus et consequenter laboriosae operario classi iustum et hoc suo merito sociali dignum in societate lo postulemus.

## Articulus 2.

*Specialia Marxii documenta critice examinantur.*

184. Horum summa, prout supra (n. 149—160) exposita duplex doctrinae (puta „scientiae" qua socialismus gloriatur) comprehendit, alterum *philosophicum* alterum *oeconomicum.* fundamentalia philosophica principia exhibet, a quibus sociali „scientificus" procedit; in hoc autem propria Marxii theoria o nomica cum suis deductionibus continetur.

Quae quidem omnia, tametsi per se nullam ex thesibus p missis (quibus et naturalis origo et socialis necessitas privati etiam immobilium et „productivarum" dominii, necnon institutionis inviolabile ex iure naturae fundamentum

sunt) ullo modo labefactare valeant, ipsum tamen
im *„scientiae“* nomen, quo ornantur, exigit, ut et ipsa pro
suo valore examinentur[1].

## § 1. Ad principia philosophica.

l hic potissimum *fundamentalia principia* consideranda
, a quibus „scientificus socialismus“ proficiscitur:

I. *Aestimatio historiae tamquam evolutionis mere materia-* (vide n. 150). Hoc principium realiter aliud non est nisi *atheismus et materialismus* ad hominum societatem et res humanas applicatus. Pro omni autem sano philosufficit eiusmodi fundamentum philosophicum notasse, ut praeiudicio de valore cuiuscumque systematis socialis, quod perstruatur, in antecessum suam sententiam pronuntiare idque teste ipso *Mazzini* (n. 153). Est enim tale prinitialiter *antisociale,* quod ad solvendum quidem omnem compagem societatis ac proinde ad destruendum traditum socialem censeri potest apprime accommodatum, novo ex eius ruderibus suscitando et stabiliter erigendo aedificio natura sua penitus impar et adversum erit.

II. *Perfecta inter omnes homines aequalitas iurium.* Quod si tur perfecta aequalitas non tantum civilis et politica verum *soialis,* immo „aequalitas condicionum exsistentiae pro omni-, quam nonnulli propagatores socialismi vulgo promittere nil ant, non est quod in ea refutanda immoremur, cum omnis

---

[1] Ceterum, quod ab initio futurum praevidebatur, *nunc* in sinu „demoie socialis“ iam aperte evenire constat, nimirum grave domesticum dissicirca ipsa *theoretica principia Marxii,* quae hactenus tamquam firmis- et c „scientiae“ fundamentum moderni socialismi celebrabantur. n e u ex illius discipulis olim addictissimis simulque ingenio et pol *Eduardus Bernstein,* post longam, ut ipse fa- m, in opere „Die Voraussetzungen des Socialismus Aufgaben Socialdemokratie“ (Stuttgart 1899), fundamentalem illam cri e exami gravisque erroris arguere suscepit — non sine r „s et di e motu animorum. — Cf. *H. Pesch,* Die grund- S Socialismus nach Eduard Bernstein, artic. in en aus -Laa LVII (1899), 1. — *Franz Schaub,* Die Eigenthums- nach Tl s v. Aquin und dem modernen Socialismus (1899), ubi p. 234 chen Correcturen des Marxismus“. Statum actualem „Der s Parteitag“ zu Hannover 1899 (Histor.-polit. Bl. CXXIV, 669).

sana ratio eam absurdam esse et per ipsam t e l
individuae inaequalitatem absolute excludi intell . r
quoque id minime latuit. Quare illam *perfectam* s i a
litatem etiam in futuro statu socialistico semper ma
quam realem fore agnovit, eidem tamen magis ma ne a
pinquandi viam per socialismum paulatim applanat
stimat. Proxime autem „aequalitas iurium" ipso in
aliud significat nisi abolitionem omnis discriminis
classium socialium, quibus substitui vult *unam* classem o
riorum. — At vero ista quoque „aequalitas", tametsi
aliqua fictione quomodocumque induci et aliquo tempore forte
sistere posset, stabilis tamen socialis institutio, a
hypothesi socialistica, fieri nequaquam poterit. Namq s
hanc hypothesin omnes quidem homines „operarii" sunt, sed vi
ac dotibus naturalibus inter se valde inaequales; porro c
muni producto in singulos redundare debet fructus eorum
quantum fieri potest proportionatus. Hinc autem successu
novas oriri classes sociales inter ipsos „operarios" ne
quarum aliae aliis ditiores, multiplici vitae commoditate feli
reali influxu sociali potentiores ac tandem ex privilegio superio

## § 2. Ad principia oeconomica[1].

187. Quicumque Marxianam theoriam oeconomiae socia s
n. 154—158 per compendium expositam) attente consi
in eaque internos assertionum et conclusionum nexus dilig t
scrutatus fuerit, non poterit non illico animadvertere m ill
structuram logice uni vel paucis quibusdam assertionib n
praemissis inniti, quae si inanes et falsae comprobentur, omn
deductas conclusiones destructivas similiter inanes esse ha

188. *Primum ac fundamentale principium oeconomi* , q
utitur Marxius, est axioma iam ab Ad. Smith, Dav. Ri do
que ducibus „liberalis oeconomismi" assertum et scientiae
pervulgatum, quo dicitur: *valorem commutativum (Tu*
*omnium mercium ab earum valore usuali (Gebrauchswerth) i s*
*esse independentem et unice constare quantitate laboris illis pro*
*ducendis impensi iisque obiective immanentis.*

---

[1] De eadem re cf. *Cathrein*, Der Socialismus (ed. 7, 1898) p. 81
*v. Hammerstein*, Stimmen aus Maria-Laach X (1876), 439 sqq. *Hitze*, K
und Arbeit (1880) p. 9 sqq.

Iam vero hoc principium, iam a suis auctoribus *absque solida gratis assertum* et sua „liberali" auctoritate discipulis transn, in reali rerum ordine re vera *falsum esse convincitur.*

*Etenim,* licet admitti possit in multis bonis, quae per se rcio potissimum destinantur, eorum valorem commutativum pretium *principaliter* per quantitatem laboris (i. e. totius ɜ tam realis quam personalis ad eorum productionem re-ı) determinari, omnino tamen *negandum* in eandem deterionem non semper *simul* valorem usualem vel non frequenter *primario* influere. *Et vero:*

1. Id iam satis insinuatur *illa* interna relatione inter valorem m *usualem* et *commutativum,* quam ipse Marxius haud diffitetur ıua fit, ut omnis rerum valor commutativus earundem valorem em usualem tamquam sui *condicionem* supponat, neque ulla usibus humanis *plane* inepta valorem tamen commutativum ı seu, quod idem est, in commercio pretio aestimari possit. hinc non merito concludat magnitudinem quoque huius pretii valoris commutativi cuiuscumque mercis per *gradum usualis is,* etsi non unice, necessario tamen ex parte determinari?[1]

2. Idem communi hominum iudicio et quotidianae experienunice respondet. Quotidianum namque rerum commercium ı exempla subministrat, quibus haec veritas practice illuır et quibus citra dubium apparet non raro in aestimando e *commutativo* mercium *laboris productivi* aut nullam aut certe nam rationem haberi, e contrario autem maximi fieri eas itates, quibus augetur usualis valor per maiorem illarum utilitatem et appetibilitatem, ut v. g. per singularitatem aut raritatem. Ex multis eiusmodi exemplis, quae afferri solent[2], pauca tantum hic notasse sufficiet. a) Quod si in aliqua regione ob diuturnam ariditatem omnes aquae salubris fontes praeter unum in fundo possessoris N. situm plane deficiant, aqua huius fontis, etsi alias propter generalem abundantiam per se incapax alicuius pretii, nunc tamen propter limitatam eius copiam pro multitudine indigentium procul dubio pretio aestimari poterit et verum ac-

---

[1] Cf. *Taparelli,* Diritto nat. I, n. 951 sq., qui citat etiam *Say,* Economie polit. tom. I, cap. 1, p. 4 et ad finem tomi III in epitome ad vocem „Valeur", ubi fundamenta valoris ad haec duo reducit: 1. L'utilité, qui détermine la demande.... 2. Les frais de production, qui bornent l'étendue de cette demande.

[2] Cf. *Cathrein* l. c. p. 91 sq.

quiret valorem *commutativum*. Quis autem sanus di
ab humano labore illi impenso oriri, cum fons supponatur
ulla cooperatione artis humanae mere naturaliter ex
b) Supponatur industrius aliquis mercator magnam q
lignorum varii generis suis sumptibus ex aliqua silva
quam nulla adhuc cultura tetigit, excisam et inde in
feliciter transvectam publice venalem exponere. Secundum
cunctis his lignis aliunde oriri valor commutativus nequit
universis laborum et operationum sumptibus su antia
iis inhaerentibus simul cum personalibus curis et i
mercatoris negotium comitantibus. Ex nativa origine a
omnia ista ligna pretio carebant, nunc autem *ae uliter*
quantitatem laboris repraesentant, unde secundum rxii t
singulis lignis pro certa mensura quantitatis *idem p*
dere debet. At vero quin realiter contrarium eventurum sit,
dubium esse potest. Emptorum aestimatione pretium lig
varium erit pro vario eorum genere, pro maiore vel
titudine ad practicos usus, immo et pro eorum rarita v
generositate. — c) Similiter varia producta agricultu
frumenta, vina, naturali qualitate inter se diversa, sed,
ponamus, respective *aequalibus* fere laborum sumptib
profecto non propterea singula, nulla habita ra ne
bonitatis, eiusdem valoris aestimantur, fruges, frume v
primae sive infimae qualitatis.

Atque his similia innumera alia exempla afferri p
bus ostenditur vix umquam per *solam* quantitatem lab
ductivi rerum valorem commutativum determi i, pr
axioma fundamentale Marxii et theoretice et p ti
comprobari.

**192.** 3. Marxio denique *auctoritas et Aristotelis et S. Thomae Aq.* diserte contradicit:

a) *Aristoteles* loquens de permutatione rerum dive
generis in humana societate et de condicione iustitiae et a ita
quae illi conveniat, inter alia haec dicit: „Quarum rerum
mutatio, eas oportet esse eiusmodi, ut inter se quodammodo
parari possint. Atque ad hanc rem nummus quaesitus c
paratus est, qui omnium rerum quodammodo fit medius s
sura; nam res omnes metitur." Dein allato exemplo permutati
numeri calceorum pro aliquo aedificio vel pro alimentis ita pergit

on poterunt autem comparari, nisi quodammodo sint aequalia. ;o, quemadmodum supra dixi, unum quiddam esse oportet, d cetera omnia metiatur. Hoc autem re quidem vera *usus indigentia* est, quae omnia continet. Nam si nulla re egerent aut si non similiter egerent, vel nulla vel non eadem nutatio. Sed in indigentiae locum ex hominum quasi io successit nummus."[1] — Secundum Aristotelem igitur unis ratio comparationis in permutatione rerum atque id, a quo xime valor commutativus dependeat, ipsa est earum et eidem respondens hominum *indigentia*.

b) *S. Thomas* non uno tantum in loco clare aperit, quid de ra et vera origine valoris commutativi rerum sentiat et quan- in re a novo illo dogmate „liberalis oeconomismi" et . Ita in Summae theol. quaestione, quae in- r „De fraudulentia, quae committitur in emptionibus et ionibus"[2], identidem de rerum *valore* et *pretio* sermo re- it, et semper quidem supponitur valorem rei, cuius mensuram t pretium, ex communi quadam aestimatione determinari, le do, *partim* quanti res valeat pro venditore (puta ratione um, laboris impensi, emolumenti cessantis), *partim* quanti pro emptore (ratione utilitatis ad optatos fines). Et post- s. Doctor ostendit ad iustitiam pertinere, ut in tali con- neque „pretium excedat quantitatem valoris rei" neque „e e res excedat pretium", sollicite quaestionem examinat: ut venditor teneatur dicere vitium rei venditae? et facta aliqua iunctorum distinctione generatim affirmative respondet. Eo autem manifeste profitetur verum valorem commutativum *on solo labore productivo*, quem repraesentat, sed semper ex s usuali aptitudine determinari. Id ipsum insuper e affirmat[3]: „Sicut Augustinus dicit XI de civit. Dei cap. 16, rerum venalium non consideratur secundum gradum na- , cum quandoque pluris vendatur unus equus quam unus sed consideratur secundum quod res in usum hominis . Et ideo non oportet, quod venditor vel emptor cognoscat

[1] Eth. Nic. l. 5, c. 8, ed. *B.* 1133 a, 25: . . . *δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι, ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον· τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, ἣ πάντα συνέχει· εἰ γὰρ μηδὲν δέοιντο ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ ἢ οὐχ ἡ αὐτή. οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην.*

[2] S. theol. 2, 2, q. 77, a. 1. 2. 3.

[3] L. c. a. 2 ad 3.

occultas rei venditae qualitates, sed illas solum, per quas ı humanis usibus apta, puta quod equus sit fortis et bene cur et similiter in ceteris." — Porro in hac re cum S. Thoma uni' eius schola consentit [1].

193. *Alterum* momentum, quod in theoria Marxii instar pr effertur, eius est doctrina de gratuito *valoris augmento* (, werth"), quod „capitalista" operarios conducens in horum detri mentum per se iniquum iugiter sibi lucretur (vide ex n. 158). — At vero haec tam celebrata Marxii inventio omnino aliquod principium a superiore distinctum neque mentum ullum continet, quod non tamquam *conclusio* ab eoc illo principio derivetur, quod modo *falsum* esse demonstra Immo huius demum conclusionis gratia, ad quam tota theoria de valore dirigitur, tam sollicite ab eo illud principium praemissum videtur. Nisi enim supponatur re valorem commutativum et pretium ei congruum independ illorum valore usuali determinari, scilicet sola quantita l productivi impensi, quomodo Marxius cum aliqua specie veri contendere posset, in omni contractu, quo patronus opera facultatem laborandi sibi emit (i. e. in suum servitium condı secundum iustitiam civilem totum valorem *usualem* istius facul cum omnibus novis valoribus, quos continuo producit, em (conductori) tamquam *lucrum gratuitum* accedere, eo quod illius valor commutativus pretio compensetur, data ı op rariis titulo mercedis pactae aliqua summa pecuniae, q circit aequivaleat mediis et expensis ad producendam seu sus ta illam facultatem laborandi? — Hinc videlicet Marxi prol conatur „capitalismum" necessario et *ex natura pro tis o socialis* constare et iugiter augeri spoliis pauperum ope i ı neque aliud remedium ad hoc malum sanandum sufficere ı ı dicalem istius ordinis subversionem. Refutato igitur et su ipso principio, quod Marxius in hoc ratiocinio *supponit*, ei que conclusio similiter inanis esse comprobatur. — Per hoc minime negare intendimus, socialem miseriam multorum o rum, qui sua et suorum necessitate adacti in fodinis et o industrialibus corporis vires et vitam consumunt, ut pauco

[1] De eadem quaestione cf. *I. Biederlack* S. J., Zur ( Wirtschaftslehre des hl. Thomas (Zeitschrift für kath. Theol , 1896, fasc. 3, p. 574 sqq.).

i imm m crescant, non raro inde etiam oriri aut
e melio sortis continuari, quod usurariis contractibus
iun et mercede, quam aestimatio humanae dignitatis,
i postularet, ex parte defraudantur. Id vero
a praesentis ordinis socialis evenit, utpote
c condicionibus iustitiae naturalis nec a lege caritatis
eximitur. *Verum* igitur remedium contra mala so-
ius ordinis subversio, sed eius potius *christiana re-*
ret, cuius viam et modum Leo XIII P. M. in Encycl.
um novarum" tam lucide proposuit.

# Caput III.

## De variis dominii condicionibus.

### Articulus 1.

### *De modis acquirendi dominium* [1].

*Modus acquirendi* dicitur factum, quo aliquid tamquam
um *legitime* acquiritur. Itaque omne dominium titulum ac-
ionis, i. e. rationem, ex qua iustitia acquisitionis intellegitur,
sibi conexum habere debet. Huc igitur pertinent omnia facta sive libera sive naturalia, quibus ius hominis connatum res proprias acquirendi in concreto determinari potest. Nimirum ut ius rebus *utendi* ita et ius res ut *proprias acquirendi*, ut supra (n. 174—177) ostensum est, hominis quidem ius connatum ac proinde cum ipsa hominis exsistentia *formaliter* determinatum est, respectu tamen *obiecti seu materiae* per se manet *indeterminatum*, utpote remote quidem et secundum possibilitatem res quaslibet creatas, nullam vero earum proxime ac determinate respiciens. Ita acceptum ius naturale hominis circa usum et proprietatem rerum in omnibus hominibus essentialiter aequale est. Ut igitur in concreto aliqua res externa personae humanae (sive physicae sive

[1] Graves huius articuli quaestiones ad mentem veterum non minus solide quam fuse pertractarunt iidem scholastici auctores supra (n. 129) nominati, qui post S. Thomam „de iustitia et iure" ex professo scripserunt. — Eorum vestigia servando ad usum praesentis temporis inter alios recentiores scriptores eandem materiam clare complexus est *H. Pesch*, Liberalismus, Socialismus und christliche Gesellschaftsordnung I, c. 3, § 6: Die Erwerbung des Eigenthums (p. 330 sqq.).

moralis) *propria* fiat, ad illud commune elementum naturale aliquod *factum* materiam in individuo determinans accedat ( : Et ex hoc quidem elemento contingente et individuali in iu h num circa res externas multiplex *inaequalitas* necessario i uci

*Distinguitur* modus acquirendi: 1. *Originarius* et *d* prout res, quae acquiritur, nullius aut alterius dominio s erat; 2. *principalis* et *accessorius*, prout res i t rei soria tantum acquiruntur; 3. *iuris naturae* et *iuris* p solo iure naturae aut nonnisi mediante iure positivo valet.

## § 1. De modis originariis.

195. Modi originarii numerantur duo: *occupatio* et *accessio*, quorum prior principalis, alter vero accessorius et partim etiam derivativus est.

### A. Occupatio.

*Occupatio* (Besitzergreifung) vocatur apprehensio rei, q nullius, cum animo eam habendi ut propriam[1]. Occupationem *modum vere originarium eumque principalem acquirendi* ex (n. 174 sqq.) dictis satis manifestum est. Immo *ne corollarium* theseos XXVII esse facile cognoscitur. Quo n facto aeque originario et immediate necessario ius connat ut proprias acquirendi realiter in usum deduci posset, *cum o aliud non sit nisi ipse actualis usus illius iuris?* — Ideo hoc (

---

[1] *S. Thom.* 2, 2, q. 66, a. 5 ad 2. *Lessius*, De iust. et i lib. 2, c. 3 dub. 3, n. 16: „Quando dominium non transfertur ab uno ad alt ad a quisitionem eius sufficit *apprehensio*. Sic enim acquiruntur ( rerum, quae *nullius* sunt." (De qua re dein specialius agit c. 5.) — centiores philosophos contra vulgares huius aetatis errores ac pr eam veritatem invicte profiteri nil dubitat *v. Hertling* (Naturrecht u S c. 9, p. 36 sq.): „Gott hat ursprünglich das Menschenges Besitz der Erdengüter eingewiesen. Für die Vernunft ibt s d dass der Mensch für die Erhaltung seines Lebens und füll vorgezeichneten Aufgaben und Zwecke dieser Güter bed . Er soll Natur dienstbar machen.... Das Eigenthum aber e urspr Besitzergreifung, durch Occupation. Auf Grund je all ist der Einzelne und ist eine Vereinigung von nsc gt, Gütern der Erde anzueignen, was noch ni am Willens unterworfen ist. Tritt auch die Occupation in wick nissen fast ganz in den Hintergrund hinter andern Er , so hat doch als die erste und ursprüngliche Quelle des E zu gelten." — Cf. *Cathrein*, Moralphilosophie (1899) II, 292. 300. *H. Pesch* l. c. p. 334 s *A. M. Weiss*, Sociale Frage und sociale Ordnung P. I, p. 328.

veterum doctrinae caput vix non evidens per modum theseos ıper proponere ac probare superfluum existimamus. Quare re- tantum, ut condiciones perpendamus, quae requiri videntur, ı legitimus proprietatis titulus fundari possit, simulque ad m quae supersunt recentiorum praeiudicia respondeamus.

Ex ipsa porro *notione* et *fine* occupationis *haec requisita* ır:

1. *Ex parte rei occupandae,* ut sit: a) tum *moraliter* tum *capax* apprehensionis et exclusivae possessionis; hinc ex- ır non solum personae omnes sed etiam res per ipsam dantiam inexhauribilem ad communem *tantum* usum desti- e, ut aer, lumen solis etc., vel quae veram apprehensionem natura non admittunt, ut oceanus; b) *res vere nullius,* i. e. nquam occupata vel quae desiit esse sub alieno dominio.

2. *Ex parte occupantis:* a) *animus* rem habendi deinceps ut priam; b) *apprehensio,* i. e. factum, quo quis rem in suam tatem redigit vel *physice,* ut fit in rebus mobilibus, vel saltem , i. e. voluntatem hanc externo actu sufficienter mani- o. Actus enim meae voluntatis internus *alios* obligare non , ut rem tamquam meam agnoscant. Ut autem pateat nem esse factam non ad usum qualemcumque, sed ad possessionem, insuper requiritur c) *signatio,* i. e. signum *n* et *perdurans* ipsi rei occupatae impressum. Haec a varia ɔ possunt pro variis rebus et qua talia innotescunt tim ex natura rei, partim ex hominum consuetudine et praxi ionali, aliquando etiam ad cavenda dubia lege positiva ɔrminantur. Sic res mobilis sufficienter signata censetur, si vatur in propriis aedibus vel impenso labore ad usum formatur; terrae fundum occupatum esse ostendit vel eius cultura vel saepes circumducta etc.; ius aliquod teneri ut proprium signat eius usus vel alia eius actualis aut virtualis assertio externa.

## Notanda ad solvendas difficultates.

196. Iidem fere recentiores scriptores, qui fundamentali principio in thesi XXVII enuntiato contradicunt (cf. n. 182), eo quod originarium titulum iuris proprietatis in ipso *iure connato rebus utendi* intuitu finis eius socialis iam fundari non admittunt, consequenter etiam eiusdem principii corollarium agnoscere detrectant.

Hinc negant *in solo facto occupationis* vim esse op
tatis circa rem nullius determinandi, eiusque loco *sol* rei,
*mationem*" late sumptam (i. e. *laborem* rei impensum) ı
modum originarium legitime acquirendi statuunt[1]. (
sententia aliquatenus consentiunt multi socialistae, qui
condicione privata dominia admitti volunt, ut non ( ır
acquirendi titulus nisi labor (Arbeit). Sunt etiam qui in
plectenda illa opinione opportunitatis potius ratione q ı
sophico principio ducuntur, existimantes in ea optimum re
contineri adversus arbitrariam accumulationem dominiorum
manibus paucorum, cum contra acquirendi modus per
occupationis factum avaritiae nullos alios limites figat n
tentiae et sollertiae in praeoccupando.

His autem praeter ea, quae supra n. 183 dicta sunt, et
liquet laborem rei impensum esse quidem modum acquir ac-
cessorium, sed nec originarium nec principalem, haec ins
spondemus:

1. Nimiam bonorum congeriem minime ex *prima* occı
*rerum nullius* ortam esse, sed potius per modos acquirendi (
*vativos,* et per eosdem etiam fieri, ut per primos possesso
abundantia raro diutius conservetur, sed successu temporis
petuae fluctuationi subiecta sit.

2. Occupationi per se sufficiens moderamen inest, si non abstracte, sed cum supra enumeratis necessariis condicionibus accipitur. Eo imprimis pertinet *signatio.* Fieri enim vix potest, ut homo privatus occupatione *sufficienter et permanenter signata* tenere diu p
bonorum complexum, qui proportionem proprii usus multum c

3. Si quidem ipsum ius rebus utendi, ut demonst ıı
verum originarium proprietatis acquirendae titulum supp
ius proprietatis determinandum requiritur et sufficit *volu*

[1] His per similem doctrinam in Anglia iam praeierat *Adam Ferguson* (1723—1816) in opere „Institutes of Moral Philosophy" (Lond. 1769) V, 10 asserens per occupationem quidem rei, quae nullius est, eius *possessionem*, sed non nisi per laborem ei impensum eius *proprietatem* determinari. — At si hoc verum esset, nullus modus *transferendi dominium rei* ope contractus, ut donatione, venditione etc., iure naturae per se et immediate validus esset; quia ut ex infra dicendis (c. 4) patebit, omnis acquisitio rei per contractum, mere philosophice loquendo, ultimatim fit *per occupationem* rei, quae a tradente prius facta est *nullius*, sub condicione, ut ab altero contrahente immediate occupetur ut sua, i. e. acceptetur. Ecquis ferat absurdum, rei emptae dominium tum solum a se acquiri, cum ei labor impensus fuerit?!

nullius assumendi ut propriam *facto externo satis declarata et permanenter signata.* Hanc signationem autem per solam rei „formationem" et elaborationem fieri debere eo minus admitti potest, quod haec in multis rerum generibus omnino locum habere nequit.

4. Perperam denique a nonnullis, ut iam supra ostensum est, nitur genuinam et *formalem* rationem proprietatis in eo con-e, ut res per receptam formam fiat quasi *aliquid ipsius per*formantis eique mediante forma etiam materialiter speciali u *participationis* coniuncta. Profecto labor ab homine implerumque est accidens; quis vero serio dicat propter eius accidens ipsam rei substantiam ad ipsum pertinere? De autem impenso substantiali et specificante vide n. 183.

B. Accessio [1].

*Accessio* (Zuwachs) modus acquirendi est accessorius. Hoc in sensu iuridico quodvis incrementum venit, quod acit res nostra tamquam sui accessorium. Non raro tamen ı ipsum ius significat eiusmodi accessoria accipiendi ut proı vi dominii in rei substantiam.

*Distinguitur* accessio triplex: naturalis, industrialis et ta, prout fit vel naturae beneficio vel hominum industria vel ıque causa concurrente.

1. *Naturalis* accessionis species sunt: a) *fructus* naturales, ut animalium foetus, lana etc.; b) *alluvio,* qua dominus fundi acquirit quidquid sensim et pedetentim eius solo ita adiicitur, ut de eius domino priore constare non possit; c) *insula* nata in flumine vel lacu proprio vel in maris loco dominio subiecto; d) *alvei mutatio.* Alveus per se est eius, cuius est flumen. Si tamen flumen ex agro tuo facit alveum, dominium in eo retines, quamdiu non deseris.

2. *Industrialis* accessionis species recensentur: a) *Specificatio,* qua res aliena mutatur in aliam formam seu speciem, ut si fit ex lignis alienis navis. In tali casu vel specificans acquirit materiam praestita indemnitate vel dominus materiae specificationem, prout species materiam vel contra haec illam pretio notabiliter superat. b) *Confusio* vel *commixtio,* qua res aliena cum nostra inseparabiliter unitur; illa denominatio pro liquidis, haec pro

[1] Cf. *Lud. Molina,* De iust. et iure tom. I, disp. 57. *De Lugo,* De iust. et iure disp. 6, sect. 13. *Grotius,* De iure belli ac pacis lib. 2, c. 8.

aridis, v. g. frumento, usurpatur; tale factum producit c
minium pro rata. c) *Adiunctio,* quae multis modis fieri p
v. g. inaedificatione in solo alieno, intextura, pictura in m
aliena etc. Ita quidem vel oritur condominium pro rata vel
accessoria cedit principali, scilicet tabula picturae, aedificium
reservato iure aequae compensationis.

3. *Mixtae* accessionis species sunt: *plantatio* et *satio*
plantata vel sata iam ita radices egerint, ut separari nequ
cedunt domino fundi soluto pretio.

**199.** *Regulae iuris* pro variis eiusmodi accessionibus tradi
litae hoc duplici principio nituntur: 1. Dominus ius habet d
sua eiusque cunctis partibus, usu et fructu exclusive disp
sed 2. rem alterius pro arbitrio sibi arrogare non pote
dominus rei principalioris, quamvis in rem accessoriam adiun
acquirit ius occupationis vel dispositionis, non tamen r
pretio ditescere ex alieno potest. Idque etiam in casu i
ex parte specificantis vel adiungentis per se servandum
Tametsi tali nihil quidem titulo indemnitatis vel pro labore
penso debetur, aequum tamen pretium pro *incremento,* quo
ditior factus est, generatim reddendum est, nisi positiva l
iudicis sententia per modum poenae aliud statuatur.

## § 2. De modis derivativis.

### A. Traditio.

**200.** Traditio, qua quis ius proprietatis in gratiam al
alienat, praecipuus est acquirendi modus derivativus[1] et
omne dubium iure naturae validus. Traditio multiformis
et fit per varias species *contractuum*, de quibus infra s
agendum erit. Quare hoc loco tantum remanet, ut propriu
*fundamentum iuris* exponamus, in quo simul valor natu is
tractuum nititur. Porro hoc fundamentum constituunt simul
iura: *ius alienandi* in iure proprietatis implicitum, et *ius co*
*occupandi rem nullius.* Unde sit

**201. Thesis XXVIII. Translatio dominii**
**ditionis immediate in iure naturae fundatur.**

**Probatur I.** *Ex notione dominii et iure occupandi*
Proprietarius vi ipsius dominii de re sua salvo iure ru

[1] Cf. *Lessius,* De iust. et iure lib. 2, c. 3, dub. 3.

*disponere,* proinde eam etiam alienare potest, i. e. ea con-
abdicare, ut alius determinatus homo eam immediate
at ut suam; similiter iure naturae hic alter talis condicionis
us rem illam *ita factam nullius* legitime occupare et sibi
ropriare potest sine ulla iniuria aliorum. Atqui his duobus
ntis constat omnis translatio dominii per modum traditionis.
o . . .

**Probatur II.** *Ex fine sociali proprietatis.* Huic fini suo essen-
ius proprietatis plane repugnaret, nisi cum eo coniunctum
ius rem alienandi in gratiam alterius, qui eam exclusivo
quirat. Hoc enim postulat sociale officium, quo homines
quas possident, sese *mutuo* iuvare in suis necessitatibus
Ad hunc finem certe minime sufficeret sola commodatio
ad usum transitorium, neque etiam mera iuris abdicatio in
m *nullius,* ita ut res sit primi occupantis. — Adde praeterea,
facultate communicationis per proprietatem *non*
*eret ius connatum et commune rebus utendi,* quod in-
rminate ad *omnes res* aequaliter se extendit; ius autem tam
primitivum et essentiale per proprietatem ordinari quidem quoad
n, sed tolli nequaquam potest.

**Corollaria.**

I. Ad effectum iuris ope traditionis determinandum duplex
act concurrit, alter ex parte tradentis (actus cessionis condicio-
e), alter ex parte acquirentis (actus immediatae occupationis
acceptationis); ille qua condicio sine qua non, hic qua causa
minans formalis.

II. Modus acquirendi per traditionem, si formale eius fundamentum spectatur, aliquatenus ad modum originarium *occupationis* reducitur. Atque hinc denuo philosophica necessitas confirmatur hunc tamquam *per se* (non solum mediante formatione) legitimum admittendi.

### B. Hereditaria successio.

203. Hanc inter praecipuos derivativos acquirendi modos numerandam esse nemini dubium, et insuper omnium gentium usu confirmatur. Iam apud antiquissimos populos non solum liberi in bona et iura defunctorum parentum succedere, sed etiam, qui ipsi infantes non genuerunt, extraneos adoptare in filios aut sibi constituere successores solebant. Qua in re partim voluntas -
rentum partim patria consuetudo pro agendi norma el ur.

Id unum controvertitur: utrum illud *iure naturali* an sol( *positivo* factum sit et fiat? — Eandem gravissimam quaest ut quantum res postulaverit attingamus, nonnullae notiones mittendae videntur [1].

**204.** Universitas bonorum ac iurium alicuius defuncti *here* et ius in eiusmodi bona ac iura succedendi *ius hereditarium* recht) dicitur, quod triplici modo acquiri potest: 1. *Pacto ditario,* quo quis alteri absolute vel sub condicionibus quib ius ad successionem confert; si ad partem tantum bonoru stringitur, *donatio mortis causa* vocatur. 2. *Testamento,* quo declarat, quem sibi post mortem in bona ac iura (absolute v( condicionibus) succedere velit; si haec declaratio partem ta hereditatis respicit, *legatum* (Vermächtniss) dicitur. Est legatum, obiective spectatum, pars aliqua bonorum in her( comprehensa, quam heres ex declaratione testatoris trader netur. 3. *Successione ab intestato,* quae contingit liberis aut pinquis iuxta ordinem lege vel more definitum, quoties a nulla de successione facta dispositione e vita decessit. Ideo successio *ob affinitatem* vel *legalis* vocatur.

Porro sub communi nomine *ultimae voluntatis* compre omnis legitima dispositio vel declaratio cuiuscumque for eo, quod quis de suo *post mortem* fieri velit. Itaque ul voluntati *proprium* est, ut, qui per eam de suis bonis toto vitae suae tempore plenum retineat eorum dominium, ipsam dispositionem semper pro arbitrio mutare vel rev possit, nec nisi *morte secuta* in heredem ius transeat de bona ac iura sibi vindicandi. Huc igitur imprimis pertinet dispositio per modum *testamenti* facta; *pactum hereditarium* tantum ex parte notam ultimae voluntatis participat, quatenus per illud quoque nihil dominii vivente domino in transfertur; differt autem a testamento, quod ista dispositio causa inter vivos pacto firmata sit nec revocari pro arbitrio Quod si tali pacto ipsum dominium *alienatur,* ea condicion traditio differatur usque ad eventum mortis, tum non iam *hereditarium* est, sed *donatio inter vivos.* Successio dem *testato* aliquatenus ad ultimam voluntatem legitime *praes* reduci potest.

[1] Cf. *Molina* l. c. disp. 81. *Lessius* l. c. c. 19.

*Grotius*[1] cum veteribus non dubitabat ultimae volun- dispositionem tamquam speciem *alienationis condicionatae* · modos *naturales* acquirendi dominium recensere. Primum Puf 'orfius[2] dubium movit, et post ipsum etiam inter catho- ıs iuris naturalis doctores saeculi XVIII complures viri graves, *Zallinger*, recentioris autem temporis *iurisperiti* plerique ne- illi vim iuris naturalis competere[3]. Qui hanc sententiam , his praecipue rationibus nituntur:

1. „Ad transferenda naturali iure dominia necessaria est et tas et potestas transferendi ipso tempore, quo fit alienatio; o t or vivus *voluntatem* transferendi non habet; mortuus ıet *potestatem:* nam dominium bonorum fortunae, quae nec ı p ebent mortuo nec ab eo servari possunt, cum homine tinguitur, uti et omnis voluntas circa ea disponendi exstingui ır, ut adeo homo, qui nudus egressus est de utero matris , nudus revertatur."

2. „In quavis alienatione necesse est, ut consensus trans- ntis et acceptantis una exsistant. Porro assensus transferentis uti et potestas transferendi cessat post mortem, sed ante hoc heres cum effectu consentire non potest."

3. „Translatio dominii sub duplici condicione facta, *mortis* st *e et non revocatae donationis,* vivo testatore nil iuris trans- nihilque operatur, perinde ac si diceretur: donabo tibi, si mihi t; mortuus vero testator nil iuris transferre nec quicquam ari potest."[4]

4. Quod attinet ad successionem ab intestato, eam partim a fortiori naturaliter invalidam esse concludunt, cum ne expressa quidem sed tantum praesumpta ultima voluntate nitatur; partim potiorem eius admittendae rationem ob respectum socialis ordinis prae testamento esse fatentur, non eam tamen, quae per se ad determinandum ius naturale sufficiat, sed quae potius *legis civilis* idem declarantis convenientiam demonstret.

Per haec et similia argumenta satis quidem probari videtur ultimae voluntatis dispositiones natura et indole *differre a sim-*

---

[1] De iure belli ac pacis lib. 2, c. 7, § 3, ubi citat verbum Plinii iunioris: „Defunctorum voluntatem intellexisse pro iure est."

[2] De iure nat. et gent. lib. 4, c. 3. 10. 11.

[3] Cf. *Walter,* Naturrecht und Politik n. 189 sqq.

[4] Ita fere *Zallinger,* Instit. iuris nat. I, § 120; cf. *I. Schwarz,* Inst. iur. nat. et gent. II, tit. 2.

*plici modo traditionis seu alienationis stricte dictae.* Nihil merito, ut confidimus, negari potest, iis nullam inesse vin fundandi, nisi mediante lege positiva. — Immo contrarian tentiam certis nixi rationibus tenemus.

206. **Thesis XXIX. Successio hereditaria generati ultimae voluntatis dispositione facta, inter parentes et l vero, etiam ab intestato, per se iure naturae valida est.**

Praenotanda. Sub „ultimae voluntatis dispositione" solum testamentum, sed a fortiori etiam pactum hereditariu successorium comprehensum volumus. — Dicitur „per se"; non negamus hanc similiter ac alias iuris naturalis tiones per accidens posse esse infirmas, v. g. ob col certo et altiore iure tertii, ut si pater familias in favorem extranei suis liberis nondum educatis norum partem subtrahere vellet, quae ipsis vi officii pa curandi educationem primario debetur. — Assertio, ut patet, partes comprehendit, alteram generalem, alteram particular

**Probatur pars I.** Inter varia disponendi iura, quae ta particularia elementa completum dominium constituunt, nu etiam debet ius disponendi per ultimam voluntatem. Ergo actus eodem naturali iure, quo universim exercitium dominii lidum est, similiter effectum naturaliter validum producit.

Prob. antec. *Ius heredem instituendi in ipso iure p tatis naturaliter contineri* demonstrat:

1. *Finis nobilior dominii.* Ideo dominium natu institutum esse probavimus (n. 175), ut rerum individualibus et praesentibus vitae necessitatibus, s tati sociali, ad quam homo naturaliter destinatur cu suapte natura vitae spatium excedunt, secure et cong deat. Iam vero dominium hunc finem nequaquam si domino non liceret cum iuris effectu determinare, post obitum quotidie possibilem et quibus condicionib velit. Quis enim in tali rerum incertitudine opera menti sive ad statum familiae sive ad bonum civi suscipere vellet aut tuto posset? — Neve dixeris hoc vitari posse, si quis de suis bonis disponat per do vivos mortis eventum praeveniendo. Nam tale m esset aeque incertum ac mortis dies, quae etiam

, et proin ad illum finem quasi per accidens tantum suffi-
ıper autem gravissimum onus proprietariis imponeret
eliquo vitae tempore qualicumque se ipsos spoliandi.

2. *Eius essentialis relatio ad ordinem socialem.* Dominium e
urali origine et indole *institutio est socialis,* quae eo spectat,
ımunis rerum usus per stabilitatem possessionis temperatus
i stabilitate ordinis socialis apte concilietur eique sub-
t. Atqui nisi cum illo coniunctum esset ius disponendi per
n voluntatem, dominium dicendum esset potius institutio
sociali *per se* contraria et inimica. In hac hypothesi nempe,
ure saltem naturae, bona defunctorum fierent primi occu-
proin continuis iurgiis et direptionibus obnoxia, quae non
ı pacem civilem sed etiam essentiales societatis domesticae
ciones subverterent. Ergo . . . — Neve dicas, ideo ad leges
pertinere ordini successionis providere. Nam ius proprie-
ue pacto neque legibus civilibus, sed per *naturam* or-
e institutum est, simulque tamquam essentialiter *personale*
omnem potestatem publicam, immo huius originem
tevertit (cf. n. 173). Ergo debet secundum essentialia sua
ıisita et secundum destinationem suam socialem iam esse *per*
*aliter integrum,* priusquam creetur per potestatem ci-
. Huius quidem est illud agnoscere, tueri, uberius deter-
nare, eius usum, quantum ad ordinem civilem necessarium fuerit,
derare vel etiam legalibus formis adstringere; ipsum autem ius
tarium non magis quam ius proprietatis, in quo continetur,
ı positivi arbitrio subiicitur.

**Probatur pars II.** Si quidem rerum dominio universim, ut
priore parte probavimus, ius ultimae voluntatis inhaeret, a
rtiori certum est parentibus ius naturale competere suos liberos
redes instituendi. Id enim satis superque demonstrant: 1. *spe-
alis dominii relatio ad familiam* post obitum parentum in pro-
ous superstitem; 2. *arctissimum sanguinis et moralis identitatis
nculum,* quo invicem coniunguntur; necnon 3. *speciale officium
rentum* suis liberis, sin minus ex iure, certe ex pietate, statum
m] a ı providendi honestum. Porro ob eandem triplicem
ti ultima voluntas parentum in favorem liberorum semper
ti praesumitur et rationabiliter praesumi *debet,* quoties ante
m contrariam voluntatem ob causam aliquam g em non
erto declaraverint. Ergo *inter parentes et liberos*

ditaria *etiam ab intestato* naturali iure valida est. Hinc et *G* humanae societatis historiam a suis exordiis et progressibus siderans, intellexit ideam hereditatis in idea familiae natura involvi[1]. — Dicitur „inter parentes et liberos", nam successio ab intestato secundum propinquitatis gradus minus directos sec iure positivo per se valere non affirmamus[2].

**207. Scholium I.** Utiliter et ad bonum commune legibus civi provisum est, ut nullum testamentum *in foro civili* validum agno nisi certis legalibus formis insignitum sit. Hoc modo enim non s innumerae fraudes et inextricabiles litigationes excluduntur, sed iudicibus clara et determinata criteria ad dirimenda iuris dubia ditantur, magno emolumento publicae quietis. Itaque leges istae per se iustae, nisi aliunde certo iuri altiori, v. g. iuri divino Eccle contrariae sint, etiam in conscientia subditos obligant, i. e. omnes e civiles inde resultantes unusquisque tum in se subire debet t uti in suum favorem in foro civili licite potest. Sed inde seq valorem naturalem eiusmodi actuum simpliciter irritum fieri. Al est actum invalidare *simpliciter,* aliud *civiliter* seu eum privare iu sitivi sanctione et adminiculo. Atque ex eadem ratione videtur, testamentum, cui insint condiciones naturalis valoris, tibus licet legalibus formis, hunc valorem *per se* non it , q quam eo uti aliquis legitime eatenus tantum possit, qua us positivum contrarium non invocetur aut, seclusa fraude, per ac invocari non possit. Et hoc quidem etiam a gravibus auctoribu mitti solet, qui thesin nostram probabilem tantum esse arbitrantur

**208. Scholium II.** Socialistae iisdem fere rationibus, qui ratim institutum privati dominii impugnant et quae supra i refutatae sunt, successionem quoque hereditariam in favo po communionis bonorum („collectivismi") abolitam volunt. bitant asserere, *ius hereditarium in iure stabi pr etatis „inseparabile elementum"* („unzertrennlicher ") *a* i *proinde utrumque eodem niti originario iuris f* , fuerit[3]. Et eatenus quidem thesin nostram l se poti

[1] Histoire générale de la civilisation en Europe (Bruxelles 1846) le p. 96: „L'esprit d'hérédité est inhérent à l'esprit de famille."

[2] Cf. de eodem argumento deductiones *Taparelli*, Di n. 778 sq.; vol. II. n. 1524 sq. *Th. Meyer*, Die Arbeiterfrage ethischen Socialprincipien (3. Aufl. 1895) p. 117 sq.

[3] In „congressu internationali operariorum" habito se 1 alias haec „resolutio" legitur proposita et acceptata fuisse: „In das Erbrecht, *dieser unzertrennliche Bestandtheil des* irat , beiträgt, den Grundbesitz und den Reichthum der Ges zu

re quam infitiari videntur. Eadem illa ducti persuasione bellum us dominia privata plerumque ab agitatione contra ius heredita- hoare solent; immo alicubi hunc procedendi ordinem methodice larunt [1]. — Videant igitur viri illi docti, politicum et socialem 'atismum" sollicite profitentes, qui ad ordinis socialis funda- adversus socialem radicalismum efficaciter tuenda armis potissimum 'us opus esse non ignorant, arma autem spiritualia cunctis ob- e iure naturae suppeditata, in antecessum respuunt, ut soli clypeo iuris humani confidant — videant, inquam, num hac e hereditariam successionem sive ipsum dominium privatum, sci- iorum haec placita *„mere humana"*, contra nova placita humana rum socialistarum serio, ne dicam efficaciter, defendere valeant.

## Notanda ad solvendas difficultates.

1. Exclusa factione subversiva adversarii nostrae doc- ad duas fere classes revocari possunt: alteram eorum, qui „schola historica" universim *omne ius naturae* per se validum t et contra quos actum est in P. I, n. 549 sq.; alteram , qui vel Pufendorfianis vel Kantianis principiis minus caute ntes nullam fere iurium hypotheticorum determinationem ncipere valent nisi *ex contractu*, quemadmodum ad originem c et dominiorum explicandam ad pactum recurrunt, et rum principia pariter iam satis refutata sunt (P. I, n. 530 sqq.).

2. Si ex eo, quod auctoritas civilis legitime condiciones quas- legales circa dispositiones ultimae voluntatis statuere possit, erri liceret eas vi iuris naturalis carere, tum idem valeret de ibus aliis iuribus, quae passim ut connata habentur, v. g. de iure contrahendi, quod similiter legalibus condicionibus obstringitur.

3. Acquisitio per successionem hereditariam nequaquam in- get, ut ad aliquam speciem contractus reduci possit. Eius quidem

---

niger und zum Nachtheil der Mehrzahl zu veräussern, dass folglich das brecht dem Eigenthumsrecht der Gesamtheit (‚Collectiveigenthum') auf und und Boden und auf den socialen Reichthum hinderlich entgegensteht etc., *erkennt der Congress die Nothwendigkeit, das Erbrecht gänzlich aufzuheben, d hält dies für eine der wesentlichsten Bedingungen zur Befreiung der beiter."*

[1] In ea sectione unionis socialisticae, cuius fundator et caput erat *Ba- nin* („All e internationale de la démocratie socialiste"), programmatis in- statut exstabat, quo explicite *iuris hereditarii abolitio primus operandi* unde tota „classium inter se exaequatio et politica et et socialis initium sumere debeat".

causa formalis similiter ut in contractu est *acceptatio* ex ] acquirentis, sed differt a contractu, quod praerequisita *co* ad occupandam hereditatem non est traditio seu abdicatio dicionata, sed est dispositio, qua illa morte possessoris fit „*ia* i. e. interim nullius, ita tamen, ut *vi ultimae voluntatis* te tu in se moraliter impressam gerat destinationem, qua her s ceptationi libera reservetur, nec alteri fas sit eam ante i occupare. Hanc autem vim inesse in ultima voluntate, nece et integritas ordinis socialis (cf. n. 206) exigit, in qua omnis naturalis asserendi summum principium situm esse prol (P. I, n. 589 sq.).

4. Defuncti voluntas utique non physice, sed tamen *mo* et in iuris effectu rei quasi inhaerente superstes manere po secus etiam omne mandatum per mandantis mortem illico stingui deberet, quod sane nec adversarii admittent. Et hoc optime consentit cum tota hominis natura et dignitate, q solum quoad animam immortalis, sed etiam in societate hu ut eius membrum moraliter quasi vivens post obitum hono immo aliquatenus iuris ordinem adhuc participat. Quis enim nefas ducat mortuum calumniari?

### C. Praescriptio.

210. Praescriptionis nomine *latius* acceptae ex usu iuris romani venit quaelibet exceptio iudiciaria seu appellatio ad aliq iuris titulum, quo quis actionem ab actore contra se in legitime excludere potest; *arctiore autem sensu* praescrip (V jährung) restringitur ad eam solam exceptionem, qua quis prop rei possessionem certo tempore pacifice continuatam prioris domini actionem excludere valet. Itaque per eam dominium rei altero amittente in alterum, qui illud acquirat, transmittitur. Prout est modus acquirendi, *usucapio* vocatur et definiri potest: *dominii acquisitio propter possessionem bonae fidei tempore legibus definito continuatam.* Quippe ut praescriptio locum habere possit, *requiritur:* 1. *possessio bonae fidei,* scilicet sine prudenti dubio de iuris defectu *inchoata* et *continuata,* et quidem *pacifice,* i. e. non reclamante domino et cum *titulo prudenter aestimato vel praesumpto;* 2. *tempus legibus definitum,* quod varium est non solum pro diversitate rerum, sed etiam pro varia indole legislationis [1].

[1] Cf. *Lessius,* De iust. et iure lib. 2, c. 6, dub. 2 sq., ubi ex communi Doctorum sententia *quattuor* condiciones *distincte* numerantur: 1. *possessio* eaque

11. Quamquam nemo est, qui dubitet de aequitate, iustitia ıtiva necessitate praescriptionis, consideratis praesertim gra- is incommodis socialibus, quae per eam rescinduntur, merito en satis communiter negatur eam solo iure naturae validam utpote quae per se stricti iuris determinatione prorsus careat. — Recte tamen ex iure naturae possessioni bonae fidei hoc privi- e n attribuitur, ut is, qui rem sibi reclamat, onus probandi ; quod si non probaverit, possessor rem iuste retinet. Ob dem rationem praescriptio quidem immemorialis, i. e. ex pos- ıe cuius initium ignoratur, iure naturae legitima censeri pc .

## Articulus 2.

### *De extensione et limitibus iuris proprietatis.*

12. Extensio iuris proprietatis dependet partim ex *materia circa* versatur, partim ex condicionibus, *quibus cessat vel r,* rtim ex *relativa aestimatione* aliorum iurium et offi- um, cum quibus collidere potest. — Quae sit generatim ma- ı apta ad proprietatem, ex iis quidem, quae hactenus dicta ıt (n. 195), satis apparet. Una tantum quae huc referatur io remanet.

### § 1. De dominio circa opera ingenii.

213. Postquam ars typographica novas atque antea inauditas intellectualis commercii vias aperuit, tam inter iuris consultos quam inter philosophos quaestio moveri coepit: qua ratione ius proprietatis ad opera ingenii seu intellectualia (Geisteswerke) applicari queat? — Opera ingenii, qualia sunt inventiones artis vel industriae, ideae mentis, elucubrationes litterariae etc., in vario statu considerari possunt. Vel enim tale opus idealiter tantum adhuc exstat in mente auctoris, et tum quidem de naturali et exclusiva eius proprietate ambigi nequit; vel exstat in medio materiali exaratum, et hoc iterum duplicem hypothesin admittit: *aut* exsistit in uno tantum exemplari originali, ut v. g. manuscriptus

---

non mere naturalis sed civilis; 2. *titulus probabiliter praesumptus*, i. e. qui bona fide putetur validus; 3. *bona fides*, qua quis sibi *prudenter* persuadet rem esse suam vel saltem nescit esse alienam; 4. *certi temporis continuata possessio:* quae singulae condiciones dein fusius explicantur. — Porro fuse de *praes tione* agunt *de Lugo*, De iust. et iure disp. 7, sect. 1—8; *Molina* l. c. tract. 2, disp. 60 sqq.

liber, vel in pluribus quidem sed ad usum privatum pro ium aliorum, quibus privatim communicetur; *aut* typographice plicatum tamquam merces publico usui traditum est. In p casu pariter integrum auctori ius exclusivum manet in o] se productum, quatenus ut res pretio aestimabilis spectari ] non autem in ideam iam communicatam qua talem, ut ex dicionibus dominii hactenus expositis per se manifestum est.

214. Circa alteram tantum hypothesin gravis disceptatio ' satur, non quidem de iure auctoris seu de iure *proprietatis o nariae* (Recht der Autorschaft), quo auctor legitime pr potest, quominus umquam alius eiusdem operis auctorem se - fiteatur; id enim facile omnes pro quacumque hypoth mittunt. Controvertitur autem *ius exclusivum usus industr* postquam opus intellectuale publico commercio iam tradit Quod si nimirum opus originale, v. g. manuscriptum, cer c cionibus a bibliopola redemptum fuerit suo sumptu suoq typis vulgandum, dubitare licet: utrum *iure naturae* sive a sive bibliopola eam potestatem in singula exemplaria sic ' sibi reservatam habeat, *ut nemini fas sit opus illis in s ( recusum edere ad proprios inde industriae fructus percipi* ?

215. *Iuris consulti* plerique recentiores eiusmodi potestat s iure naturae validam *negant,* quamquam, ut fatentur, ae naturalis exigere videatur, ut illa per legem civilem asseratur[1]. Rationes, quas afferunt, ad duas praecipue reducuntur: 1. quod sine iuris positivi adminiculo talis reservatio omni efficacia careret, et 2. quod nulla appareat certa philosophica ratio, cur emptor libri non plenum, sed tantum limitatum eius dominium acquirat,

[1] Ita inter alios *Walter,* Naturrecht und Politik n. 213 sq.: „Hieran schliesst sich die Frage: . . . Gibt es einen allgemeinen juristischen Gesichtspunkt, kraft dessen der Autor, der sein Buch dem Publikum zum allgemeinsten Gebrauch übergibt, nur eine Art der Benutzung, den Nachdruck, davon ausnehmen, und sich das ausschliessliche Verlagsrecht vindiciren kann? — Dieses ist aber zu verneinen. Denn der Nachdruck greift das Recht der Autorschaft als solches nicht an; auch nicht das Recht an den Exemplaren des Verlegers; auch nicht direct dessen Verlagsrecht, sondern er setzt sich nur mit ihm in eine gewerbsmässige Concurrenz. Für die Befugniss dazu spricht aber die natürliche Freiheit des Gewerbes, die nur durch ein Monopol, also durch Privilegien und positive Gesetze, beschränkt werden kann. So ist es auch mit dem Nachdruck. Dass solche beschränkende Gesetze, wenigstens für einen gewissen Zeitraum, die grösste Billigkeit für sich haben, ist klar."

suscepta negotiationis concurrentia per se nullum alterius certum violare videatur. — Contra *philosophi* plerique, etiam schola germanica, a Kant usque ad Hegel, illud ius naturae et varii variis rationibus probare conantur.

Spectatis iuris naturalis principiis a nobis hactenus proatis hanc alteram sententiam solidioribus, ut minimum di- fundamentis niti arbitramur. Hoc sensu sit

**T s XXX. Ius utendi opere ingenii ad fructus in- ales per se eius auctori, per derivationem ore traditum fuerit, iure naturae exclusive t.**

**Probatur pars I.** Vi dominii, quod procul dubio plenum com- auctori in opus suum nondum vulgatum, idem quoque ius t exclusivum de re pro libitu disponendi eiusque fructus reales ipiendi; et hoc ius vel sibi reservare vel alienare, sive totum e limitatum, sive absolute sive condicionate, legitime valet. Atqui typographica operis divulgatio neque ex rei natura neque ex mente auctoris involvit abdicationem illius iuris, sed eius potius actuale exercitium. Ergo auctor, si per se et suis sumptibus opus ediderit, illud etiam venditis exemplaribus integrum retinet.

Prob. min. In hac re duo iura distinguenda sunt, e suo obiecto plane diversa et diverso pretio aestimanda: ius in ipsum *opus qua tale,* et ius in eius *exemplaria* in individuo spectata. Iam vero illud ab editore minime alienatur, solum alterum venditur, et quidem non secundum valorem moralem vel universalem, sed secundum aestimationem magnitudinis et formae exemplarium *in individuo* consideratorum. Ergo auctori integrum manet ius disponendi *de opere qua tali,* et proinde emptores exemplarium ius quidem acquirunt pro libitu disponendi de *exemplaribus in individuo sumptis,* non autem prout opus qua tale repraesentant.

**Probatur pars II.**

*Arg. 1.* Bibliopola redemptor (der Verleger) vel quicumque suis sumptibus multiplicandum et vulgandum opus ingenii ex contractu suscipit, tantum dominii in opus commissum acquirit, quantum ipsi ab auctore traditur. *Atqui* ei traditur ius usufructus seu dominium utile circa opus eodem modo titulo emptionis possidendum, quo illud titulo originario possidebat auctor, i. e. *exclusive.*

Ergo nemo alius sine laesione huius iuris circa idem opus usufructum sibi arrogare potest.

Prob. min. Id patet 1. ex ipsa aestimatione, qua pre emptionis huic iuri tamquam exclusivo accommodatur; 2. ex quod auctor bis idem ius aut diversis hominibus simultanee dere sine certa iniustitia nequit.

*Arg. 2.* Si quis aliquod exemplar libri editi vulgari pre emptum salvo iure naturae reproducere ad proprium usum strialem posset, id eveniret, vel quia dominus rei tum de re de fructibus rei pro lubitu disponere valet, vel quia haec po in communi libertate commercii continetur. Atqui neutro ex illud consequitur; non ex *primo:* nam dominium alicuius e essentialiter differt a dominio operis ipsius, ille autem d modus supponeret dominium *operis,* ut supra ostensum ; ex *altero:* nam omnis legitima libertas naturaliter limitatur ius alienum, unde et libertas commercii eatenus iuste e non potest, quatenus ius bibliopolae *exclusivo iuris titulo quisitum* impedit et quasi furto aufert. Ergo ius propr quod emptor acquirit in suum exemplar, iure naturae disponendi modos restringitur, qui rationem individualita excedunt.

## Notanda ad solvendas difficultates.

**217.** 1. Quod auctor vel bibliopola suum ius efficaciter vindi non potest nisi interveniente sanctione positiva, minime pr illud ius naturaliter esse invalidum, sed tantum ostendit i indigere *concursu* legis positivae, ne per hominum fraud effectu externo frustretur.

2. Difficultates vero, quae ex natura rei depromi solent (cf. *Walter* l. c.), ex allatis argumentis facile solvuntur. Ita v. g. liquidum est perperam in hac controversia invocari „naturalem" libertatem quaestus industrialis („natürliche Freiheit des Gewerbes"), quae „non nisi monopolio vel lege positiva limitari possit". — *Naturaliter* enim haec libertas limitatur per quodlibet *ius tertii* praeexsistens illiusque usum nomine iustitiae restringens. De tali autem iure tertii, scilicet auctoris vel bibliopolae, hic potissimum quaeritur atque idem solidis rationibus probatur.

## § 2. De amissione dominii.

Dominium rei amittitur:

A. *Ex voluntate domini:* a) per simplicem derelictionem sive
ı declaratione sive aliis externis signis aequivalentibus certe
ıitam; b) per traditionem.

B. *Absque voluntate domini:* a) si aliquo casu res ita e po-
te eius elabitur, ut recuperari non possit, sive ob loci vel
ıris distantiam sive quod medium desit eam recognoscendi:
v. g. animalia silvestria mansuefacta fiunt nullius, si redeundi
inum consuetudinem amiserunt; b) si seclusa fraude vel
rei occupatae signatio ita periit, ut ab aliis agnosci tam-
ı propria amplius non possit; c) iusto interventu iuris positivi,
v. g. praescriptione, poenali sententia iudicis, expropriatione legi-
id est tali, quae in casu particulari ob exigentiam communis
b pro iusta compensatione imponitur.

*Unde consequitur:*

219. 1. *Res inventas,* casu a suo possessore amissas, iure naturae tamdiu habendas esse ut domini quamvis ignoti proprias, quamdiu adest possibilitas, ut eidem restituantur. Quod si *omnis* huius possibilitatis ratio desierit, res fit per se nullius ac proinde inventoris, qui eam primum occupavit. Attamen cum de hac impossibilitate raro positiva certitudine constare possit, multi censent inventori officium incumbere, ut rem inventam ad fines bonos ex mente possessoris rationabiliter praesumpta impendat[1]. Ita quidem, ubi de hac re iuris *positivi* regulae non exstant.

2. *Thesaurus inventus,* i. e. vetus pecuniae vel rerum pretiosarum depositio, cuius non exstat memoria, et quae proin domino iam vacat, ex solo quidem iure naturae fit primi occupantis, etiamsi in fundo alieno inveniatur, cum non possit ut huius accessio considerari. Dicitur „ex *solo* iure naturae", nam passim exstant hac de re iuris positivi determinationes[2].

---

[1] Cf. *de Lugo,* De iust. et iure disp. 6, sect. 10 et 12. *Lessius,* De iust. et iure lib. 2, c. 5, dub. 18; c. 14, dub. 7.

[2] Cf. *de Lugo* l. c. sect. 11. *Lessius* l. c. c. 5, dub. 15 sq. *Molina* tract. 2, disp. 56.

## § 3. De morali limitatione dominii.

220. Aliquod hominis dominium absolutum et illimitatum christiana neque ulla sana philosophia umquam agnovit. Eo enim, quod soli Deo absolutum dominium, idque per essen inalienabile, in omnes creaturas competit, hominis qualiscu in res externas potestas non nisi derivata, relativa et a l soluti domini iugiter dependens esse potest. Quo fit, ut domu humanum, licet respectu aliorum hominum exclusivum n qua tale coactivum sit, respectu Dei tamen commodati p rationem habeat ex mente et voluntate ipsius administrandi.

Itaque moraliter limitatur dominium per omnes il diciones *rationalis ordinis,* quibus vel ipsum ius proprieta eius usus adstringitur, et quae tum ab *eius fine essentiali* t eius *relatione ad ius connatum et primitivum rebus utendi* (n. desumuntur. Quatenus isti limites ipsum ius proprietatis ci scribunt, satis iam cognoscuntur ex iis, quae de notione, n sitate et origine proprietatis, de eius materia et de modis quirendi dicta sunt. Reliquum est tantum, ut de ea limi nonnulla subiungamus, quae non tam ipsum ius quam *iuris* directe afficit.

Haec porro limitatio, spectato fine providentiali, ad quem ex supra demonstratis rerum proprietas naturaliter instituta est, his maxime *conclusionibus* enuntiari potest:

221. I. *Ius absolutum rebus utendi natura et dignitate ius proprietatis praecedit, unde privata et exclusiva rerum possessio usum et fructum communem non tollit, sed tantum certis condicionibus ad ordinem socialem necessariis adstringit.*

Haec prima et gravissima conclusio sub compendio ea omnia doctrinae capita continet, quae supra (n. 130—133) specialius explicata et probata sunt. Quare eadem simul cum praeclaris testimoniis S. Thomae et veterum ibidem (n. 131) allatis hic quoque diligentius recolenda. Fac enim, vel unum hoc iuris naturalis principium atque inde consequens iuris proprietatis moderamen, in quo asserendo tota philosophia christiana consentit, in humana societate vel eius potiore parte *practice* agnosci, et radicali socialismo fere omnem armorum apparatum subtractum fore confidimus: nec dubium, quin vi illius ex privatarum possessionum institutione generatim illi etiam fructus omnium communes, quos divina providentia intendit, late in singulas partes

manae communitatis sint dimanaturi. Ubi primum autem in aliquo populo loco naturalis iustitiae et christianae caritatis frigidus materialisticus egoismus invaluerit, qui potestatem res ut proas possidendi et administrandi cum iure iisdem ut propriis usive *fruendi* confundere consuevit: non poterit non brevi sioeconomica disproportio et socialis harmoniae turbatio oriri, hac aetate deploramus. Ita namque fieri solet, ut divitiae mmensum auctae et iugiter augendae, quae innumeris homisustentandis sufficerent, nulla habita ratione destinationis et *onis socialis iis essentialiter inhaerentis,* fere unice ut beata rivilegia potentioris avaritiae aestimentur. Causa igitur malorum ut socialistae persuadere conantur, a privata bonorum posione, quam *per se spectatam* toti societati salutarem et realiter riam esse probavimus, sed maxima ex parte a *truncato iuris etatis conceptu* eiusque *abusu antisociali* derivanda est.

222. II. *Qui bonis propriis abundant, ethica saltem obligatione tenentur:*

1. *Alios universim loquendo non prohibere,* quominus usum rerum, quae ipsis necessariae non sunt, aequis condicionibus acquirant. Dicitur „universim loquendo", nam erga singulos homines in particulari sumptos talis obligatio per se ita determinata non est, ut concreta adiuncta legitime aliud suadere non possint.

2. *Positive providere,* ut bonorum suorum communicatione aliorum penuriae convenienter succurrant. Et haec obligatio eo gravior est, quo maior est hinc rerum abundantia, illinc egestas. Quippe dominium, tametsi respectu aliorum hominum exclusivum, respectu Dei tamen, absoluti rerum domini ac dispensatoris, non nisi *relativum* est, et ideo ex illius mente ac lege administrandum (cf. n. 131)[1].

223. III. *In extrema necessitate rerum usus iure naturae communis est, ita ut, quicumque in illam inciderit, tantum sibi de rebus*

[1] *S. Thomas*, S. theol. 2, 2, q. 66, a. 7, non veretur dicere: „Res, quas aliqui superabundanter habent, *ex naturali iure* debentur pauperum sustentationi." Ius tamen naturae intellegit non iam in concreto determinatum. Propterea caute subiicit: „sed . . . committitur arbitrio uniuscuiusque dispensatio propriarum rerum, ut ex iis subveniat necessitatem patientibus." — Quod igitur s. Doctor hic inculcare vult, est *naturale praeceptum* conscientiam illorum divitum obstringens, ut ita indigentibus realiter subveniant; quamquam modus in particulari, quo id fiat, secundum rectum ordinem ipsorum arbitrio et conscientiae committendum sit. Cf. *S. Thom.* l. c. a. 2.

*etiam alienis usurpare legitime possit, quantum necessitas e Dominium enim fini primario et essentiali rerum, qui est humanae conservatio, suapte natura subordinatur.* Verum *notanda sunt:*

1. Ut quis ius eiusmodi *determinatum* sibi vindicare p per se non sufficit necessitas qualiscumque etiam gravis, sec quiritur extrema vel quasi-extrema, qualis censetur vitae ε tendae discrimen, quod alio modo evitari non possit. Si latius extenderetur eiusmodi facultas, ipsa proprietatis pu securitas tolleretur.

2. Ratione necessitatis *per se* non rei proprietas, sed *ius ad usum necessarium* acquiritur; unde periculo depulso res, si ex restituenda, si secus, domino exigenti compensanda. Ita qı non sine gravi ratione communiter auctores contra multos ve qui etiam proprietatem in hoc casu transferri opinantur. Ce ius, quod in *sola* necessitate fundatur, ut ipsum „ius nec indicat, etiam ex sola stricta necessitate mensurari debere. vero necessitas illam iuris extensionem non postulat.

3. Ius necessitatis locum non habet, si rei possessor necessitate tenetur[1].

## § 4. De violatione dominii.

**224.** Officium iuri proprietatis correlatum omnem vetat ioı qua potestas domini de re sua disponendi integre vel ex ] peditur. Et quoniam dominium in individuo determinatum iuris rationem habet, inviolabilitate gaudet *coactiva,* unde casu sive attentatae vel patratae violationis omnes condi iustitiae commutativae participat.

A. *Quibus modis dominium violetur aut iniuste imped* ex dictis facile colliges. Huc imprimis pertinent:

1. *Iactura,* qua res perditur, et *deterioratio,* qua de efficitur.

2. *Fraus,* qua quis falsis rationibus a bono sibi debito arc aut ad suum tradendum inducitur.

3. *Invasio,* qua quis e possessione rei immobilis v eiicitur, et *rapina,* qua res mobilis vi aufertur.

---

[1] Cf. *Zallinger,* Instit. iur. nat. I, 157. — Ceterum de iure ε eiusque extensione cf. (post *S. Thom.* l. c.) *Lessii* lib. 2, c. 12, *Cathrein,* Moralphilosophie II (ed. 3), 309 sq.

4. *Furtum*, quod definitur: clandestina rei alienae ablatio no rationabiliter invito. Censetur autem dominus generatim ionabiliter invitus, si ius habet rem suam alteri denegandi[1].

B. Quod si quaeratur, quaenam *defensio bonorum contra* ı *aggressionem* legitime adhiberi possit, ex principiis iam ıbilitis illud pro regula generali statui potest: toties alivi et cruenta etiam defensione legitime utitur, quoties ina ;ressor actu bona, quae *relate ad vitam magni ponderis* ı ı possunt, violenter illi eripere conatur. Id tum sane ımum valet, cum nescitur, utrum aggressio simul contra ı dirigatur, quemadmodum de fure armato vel nocturno ımque prudenter suspicari licet. Universim autem, quo minus n e de tuenda propria vita agitur, eo magis urget obligatio : ninis inculpatae tutelae. Ideo in tali casu per se culpa vacaret qui omissis aliis modis obviis furem fugandi aut ɔc ı frustrandi vel oblata facilitate bona erepta per magiatum recuperandi, temere armis uteretur[2].

C. Qui *iniuste* in suis bonis laesus est, sive rei ablatione e destructione, ius habet ad *restitutionem* rei ablatae, si in se l in aequivalente adhuc exstat; sin minus, ad indemnitatem. terum de iure et obligatione restitutionis et de eius condicionibus : professo et plenius tractatur in Theologia morali. Quare hic neralia quaedam notasse sufficiet[3].

*I itutio* latius aut strictius accipi potest. Latius accepta *satisfactionem* pro iustitiae debito, ut v. g. solutionem pretii pro re quomodocumque etiam citra iniuriam accepta, rehendit. Strictius autem accepta, quo sensu generatim in ı morali usurpatur, aliud non est, nisi *acceptae rei alienae ddditio vel damni illati compensatio.* Unde patet restitutionem esse : externum *iustitiae commutativae,* utpote quod exigit aequali- ı nter datum et acceptum, inter damnum et compensationem. tta ı restitutio a *satisfactione* differt, 1. quod haec latius patet; is m restitutio satisfactio est, sed non contra. 2. Satis- respicit personam, praestans id, quod ei satis sit, etsi non

---

[1] Cf. *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 66. *Lessius*, De iust. et iure lib. 2, c. 12. Card. *de Lugo* disp. 16.

[2] Cf. *de Lugo* disp. 10, sect. 9. *Lessius* l. c. c. 9, dub. 11.

[3] Cf. *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 62. *Lessius* l. c. c. 7, dub. 4 et 5; c. 12, dub. 1–20. *De Lugo* disp. 8, sect. 2; disp. 17 et 18.

aequivalens debito; restitutio respicit rem, reddens eam aequivalens. 3. Satisfactio proprie fit pro iniuria illata et violato, quamvis nihil damni illatum sit; restitutio autem pro supponit damnum illatum vel rem alterius ei subtractam. I 4. satisfactio fit etiam pro damno seu laesione irreparabili; stitutio pro reparabili tantum.

*Nascitur obligatio restitutionis* generatim ex *duplici* nempe ex *iniusta acceptione* et ex *ipsa re accepta.* Ita s n communem scholae sententiam.

Per *iniustam acceptionem* vero intellegi solet non solum furt rapina vel fraudulenta acquisitio, sed damnum quodvis al *inique* illatum. Quicumque enim hoc infert, quasi de *suo alte* aliquid aufert, et sic ratione iniustae acceptionis dicitur ad stitutionem, i. e. compensationem, obligari. Quomodocumque quis violet aequalitatem, quam iustitia commutativa po t, eam resarciendam tenetur, etiamsi nihil ipse emolumenti ac vel si res iniuste accepta interim perierit.

Per *rem acceptam* hic intellegitur non solum res a d ablata, sed etiam quaecumque ex iustitia alteri debita est et alium retinetur, v. g. bonum alteri legatum vel venditum. qui habet rem alterius, etsi nullam iniuriam intulerit, habet *plus* quam suum, dum verus dominus tantundem t quam suum. Ergo huic illud restituendum, ut fiat a iustitiae secundum axioma „res clamat ad dominum".

# Caput IV.

## De contractibus.

### Articulus 1.

*De contractibus in genere*[1].

#### § 1. Eorum notio et naturale fundamentum.

**227.** Contractus seu pactum (Vertrag) vulgo definitur: *duorum vel plurium in idem placitum consensus oblig iustitia gignens.* Dicitur: 1. *„Consensus"*, ad quem effi sibi occurrunt ex una parte *pollicitatio,* i. e. actus voli

[1] De contract. in genere agunt *Lessius* l. c. c. 17, dub. 1—10; *de I* l. c. disp. 22, sect. 1—15.

ıs, quo quis alteri ad aliquid se obstringere declarat, ex ·a parte *acceptatio* seu alterius vicissim facta voluntatis de- ıtio, qua id, quod pollicetur, a se acceptari significat. 2. „*In placitum*", per quod denotatur obiectum mutui consensus et ;o *praestatio* (Leistung) nuncupatur, consistens in rei sive iuris ıitione vel cessione vel in actione vel omissione, ad quam ra pars contrahentium erga alteram se obligat. 3. „*Obligationem ıustitia*", ut excludatur simplex voluntatis propositum mani- atum et ab altero approbatum, aut etiam declaratio, qua quis ım ex veracitate vel virtute constantiae se obligare intendit, ı alteri ius strictum in se concedere intendat. — Ex usu *iuris tivi* pactum a contractu eatenus distinguitur, quod multi scri- ·es nomine *contractuum* illa tantum pacta comprehendere solent, ɜ non solum iure naturae sed et *iure positivo* valida agno- ıtur. A philosophis autem haec distinctio merito neglegitur. ɜrum etiam a iuris consultis maioris claritatis causa pacta, e naturaliter valida sunt, sed civilem actionem non admittunt, ımque „*pacta nuda*" vocantur[1].

. Quod ad philosophicum *fundamentum* pactorum attinet, ximum et remotum distingui potest. *Proximum* est ipsum *connatum contrahendi* cum *iure alienandi* et *iure acquirendi* ividuo et essentiali nexu coniunctum (vide n. 200 sqq.); unde ciali hic probatione non indiget. Ad *remotum* fundamentum tinent *ius libertatis* secundum naturae socialis condiciones exer- ae et *finis dominii essentialiter socialis*, qui sine multiplici ium rerumque commutatione et commercio obtineri non posset. revera in humana societate ius contrahendi tam necessarii et ɔtidiani est usus, ut ex eo non solum hominum commercium ca res externas paene integrum, sed etiam multiplicia personalia ae socialis vincula dependeant. In eo enim innumeri illi par- ılares hominum coetus fundantur, qui societates *liberae* seu luntariae dicuntur, et qui simul cum societatibus necessariis et turalibus universum corpus sociale organice componunt.

## § 2. De requisitis contractum constituentibus.

9. Quae ad contractum validum efficiendum concurrere de- , partim personas contrahentes, partim materiam, partim con- seu formam essentialem respiciunt. Requiruntur scilicet:

[1] Cf. *Lessius* lib. 2, c. 17, dub. 2, n. 7; dub. 4, n. 21.

A. *Personae contrahentes habiles,* i. e. ad valide capaces. Est autem *ex iure naturali* ad paciscendum habilis homo, qui liberum rationis usum et bonorum ac iurium liberam administrationem habet, seu qui „sui iuris" est. I impedimentum habilitatis tum *physicum* tum *iuridicum* esse po Per illud v. g. amentes, ebrii, infantes etc. inhabiles sunt, actus vere humani incapaces; per alterum vero, quicumque r ad praestationem faciendam ab aliis iuridice dependent, uti contingit inter coniuges, parentes et liberos etc. — Datur terea inhabilitas *ex iure positivo* ad cavendos varios ab ducta, quae ex cuiusque regionis legibus cognoscenda .

230. B. *Materia (praestatio) possibilis,* et quidem 1. *physi moraliter* possibilis: talis non esset praestatio, quae vel v praestandi simpliciter superaret vel saltem tam ardua nemo sanae mentis ad eam se obligare voluisse censeri p 2. *iuridice* possibilis, i. e. debet esse pollicenti vel tradenti simulque *alienabilis* (cf. P. I, n. 576), respectu acceptan aliena; 3. *ethice* possibilis, i. e. nulli legi per se contraria: enim omnis obligationis auctor sibi contradicere nequit, nec quam iuridice obligari potest ad id, quod ethice nefas est. notandum aliud esse pactum ob aliquam rationem qualemcu illicite initum, aliud, ipsam materiam *per se* esse ethice im bilem. Ita v. g. mala intentio contrahentis valori co detrahit; neque qui iuris sui exsistens ex iactantia pro ideo repetere sua dona legitime potest.

231. C. *Consensus ad producendam obligationem iuridicam ficiens.* Ad hoc autem necesse est, ut sit:

1. *Verus* sive internus: Nam obligatio contractus essent determinatur actibus voluntatis, qui si externe tantum finger qua tales non exsisterent, nec proin obligationem contractus ducere possent. Unde si *pars contrahens consensum fingit, naturae pactum obiective nullum exsistit.* Verumtamen, quia actione ius alienum violavit, nihilominus veras iustitiae obligati incurrit. Nimirum a) talis alteri quodvis damnum ex fictio cutum resarcire iure tenetur et hinc verum postea co praestare, si ad illius indemnitatem requiratur. b) Alteri co henti ius manet ipsum secundum *signa consensus data* i ac proin expostulandi, ut pactum servetur, seu non t credere asserenti se ficte contraxisse. c) Hinc est, qu co

p ivo *interna veritas* consensus tamquam requisitum valoris e non agnoscitur, sed sufficit, ut constet de consensu *externo*.

2. *Liber,* quia secus deficeret ratio actus humani. Inde facile qua ratione ignorantia vel error, violentia et metus orem contractus impediendum influere possint (cf. P. I, n. 115 sqq.). Nimirum a) *error,* si versatur *circa substantiam* contractus, i. e. circa *id, quod est proprie obiectum voluntatis* consentientis, eum invalidum reddit, undecumque ille acciderit; uti v. g. cum quis intendens emere vinum accipit acetum (error circa ntiam *obiecti*); vel si alter contrahens putat agi de donatione, au n de venditione (circa *speciem contractus*); vel si alter- in eo, propter quod solum vel saltem principaliter ad ntiendum inductus est (circa *motivum primarium*). In tali im deest consensus *internus* in id, de quo externe contrahitur, quia nihil volitum nisi cognitum. — Si autem error ver- r circa *accidentia contractus,* quamquam efficaciter ad contra- m induxit, hunc non reddit invalidum, quia censetur adesse saltem in idem placitum principale. Attamen *α*) si or pposito efficax a dolo partis contrahentis provenit, de- ius habet ad rescissionem pacti, quia, ut reparetur illata bet ei restitui integra libertas; *β*) si a dolo tertii error , deceptus ius habet ab hoc exigendi reparationem ni. — b) *Violentia,* qua quis ad externa signa consensus, v. g. gnandum chirographum, physice cogitur, omnem valorem tui adimit. — c) *Metus* ex principiis moralibus supra de- istratis (P. I, n. 126 sqq.) eatenus tantum contractum naliter invalidum reddere potest, quatenus *liberum usum rationis edit.* Atque id etiam tum omnino dicendum videtur, cum quis u iniuste seu per iniuriam incusso ad contrahendum compulsus it. Ex hac iniuria enim tantum sequitur illum ius habere ad ndendum contractum. Et revera rationes, quae ab auctoribus ali sentientibus afferri solent, nihil aliud evincunt[1].

3. *Mutuus.* Translatio enim iurium vi voluntatis necessario supponit, non solum ut unus ius suum in gratiam alterius abdicare, sed etiam ut alter illud acceptare velit. Hinc si pollicitatio ante acceptationem revocata fuerit, pactum exsistere nequit;

---

[1] Cf. *Lessius* lib. 2, c. 17, dub. 6. — Non autem quidquid generatim de contractibus recte dicitur, semper et sub omni respectu etiam ad contractum matrimonialem applicari legitime potest.

sed et pollicitatio omni sua vi morali solvitur, simul ac n fuerit acceptatio.

4. *Sufficienter utrimque manifestatus,* ut ex ipsa natu respectivi per se colligitur. Ut autem sufficienter manif censeatur, requiritur consensus vel *expressus* vel te *ta ita ex adiunctis determinatus,* ut, nisi quis co m signifi velit, eius silentium et agendi ratio iniurio vel na fo („silentium qualificatum"). Consensus vero praesumpt i. e. ab altero, si rogaretur, datum iri prudenter supponi , acquirendum ius in alterum vel eius rem minime fficit.

## § 3. De forma accidentali contractuum.

**232.** Praeter formam *essentialem* et constitutivam cont quae in ipso consensu modo descripto consistit, r q forma *accidentalis.* Hoc nomine comprehenduntur quae arbitrio contrahentium contractibus adiici solent. hanc rationem distinguitur contractus *purus,* i. e. e adi qualitate, et *qualificatus,* i. e. cum qualitate init t eiusmodi magis usitatae sunt: condicio, modus, dies, , monstratio, disiunctio, arrha, poena, iuramentum. Inde mu nomine contractus iis affectus dicitur: condicionatus, modalis, diem, causalis, demonstrativus, disiunctivus, arrhalis, sub iuratus.

**233.** 1. *Condicio* est circumstantia vel eventus, a quo sec voluntatem paciscentium valor contractus dependet[1]. a) Si c dicio est *de praeterito vel praesenti,* contractus valet vel non prout illa exsistit aut secus, sed in actu secundo non obligat praestationem, donec de condicionis exsistentia constiterit. b) *de futuro,* valor contractus suspenditur, donec impleatur condici ita ut interim neutra pars resilire queat. Condicio de fut *certo seu necessario* haberi potest tamquam nulla, i. cont hoc casu quoad rem absolutus est. Condicio de *re in* v quae *substantiae contractus repugnat,* hunc reddit in radice i validum. Huc etiam referenda est *condicio turpis.* De hac ta controversia manet inter auctores, utrum *post* factum, i. e. co dicione nefaria impleta, altera pars ad condictam praestation aliqua ratione teneatur necne[2]. — Condicio, quae vulgo *resolu*

---

[1] Cf. *Lessius* lib. 2, c. 18, dub. 15. [2] Cf. ibid. dub. 3.

tur, contractum supponit ab initio validum, at simul ac im-
ur, ipso facto eum dissolvit. Praeter conditiones *expressas*
ır aliae *tacitae,* i. e. tales, quae consideratis personarum ad-
, natura negotii, consuetudine recepta etc. in contractu
licitae et subintellectae legitime supponuntur.

2. *Modus* dicitur gravamen pacto adiunctum et cum prae-
one ita coniunctum, ut ex iustitia servandum sit; differt autem
cione, quod non habet vim suspendendi valorem contractus.

3. *Dies* vocatur quivis adiectus temporis terminus *a quo* in-
vel terminus *ad quem* perduret obligatio.

4. *Causa* dicitur ratio impellens ad contrahendum in ipso
*expressa.* Si exprimitur motivum *principale,* ita valorem
ctus afficit, ut hic tali causa non subsistente censeri de-
nullus.

5. *Demonstratio* est quidquid praeter nomen *ad designandam*
*personam* contractui adiicitur. Quoties autem aliunde de
is constiterit, demonstratio, licet falsa, valorem contractus
afficit.

6. *Disiunctio,* qua quis sub forma alternativa (aut—aut) sive
te ad personas sive relate ad res se alteri obligat, aliqua
one alterutri parti reservata.

7. Demum *arrha, poena* (conventionalis) et iuramentum eo
fine interdum contractui adduntur, ut securitas servandae fidei
firmetur. — Et quoniam iuramentum obligationi naturali con-
tractus obligationem *ex religione* superaddit, gravis inter auctores
quaestio orta est: utrum quis contractum per se invalidum, eo
quod iuramento firmatus sit, servare ex religione quoad promissam
praestationem teneatur? — Id merito quidem negandum videtur,
ubi iuramentum tantum ut *mera forma accidentalis* ad contractum
accedit, i. e. ubi quis eo confirmare intendit se obligationem *ex
pacto contractam* servaturum esse. Nempe hac sublata iuramen-
tum obiecto caret. Contrarium dicendum in iis adiunctis, in quibus
iuramentum ut nova eiusdem rei promissio *a pacto independens*
eaque iurata rationabili iudicio censeri debet[1].

---

[1] Cf. *Lessius* l. c. c. 17, dub. 7, n. 52: „Iuramentum sequitur naturam et qualitatem actus, super quem cadit, ut communi consensu Doctores docent. Accessorium enim sequitur naturam principalis. Hinc fit, ut, quando actus aliquis vel ex iuris dispositione vel ex recepta consuetudine vel ex agentis intentione tacitam aliquam condicionem includit, eandem quoque includat iuramentum actui appositum, nisi agens contrarium intendat.“ n. 50: „Quando id,

**234. Scholium.** A forma contractuum *naturali* (tum essentiali accidentali) porro distinguenda est forma *positiva*, quae est modu ciscendi iure positivo inductus. Eo referendae sunt *sollemnitates l* quae variae pro variis speciebus contractuum requiruntur, ut in civili validi agnoscantur.

## § 4. De vi obligandi contractuum.

I. Dictio est saltem ambigua nec sine congrua interpretatione da, qua dicitur „statui publico ex divina institutione etere in his terris universum iuris ordinem seu obiectivam tiam repraesentare". Ambiguitas est in verbo „repraesen- e" (vertreten). Aliter enim alicuius rei auctor et dominus eam ntat, aliter tutor et mandatarius. Iam vero status publicus auctor neque dominus est ordinis iuridici, sed partim tutor os, partim mandatarius. *Tutor et custos* est respectu omnium um, etiam eorum, quae naturaliter vel ex fonte positivo divino nt; *mandatarius* autem respectu iuris *positivi,* quod ei insuper dum a supremo ordinatore et iudice Deo committitur, ea con-, ut naturales iuris normas ad usum determinet et secundum rerum exigentias quasi materialiter compleat. (Cf. P. I, n. 289 sq.)

II. Mensura utuntur non solum canonice sed etiam philosophice falsa, qui praetensam illam *universi* iuris procurandi provinciam, statui publico, ut aiunt, divinitus commissam, pro criterio assumunt, quo iusti et veri *limites inter potestatem civilem et ecclesiasticam* dignosci et determinari debeant. Et vero triplex philosophicus error hoc criterium vitiat: 1° quod praeter societatem civilem *aliam* societatem pariter vel etiam potiore modo divinitus institutam et aeque *perfectam* exsistere *posse* et de facto exsistere a priori non agnoscitur; 2° quod universi ordinis iuridici non solum tutela sed *effectiva procuratio* civitati tribuitur; et insuper 3° quod, dum „ordinem moralem" principaliter ad Ecclesiam pertinere indulgent, eum ita limitatum volunt, ut non comprehendat nisi *internum* regnum conscientiae et fidei („das innere Gebiet d Gewissens und das innere Glaubensleben"), id quod nequaqua veram relationem inter ordinem moralem et ordinem iuridici exhibet. (Cf. P. I, n. 506—512.)

III. Hinc collige, quorsum vel ipso sanae philosophiae i pertineant notissimae „moderni status" praetensiones: per proprio iure disponendi de condicionibus ineundi matrimoni ordinibus religiosis aliisque institutis ecclesiasticis, de admin tione bonorum ecclesiasticorum, de modo exercendi discip ecclesiasticam, de dignitatibus et officiis ecclesiasticis, de tione, electione, admissione, depositione ministrorum Ecclesia ipso exercitio sacri ministerii etc. — Nimirum ista *iuris potentia,* qua „status modernus" solus in hoc mundo „iurium f solus universi ordinis iuridici provisor et auctor esse glori ubicumque practice usurpari incipit, *per se* et ipso facto b significat publice declaratum contra Christi Ecclesiam, utpote essentialiter *iuris ordinem sibi proprium* et independenter a potestate divinitus fundatum habet, et qua talem *iure divino et historico* constanter profitetur.

### B. Verus finis thetice adstruitur.

312. Ne in unam propositionem nimia et multiplicia cong tur, iuvabit hic quoque per aliquos veluti gradus procedere, bus facilius et expeditius demum doctrinae summa pers Itaque primum *necessaria finis politici requisita* determinare, iis mediantibus *eum ipsum* quantum fieri possit definite enun conabimur.

#### I. *Veri finis criteria seu requisita necessaria.*

313. **Thesis XXXVII. Finis societatis civi sit ne est: 1. bonum commune; 2. per se exte et vitae terminos conclusum; 3. qualitative pletum; 4. soli et omni societati civili propr 5. e in his terris supremo hominum fini subordi**

*Explicatur et probatur* per partes:

1. *Bonum commune,* i. e. quantum fieri possit, cunctis societatem civilem unitis (tribubus, familiis, individuis) pr *Nam* id ipsum de essentia est *omnis societatis,* neque aliud obie socialis conspirationis esse posset (cf. P. I, n. 373). I civitas *vera societas* est, etsi coexsistenti multitudini non sed naturaliter *necessaria;* quod quidem ex eius origine t storica tum iuridica manifestum est (n. 267 sqq. 279 sqq.).

Qui autem a statu publico indolem societatis eo ipso e arbitrantur, quod sit „institutio divina", ii vel statum pub

potestate publica confundunt, quod revera apud recentiores ı 'o videre est, vel societatis conceptum contra sensum unıem veterum ad *solam* associationem liberam *arbitrarie* coarc-, unde et Ecclesiae nil remaneret, nisi ut in horum gratiam ıtis nomini renuntiet.

2. *Per se externum et intra praesentis vitae terminos conclusum.*

a) *Externum* sit oportet, quia bonum internum *qua tale* ne-; esse per se *sociale,* i. e. obiectum socialis (adeoque externae) rationis (vide P. I, n. 373). At vero „externum" non idem ignificat ac *mere materiale.* Habent enim et ea bona, quae per moralis ordinis sunt, suos aliquando respectus externos et suam m visibilem repraesentationem, et eatenus externa censeri t; uti vice versa bona materialia respectum ad spiritualia interna habent et habere debent.

b) *Intra praesentis vitae terminos conclusum.* Ipsa enim civilis ac s suapte natura tota quanta ad homines in his terris dees pertinet, neque aliam nisi hanc temporalem exsistentiam et. Ergo et finis eius *naturalis* (internus) per se his limitibus contineri debet. Dico „per se"; nam mediate et ultimatim non ı ac res omnes huius temporis ad finem vitae immortalis ı atur necesse est. (Vide P. I, n. 375.)

3. *Qualitative bonum humanum completum,* i. e. nullam omnino boni externi rationem, quae ad hominem in his terris socialiter perficiendum usui esse possit, a suo ambitu *per se* excludens. Quippe omnibus consentientibus societas publica saltem *externe completa* est seu in suo ordine suprema et independens. Atqui haec proprietas omni fundamento careret, nisi eadem esset simul *interne completa,* i. e. nisi — intra sphaeram sui proprii gradus et ordinis — humanum bonum secundum eius *totalitatem* suo fine comprehenderet. Ideo enim societates peculiares, v. g. oeconomicae, litterariae, industriales etc., externe completae et independentes suapte natura esse nequeunt, quia specialem tantum boni humani *partem* exclusive prosequi sibi proponunt. (Vide P. I, n. 392.)

4. *Soli et omni civili societati proprium,* seu tale, quo haec ab omni alia specie socialium institutionum distinguatur. Ratio est, quia societas a suo fine specificatur. (P. I, n. 348.)

5. *Essentiali et in his terris supremo hominum fini subordinatum,* i. e. eiusmodi, quod vel positive et per se rationem medii ad hunc finem habeat, vel ita saltem remote et intentionaliter

illi adaptetur, ut generatim loquendo iis, qui eo discrete et denter uti velint, copiam faciat illum facilius et abundantiu quendi. Quemadmodum enim finis naturali institutioni p tutus non potest esse nisi bonum, ita a priori certum bonum non apparens sed *verum* esse debere (P. I, n. 29). autem quodcumque bonum praesentis vitae externum eatenu quatenus illam subordinationem implicitam habet (P. I, n. 375 377). — Confirmatur insuper ex eo, quod alias finis so publicae dicendus esset „finis in se", quam doctrinam iam abunde expugnavimus.

## Notanda ad solvendas difficultates.

314. Prae ceteris *primum* requisitum („bonum commune") potius obviam eius interpretationem, qua illud demum ob *l privatum* communiter consequendum reducatur, recentioris publici" patronis displicere non sane mirandum; neque iuvat eam contra apertos pantheismi et absolutismi politici tores novis argumentis defendere. Sed sunt alii, qui, theo quidem hanc exaggerationem vitantes, principio partim eatenus a nobis etiam admisso uti solent ad eandem in p tionem impugnandam. Contra hos igitur haec aliqua illustrati indiget.

Ita inter alios *Bluntschli*, quo tempore adhuc sub influx sanioris philosophiae iuris publici progressus versus absolut et omnipotentiam status publici nondum simpliciter, sed cum retico moderamine in favorem libertatis civilis et iurium vatorum sequi solebat (ut apparet adhuc in primis editio operis „Allgemeines Staatsrecht, ed. 2 München 1857, nomi I, 57 sqq.), mediam quandam sed non minus ambiguam vi hac re amplexus est. Loco nempe, ut finis societati civili ura- liter propositus generalissime dicatur *bonum commune c* rectius, ut ipse opinatur, dicitur *„salus publica"* (öffentliche Wohlfahrt). Simul tamen ultro consentit vi huius finis naturale officium potestati publicae incumbere privatam quoque civium prosperitatem pro viribus publicis intendendi ac promovendi. Displicet autem altera illa sententia, quam cum doctoribus scholasticis et universa philosophia christiana tenemus, non, quod sub ratione „boni communis" a statu publico exigat sollicitam publicam curam et providentiam circa media promovendi privatam civium prosperitatem — sed quod in hoc *solo* ministerio *totum* eius finem reponere

ır. Hoc enim conciliari non posse: neque cum natura status ici, quatenus est collectiva unitas seu persona moralis, et qua ›ropriam vitam habet cum proprio analogo fine a privatorum ı diverso; neque cum nobili patriotico sensu omnium bonorum um, quos non raro videmus cuncta sua bona privata et vitam ı heroica virtute pro salute publica immolare[1].

. *Ad haec respondemus:*

1. Ultro agnoscimus, a) societatem publicam personam esse ·alem, propria organica vita propriaque activitate praeditam, vita et activitate privata civium distincta; b) eam qua *talem* vi divinae ordinationis in his terris exsistere; ac proin c) cum

---

[1] „Auch wir preisen es als einen Fortschritt der Zeit, dass der Einfluss ıl des Christenthums als des germanischen Charakters die Rücksicht auf ·riduelle Leben im Gegensatz zu der Allmacht des Staates nachdrück- l ·orgehoben habe . . . auch wir erkennen an, dass das Gesetz und ( nicht bloss Herrschaft über die Individuen, sondern in sehr wesent- B hungen *Dienst für die Privaten* sei. Aber es ist dessenungeachtet ıer und ein politischer Fehler, zu meinen, der Staat sei *nur* um der ı ıtpersonen willen da, er sei nur ein *Mittel* für die Privatwohlfahrt, das cht also auch nur eine Unterlage des Privatrechts. Logisch wird damit B iff des Staates selbst aufgelöst. Es gäbe keine Gesamtheit, die als ( ›s ein eigenes Leben hätte, es gäbe nur eine Summe von Einzelnen, die nander noch sorgen würden. Der gute Wille, mit welchem Millionen ihr Pri ;wohl der Wohlfahrt ihres Vaterlandes unterordnen, die Opferfreudigkeit, welche Tausende begeistert, für die Ehre und die Macht des Staates in den Tod zu gehen, die Grossthaten der Helden aller Zeiten wären eitel Thorheit und Schwärmerei. Die Hoheit des Staates würde in die Gemeinnützigkeit einer Assecuranzanstalt umschlagen. So ist es aber in Wahrheit nicht. Es besteht ein organisches Gesamtleben der Völker und der Menschheit, welches nach der göttlichen Weltordnung eine selbständige Bedeutung hat und dem Einzelleben in wichtigen Beziehungen von Natur übergeordnet ist, dem ein eigenes Entwicklungsgesetz innewohnt, das in weit grössern Zeiträumen sich wandelt als die Entwicklung der Individuen. Seine Wohlfahrt ist eben die *öffentliche* Wohlfahrt im eigentlichen Sinn, und indem der Staat dafür zunächst sorgt, sorgt er mit Recht für *seine eigene Existenz*" (Allg. Staatsrecht I, 60).

Ceterum, quod notari interest, idem iuris publici doctor in posteriore vitae periodo, interim ad francomurariam dignitatem evectus, maiores versus Hegelianam statolatriam progressus fecit, finem publicum, ut iam supra notatum, *illimitatam culturae evolutionem* esse docens („Die Lehre vom modernen Staat" I, 361). Immo ad status publici propositum pertinere existimat suam in omnium conspectu magnificentiam manifestare („seine Herrlichkeit aller Welt zu offenbaren"), ut legitur in libro „Deutsche Staatslehre für Gebildete" (1874) p. 14.

omni vitali organismo hanc naturalem destinationem co habere, ut semet ipsam *in suo esse conservet et perficiat.*

2. At vero negamus horum quicquam per nostram sente excludi vel non implicite supponi. His omnibus enim ulterius quaeritur, *cuiusmodi sit* ista *perfectio propria,* ad publica societas naturaliter destinetur? — Cui quaestioni, in confisi rationibus, respondemus: hanc perfectionem, in q re ceteroquin consistat, *non posse esse nisi bonum commune* ne illam quidem ipsam *publicam prosperitatem* proprie d („die öffentliche Wohlfahrt im eigentlichen Sinn") *veram soc publicae ut talis perfectionem* exhibere, nisi in quantum rat habeat *boni communis,* qua vel proxime vel remote redun bonum privatum civium quantum fieri possit omnium. suapte natura fructifera nisi succreverit, nisi noxios influxu peraverit, nisi evoluta fuerit, nisi floruerit, in suo esse esse non potest; sed haec omnia ad propriam arboris perf eatenus pertinent, quatenus perfectam *fructus ferendi* denotant. Similiter societas publica secundum naturae propo exsistere, se conservare, evolvi et florere debet, sed non neque ut floreat suisque floribus glorietur, sed ut perfectan tutem habeat *sociales fructus ferendi.*

3. Per hunc respectum bonum *publicum* nequaquam cum privato confunditur; bonum publicum, qua commune est, a privato satis eo distinguitur, quod illud est bonum privatum quidem, in medio positum et *applicabile* cunctis, hoc autem b privatum *actuale,* in particulari *applicatum;* illud huius colli vel abundantius et facilius colligendi *possibilitas* vel indeterm exstans copia, hoc vero illius partialis *fructus* vel de *participatio;* illud activitati *publicae,* hoc libertati *priv* quam proprium obiectum respondet.

4. Nihil pariter nostrae sententiae detrahit, quod pro communi civibus aliquando magna boni privati pars offeren etiam vitae discrimen subeundum sit, secundum axioma: „E commune bono privato anteponendum est." Id quare et qu per rationalem ordinem exigatur, ex his fere considerat momentis facile intellegitur: a) Hominis rationalis propriu res et bona non solum secundum individualem et subiec delectabilitatem sed etiam secundum *obiectivum valorem* c scere et aestimare (P. I, n. 43—46); unde fit, ut bona a

nis bonis ordinis inferioris, bona universalia particularibus ob-
ve praeferenda contra subiectivi egoismi stimulos ratio dictet.
oc modo non proprium bonum abiicit, sed inferius cum altiore,
et rationali, commutat. b) Huic rationis indoli universali
ndet in voluntate (appetitu rationali) momentum analogum,
vido sensu „solidaritatis" tum humanae tum civilis oriundum,
cum stimulo et lege caritatis. Inde enim fit, ut quis aliis,
ertim sociali nexu arctiore sibi coniunctis, non minus quam
psi bona exoptet, immo magnanimiter sua aliorum, prae-
n multorum, bonis vel sua minora aliorum maioribus, uni-
ioribus vel magis necessariis ultro postponat. c) Bonum
nune, tametsi finalem respectum habet ad augmentum boni
ti, vicissim tamen privatum bonum civium aliquatenus ut
um sibi subordinatum habet, eatenus scilicet, quod non nisi
ratione virium socialium et multiplici sacrificio privatae
ionis conflari, conservari vel perfici possit. Et quoniam socie-
publica intuitu omnium coexsistentium sit naturaliter neces-
et praecepta, patet illa privatorum sacrificia ad hunc finem
ria non minus naturaliter praecepta esse debere. d) In
mutua subordinatione boni communis et boni privati inter
emper tamen *essentialis* ordo finalis servatur, quo numquam
altioris ordinis et essentialia inferioribus et accidenta-
subordinari legitime possint. e) Philosophicum substratum
doctrinae prorsus necessarium est *animi immortalitas* et
moralis in futura vita complendus, cuius intuitu praesens
cum omnibus suis institutis et bonis relativum tantum va-
n habet.

**Scholium.** Quemadmodum *bonum commune* non est aliquid abstractum aut privato bono oppositum, ita et *generis humani qua perfectio*, quae illi tamquam finis idealis in his terris proponitur, ius etiam intuitu societatem civilem necessariam esse probavimus , n. 420 ad 3), concrete et approximative non aliunde quam ex iugiter et latius diffusa singulorum hominum perfectione efflorescit l hanc vicissim iterum finaliter refertur. Quare utrumque sine omni no doctrinae dissidio recte dici potest: *tum* societatem publicam ordinari ad amplificandam et evehendam generis humani am) ] fectionem, *tum* eam destinari ad augendam perfectionem *rum quantum fieri possit omnium;* dummodo illa nec *finis in se* nec rerum humanarum *per se supremus* dicatur.

II. *Determinata finis enuntiandi formula.*

317. **Thesis XXXVIII. Finis societati civili propositus est: tum ordinem socialem, quem na dignitas et organica societatis structura postulant, fulcire, tum — intra limites eiusdem ordinis — vilis prosperitatis socialiter prosequendae condici s e publice necessarias, harmonice providere.**

Praenotanda. Thesis quoad substantiam eandem nam continet, quam omni fere aetate scientia christiana pro est; eam vero delineatis simul eius limitibus accuratius conatur. Itaque in prima parte veterum „iuris fruitio" et altera „bonum publicum", „salus publica" etc. magis ex enuntiatur.

*Ad primam partem* notandum: a) *„Ordo socialis"* effi fulciendus comprehendit tum publicas iuris relationes, qui pus sociale qua tale subsistit et conservatur, tum iura priv a quorum integritate pax et securitas civium dependet. b) D *„efficaciter fulcire"*, non constituere vel efficere, scilicet i re auctoritate et potentia *obiectivum iustitiae ordinem*, qui *naturaliter* determinatus exstat, partim *positive* quidem sed normas eiusdem naturalis iustitiae determinandus et com est. c) Per additum *„quem naturae rationalis dignitas . . . lant"* adhuc magis determinatur *verus* socialis ordo, i. e. a div fundatore societatis intentus. Porro „naturae rationalis digni non solum omnes hominis et humanae societatis *naturales* re ec- tus ad Deum et ordinem moralem positive involvit, sed e *supernaturales*, quos superaddere Deo placuerit, hypothetice i plicitos habet. „Organica vero societatis structura", qua civi naturaliter ex praeordinatis socialibus organismis, non imm ex individuis hominibus coalescit, ambitum naturaliter debitum *libertati civili* asserit.

*In altera parte* asseritur finem societatis publicae, in priore parte exhibitum, etsi primarium et essentialem, per se tamen nondum completum esse, sed insuper ad bonum commune *positive* procurandum se extendere debere. Quale autem id ipsum sit et quibus limitibus circumscriptum, hisce momentis definitur: a) Eius *obiectiva extensio* tam late patet quam publica virtualis copia *omnimodae civilis prosperitatis socialiter prosequendae*. Dicitur *„civilis* prosperitatis", quae quidem eatenus a prosperitate *humana*

inguitur, quod haec immediate hominis bona etiam *interna,* autem per se *externa,* interna vero mediate tantum et con- ıter comprehendit. Intellegitur proin essentialiter *prosperitas* ı ı *ıe,* sed utique non apparens, sed *vera* seu cum respectu ı beatitudinem hominis perfectam in vita futura con- ım. Dicitur praeterea *„socialiter prosequenda“,* ut ad ea civilis prosperitatis bona restringatur, quibus comparandis ratim loquendo singulorum civium privata facultas non suf- t, quae tamquam vere communia *communi eorum coopera- indigent.* Porro intra hos limites eadem prosperitas ponitur *ıoda,* i. e. nullo ceteroquin boni civilis genere aut gradu se excluso. — b) Eius *procurandi modus* talis sit oportet, adui et ordini societatis publicae respondeat, i. e. vere *li* ɜ. *a*) Huc pertinet, quod providentiae *publicae proprium diatum* obiectum esse dicitur: *non* ipsam prosperitatem ulorum civium aut familiarum *directe efficere* — id quod privatae eitati et libertati reservandum est —, sed eius (magis ue et facilius) assequendae *„condiciones externas publice* ı *a s“* complere, seu eam reddere per se cunctis extrinsece *ii ı,* quantum id a publico interventu pendeat. Itaque ne quidem „externas“ condiciones, sed eas tantum, quae gene- ı loquendo privatas facultates excedunt, status publicus sub- andas habet. *β*) Accedit, ut id ipsum *„harmonice“* pro- t, i. e. ex universali quodam rerum obtutu et cum respectu ad bonum vere commune totius corporis socialis, non unius alteriusve tantum classis civium cum detrimento reliquarum, ac praeterea *bonum hominis supremum et essentiale semper saltem remote intuendo,* cui omnis terrena prosperitas subordinatur. *γ*) Denique tota haec positiva providentia „intra limites eiusdem ordinis“ contineatur necesse est, qui in priore parte propositionis describitur, et in quo non solum primarius scopus, sed etiam inviolabiles normae publicae activitatis praefiniuntur. Quibus praenotatis

318. **Probatur pars I.** Illud prae ceteris ad naturalem civitatis finem pertinere dicendum est, 1) propter quod familiarum unio sub civili nexu probatur fuisse proxime necessaria et ideo compellente natura inducta; 2) quod multitudinis socialiter exsistentis *bonum commune* est omnium *praesentissimum et maxime necessarium.* Atqui utrumque verificatur in eo, quod in hac prima parte proponitur. Ergo . . .

*Prob. min.* Primum membrum facile ex iis colligitur, ( ad probandam nexus civilis necessitatem et naturalem or dicta sunt (P. I, n. 420; P. II, n. 290, 291). Et reve sane momentum etiam in historica civitatum origi efficacius homines ad vivendum sub civili imperio com sub eoque continerentur, quam *ratio securitatis* tum pe tum possessionum ac iurium.

Alterum membrum his rationibus certis evincitur: a) Sc ordo, qualis in thesi describitur, obiectivae socialis i tiae denotat; iam vero huius realis executio et efficax s ntatio *condicio est stabilis socialis coexsistentiae,* et corpori sc conservando et firmando idem fere in ordine mo i p quod in ordine physico humano corpori compago ( vorum ac singulorum organorum inter se et ad to itatem nismi debita proportio. Hinc verissimum illud „Iustitia est damentum regnorum". b) Etiam abstractione facta ab hac necessitate, idem ordo iustitiae non minus pro societate pro singulis hominibus in ea exsistentibus *per se* *inalienabilis boni rationem habet.* Bonum est videlicet rationali per se et per essentiam conveniens, cui proin h sive singillatim sive collective spectati tam parum umq nuntiare possunt quam rationali dignitati. Aliunde autem bonum vere *commune* est et tantum in civili nexu secure dum, ut dictum est in priore membro argumenti. Ergo n praedicatur inter bona communia multitudinis socialiter „praesentissimum et maxime necessarium".

**Confirmatur** haec prima pars propositionis unanimi co tum veterum tum recentiorum circa *generale* saltem ob assertionis, scilicet *communem iuris securitatem*[1]. Limi quos thesis illi assignat, evidenter cum limitibus obiectivis o socialis ac iurium alibi stabilitis (P. I, n. 441 sqq.) congru praeterea indirecte comprobati sunt, contrariis falsis inter tionibus et acceptionibus explicite refutatis (v. supra n. 3 309 sqq.).

---

[1] Hunc *primarium* finem societatis civilis ipse aposto 1 T manifeste indicat, ubi obsecrat orandum pro regibus et omni qui in tate sunt — scilicet pro habentibus potestatem publicam —, *tranquillam vitam agamus*". Sed ne quis putet in hoc *abso* addit eius finalem respectum pro homine rationali, p c n premum: „in omni pietate et castitate".

**Probatur pars II.** Haec *duplicem* assertionem implicitam *Altera* est: finem publicae societatis in solo ordine sociali ıdo *non totum compleri,* sed eo supposito praeterea propriam societatis perfectionem (publicam prosperitatem) *positive nus promovendam* complecti; *altera* huius *propriam sphaeram* ninat.

Assertio prima probatur.

1. Ex thesi XXXIV, praesertim ex eius probatione secundo posita (v. supra n. 305). Nempe socialis ordinis tutela per se ( :n' n, conservationem, integritatem et sanitatem tantum, p uerit, etiam ad rationalem pulchritudinem corporis is ec . Iam vero omni organismo proprium est, nequa- ı in sui ipsius integra vel etiam decora constitutione finaliter cere, sed *ope huius ad positivos vitales fructus se evolvere.*

2. Ratio, ob quam civitas pro humano genere necessaria esse ellegitur, generatim loquendo non in *sola* securitatis et ordinis ium, sed aliorum insuper subsidiorum socialium indigentia con- t, quae privatam sufficientiam excedunt (vide P. I, n. 420; II, n. 290. 291).

3. Confirmatur veterum consensu usque ad Kantii novationem, , quod plus est, constanti practico usu populorum, quem ne ipsa ıidem recens contraria theoria, licet publice recepta, serio inter- e valuit.

Assertio altera probatur.

Haec quidem fere ipsa praemissa expositione (n. 317) satis ıuet. Ita nempe varia momenta ibidem iam insinuata ad formam gumenti redigi possunt: Positivum istud publici finis comple- ım tale esse debet, ut in fine totali *cuncta „necessaria requi- ta“* in thesi praecedenti (n. 313) stabilita verificentur. Atqui id eveniret, nisi in illo saltem implicite ea determinatio ob- ctiva et formalis subintellegeretur, quae in altera parte theseos ɛprimitur. *Nam*

1. Nisi illud „omnimodam (veram) civilem prosperitatem so- aliter prosequendam“ eamque solam intentionaliter comprehen- eret, manifeste *vel* non esset bonum „externum, intra praesentis itae terminos conclusum“, *vel* non „qualitative bonum humanum ɔmpletum“.

2. Nisi cura eiusmodi prosperitatis contineretur intra „limites ɔcialis ordinis“ supra definiti, aut nisi ad solas illius „condiciones

externas, publice necessarias," providendas proxime r
evidenter non eo gradu et modo bonum commune si p
haberet, quo sit exclusive et specifice *„societati civili*
sed multipliciter partim cum sphaera libertatis *ind*
*domesticae,* partim cum speciali fine *ecclesiastico* col
nus huic quoque aliquatenus convenit eiusdem pros
cessarias condiciones, sed primario *internas et morales,* sup

3. Nisi publica circa hunc finem providentia „
exerceretur, aeque bene damnum quam „bonum vere co
aut bonum apparens pro vero procurari posset (cf. „Pr
probationi praemissa).

Ergo verus finis publicae societatis secundum ve
ambitum in thesi enuntiatur.

**320. Corollaria.**

I. Hinc colligitur, quomodo secundum naturalem
stinationem status publicus se habeat ad familiam. In eo
ambo haec socialia instituta conveniunt, quod natura
successivi gradus et membra unius eiusdemque ordinis
universalis, cuius finis *communis* est *ipse homo in his*
*cundum naturam, i. e. secundum condiciones naturalis et*
*perfectibilitatis, evolvendus et perficiendus.* Sed alio gradu
bitu familia, alio societas civilis ad hunc finem adim
ordinatur. *Illa* ad essentialia humanae exsistentiae bona
xime refertur, *haec* ad eorundem uberiorem amplification
evolutionem; *illa* socialia bona homini perficiendo vel per e
tium libertatis immediate applicat vel ad hunc usum pro
disponit, *haec* eadem ut *applicabilia* tantum remote p
eorumque quasi *virtualem* copiam in medium confert; *illa*
humanam perfectionem efficere et actualiter excolere intra lin
privatae sufficientiae nititur, *haec* istam sufficientiam r
omnium custodire et *publice dilatatis* mediorum fontibus augere
et extrinsece iuvare contendit (cf. P. I, n. 429).

**321.** II. Unde recte dicitur, intuitu finis universalis humanae societatis *publicam* activitatem ad *privatam* accedere tamquam huius quasi *complementum* extrinsece necessarium; *illius* proinde propriam sphaeram ibi solum *incipere,* ubi *huius* naturalis ambitus *desinit.* Verum quoniam hic limes in praxi non mathematice sed morali aestimatione definiendus est, evitari non potest, quominus earum rerum, quae publicam interventionem exigant, aliqua aesti-

quae *ad finem supernaturalem* disponunt, vel intra limites *ho naturalis* (legis naturalis observandae) continetur.

1. *Honestas morum privata* sive supernaturalis sive na ad proprium civitatis finem pertinere non potest: *non su ralis,* quippe quae per auxilia naturalia comparari nequit; *naturalis;* nam — a) Haec consistit maxime in actibus in ad quos dirigendos potestas civilis per se impotens in est. b) Ob eandem causam maxima ex parte non po obiectum iuridicae (coactivae) obligationis. c) Qua talis et ra sui nullum respectum habet ad bonum publicum in sensu explicato; hunc enim respectum eatenus habere potest, qua non iam privatae sed publicae honestatis indolem prae se Nimirum

2. *Honestas publica* in eo consistit, ut vita civium ex *sociale honestatis decorum servet,* idque imprimis *negative,* i. e. que moralis turpitudinis aut impietatis quasi professionem hibendo, neque alio scandali genere ad peccandum incit subministrando vel circumferendo; et aliquatenus etiam *posi* i. e. eam socialem speciem exhibendo, quae potius ad vi aestimationem nutriendam accommodetur. — a) Quodsi morum honestas supponitur talis, quam ipse *naturae ordo* e dubium non est, quin ea *per se* ad condiciones publi speritatis etiam temporalis pertineat, ideoque in limi thesi XXXVIII assignatos *suapte natura* publicae lan providentiae obiectum esse possit ac per se etiam deb . I *per se;* nam ipsa „harmonica" ratio promovendi publicam pr speritatem in praxi aliquando legitime suadere potest, ut, gravioris vitandi gratia, aliqua mala non positive opprima quae per se publice impediri legitime possent. b) Honestas publica, quae et quatenus praecise *supernaturalem ordi* audit, non quidem per se et immediate ad finem civitatis *na liter* proprium pertinet; ad eum tamen pertinet *di* derivatam et consequentem applicationem, ut inf urati exponetur.

Ad hoc totum argumentum illustrandum inserviunt quae u versim quidem de morali hominis regimine exposuit *Suar* „Triplex potest distingui moralis gubernatio hominis: qua *politica,* quae pertinet ad regimen civitatis et communita p

[1] De leg. l. 3, c. 11, § 8.

; alia *oeconomica,* quae spectat ad regimen unius familiae domus; tertia dici potest propria uniuscuiusque circa semet m, quae dici potest *monastica,* quasi unius regimen continens. stas autem civilis per se ordinatur ad gubernationem *poli-m* . . . et ideo per se non dirigit oeconomicum regimen nisi , quae redundant in commune bonum civitatis et illud pos- impedire aut promovere; reliqua enim, quae ad privatam iliam spectant, non per leges civiles, sed per uniuscuiusque amilias prudentiam ordinantur. Ergo simili proportione ione non spectat ad leges civiles monastica directio seu priva honestas singulorum, ut tales sunt, sed solum ea morum rectitudo per has leges constituitur, quae bono civili vel necessaria vel valde utilis est."

325. Quod de morum honestate dictum est, — solum philosophice quidem loquendo — eodem fere modo de *religione* valet, eadem nimirum adhibita distinctione religionis privatae et publicae, naturalis et supernaturalis ordinis, atque — servato respectu *proximo et directo* — non ad futurae, sed *praesentis* vitae felicitatem. Eo pertinet, quod monet *S. Thomas*[1]: „Lex divina principaliter instituitur ad ordinandum homines ad Deum; lex autem humana principaliter ad ordinandum homines ad invicem. Et ideo leges humanae non curaverunt aliquid instituere de cultu divino nisi in ordine ad bonum commune hominum: et propter hoc etiam multa confinxerunt circa res divinas, secundum quod videbatur iis expediens ad informandos mores hominum, sicut patet in ritu gentilium." Ceterum de „iure publico circa religionem" infra dicetur.

### B. An finis societatis civilis sub lege christiana extensive aliquam mutationem subierit.

326. Aliquam dubitandi ansam hac de re suggerere forsitan potest factum historicum Ecclesiae divinitus institutae tamquam societatis perfectae, independentis et universalis. Quae licet regnum sit „non de hoc mundo", est tamen in hoc mundo, — et licet non civilem, sed spiritualem et supernaturaliter informatam hominum prosperitatem in his terris et per eam directe aeternam beatitudinem respiciat, eo ipso tamen et civilem vitam multipliciter penetrat et ut fini spirituali utpote altiori conformetur postulat, — et quamquam non cives singularum civitatum *qua tales,*

[1] S. theol. 1, 2, q. 99, a. 3.

eosdem tamen ut *homines* sibi subditos habet aut de i
aggregare potest. Unde obvia oritur quaestio: num su
divinitus hac nova et positiva institutione quicquam
et naturali extensioni finis publici detractum sit, i ut sub
christiana competentia supremae politicae po arctior
limitibus circumscripta censeri debeat, quam in ordi
fuisset? — Immo haec opinio etiam historice robo i
Nam, ut ipse *S. Thomas* (v. supra n. 325) fatetur, apud po
gentiles civilis potestas passim sui iuris esse reputabat,
divinum, saltem quatenus reipublicae interesset, directe sta
et ordinare — quod nunc quidem soli Ecclesiae competit.
cedit, quod in familiis et communitatibus patriarchalibus,
naturalia quaedam incunabula societatum civilium exhi
ipsos patres familias et patriarchales principes simul cum
administratione sacerdotio functos esse videmus.

327. Haec tamen et similia dubia facile solvet qui
naturalis extensionem formalem non obiter tantum ima
Itaque dicendum:

1. *Finis civitati formaliter praefixus* per se constans est et immutabilis, non secus ac ipsa civitatis natura specifice considerata, cui ille ex correlatione respondet. Quapropter, si nihilominus aliqua mutatio circa hunc finem ex lege christiana intervenerit, ea non potest esse nisi *extrinseca* seu circa finis *materiam* extrinsece variabilem. Porro

2. *Finis extensio materialis seu quantitativa* duplex distingui potest, alia *virtualis*, alia *actualis*. a) *Virtualis* ea omnia comprehendit bonorum socialium genera, quae in abstracto vel per se talia sunt vel per adiuncta aliquando talia esse possunt, quae merito pertineant ad „condiciones externas, publice necessarias, omnimodae civilis prosperitatis socialiter prosequendae". Quare haec per se et obiective non minus constans est quam extensio formalis, a qua sola scilicet suam obiectivam mensuram accipit. Aliter se habet b) *Actualis* extensio quae omnia et sola ea bonorum socialium genera complectitur, quae pro concretis temporum rerumque adiunctis supra dictam qualitatem *revera* prae se ferant. Hanc sane successu temporis variis mutationibus subiacere nil impedit. *Per adiuncta* enim contingere potest, ut nonnulla obiecta, quae antea in abstracto quidem et virtualiter a materia finis non excludebantur, seu *hypothetice* tantum in ea

in ntur, deinceps aut realiter completa hypothesi iam *actu* n rtinere incipiant; aut vice versa, quae antea actu eidem iseri poterant, mutatis rerum adiunctis ista actualitate vel ts vel pro semper excidant.

Id ipsum igitur ad praesentem quaestionem applicando c facile concludes: Post institutam Christi Ecclesiam finis so- tis civilis, secundum *actualem* extensionem quantitativam, tim *augmentum* partim *decrementum* accepit, utrumque per se stabile et in perpetuum. 1. *Augmentum* quidem duplex: *primum,* quatenus iuris ordo publice fulciendus obiective dilatatus est; civitati enim christianae procul dubio per se officium incumbit saltem intra fines suos, tum ius divinum Ecclesiae, tum iura civium inde manantia non minus quam reliqua agnoscendi et publice tuendi; *alterum,* quia vera ratio civilis prosperitatis publice promovendae deinceps obiective inseparabilis esse cognoscitur ab iis quoque socialibus bonis, quae a positivo religionis fonte derivantur. 2. *Decrementum,* quatenus „limites socialis ordinis", intra quos universim exercitium publicae providentiae et iuris publici propria competentia continetur (v. supra n. 317), positivo ecclesiae iure coarctantur. Nam postquam Christus Dominus, Rex regum, Ecclesiae sollemne mandatum et exclusivum ius contulit res omnes, quae ad Dei cultum et religionem vitamque hominum christianis moribus informandam pertinent, superna auctoritate ordinandi atque sanciendi, alia sane potestas easdem res curandi, tametsi bonum etiam commune civium respiciant, civili auctoritati non relinquitur, nisi *derivata* et *subordinata,* i. e. solum ex consensu ecclesiasticae auctoritatis exercenda. Id igitur ut sancte servetur, primarius finis societatis publicae postulat, nimirum rectus ordo socialis secundum obiectivas iustitiae normas efficaciter custodiendus.

His omnibus neque finem civitatis formalem neque eius materiam remote seu abstracte consideratam ullatenus attingi manifestum est. Eo sensu et *Suarez*[1] docet, potestatem, ut nunc *sit* in principibus christianis, in se nec esse maiorem vel minorem nec alterius naturae, quam fuerit in principibus ethnicis, ergo ex se non habere alium finem nec aliam materiam. Nimirum per se (sicut semper, ita etiam in ordine christiano) „potestatem civilem", ait,

[1] De leg. l. 3, c. 11, § 2. 4. 5.

„non respicere felicitatem supernaturalem ut finem ultimum“, „ex vi propriae naturae vel propriarum actionum, per qu modo versatur circa talem finem nec circa materiam vel supernaturalis ordinis“ . . . „et in hoc maxime distingui a po ecclesiastica“. . . . Eandem tamen potestatem, licet de se naturalem“, nihilominus „ut sit coniuncta fidei, in illum referri posse ac debere . . .“, scilicet *„per extrinsecam rela* (subiecti) habentis illam“ (potestatem).

329. Quod supra memoratas rationes apparenter con attinet, notandum est: 1. Etiam apud populos gentiles or divini cultus rerumque spiritualium non tam civili potestati tali quam *sacerdotali* seu pontificiae potestati tribuebatur, illo tempore quidem arcte cum potestate civili coniungi Cum ea tamen tam parum confundebatur, ut in rebus p difficilibus ac dubiis reipublicae rectores effatis et consil dotum, tamquam deorum interpretum, publicos actus non religiose conformarent. 2. Similiter in familiis patriarcha sacerdotium non per se, sed extrinsece, neque semper et c niter, sed vi specialis vocationis divinae, potestati pa haerebat. Eodem enim fere tempore illud etiam speciali personis non pro sua tantum domo collatum apparet, ut v. g. Melchisedech. Et quam primum multiplicatis independentibus familiis, maiores coetus civiles succedebant, statim etiam auctoritas sacerdotalis a potestate civili discreta et speciali veneratione circumdata apparuit. Hinc etiam in populo Israelitico Aaron divinitus ad hoc munus assumptus est. Unde apparet hunc potestatis dualismum, historice stabilem et naturae humanae societatis accommodatum, divinae providentiae lege institutum esse.

### C. An idem finis a gradu civilis culturae quantitative dependeat.

330. Solutio huius quaestionis implicite iam continetur principio supra (n. 327) exposito, quare solum congrua eius i tione indigeo. Ut primo quidem opus non est denuo m e eiusmodi dubium a priori versari non posse nisi circa tensionem quantitativam finis, quam *„actualem“* appellavi Eo autem sensu intellecta quaestio *affirmativum* respo exigere videtur, quod accuratius ad hanc sententiam reduci potest:

**T ·s· XXXIX. Quo magis et universalius in aliquo o ı a ua aetate genuina civilitas animique cultura, et alis civium spontaneitas evoluta fuerit, eo angu- li tibus generatim loquendo quantitativa extensio finis ıdum usum actualem et practicum circumscribitur.**

**Probatur.** Finis societatis publicae secundum partem suam *vam* in eo consistit, ut „omnimodae civilis prosperitatis c iter prosequendae condiciones externae" — non quales- que, sed — „publice necessariae harmonice provideantur" (Th XXXVIII); igitur ad eas condiciones subministrandas, quae et quatenus sine interventu publico iam per *privatam* socialem spontaneitatem oriuntur, in concreto se non extendit. Atqui negari non potest, quo magis et universalius genuina civilitas et animi cultura in aliquo populo aut aliqua aetate profecerit, eo maiorem generatim loquendo efficaciam fore *socialis spontaneitatis* et hinc *privatam sufficientiam* circa multa socialia bona, quae pro aliis rerum adiunctis nonnisi publicis institutionibus suppeditari possent. Ergo . . .

Dixi „generatim loquendo", i. e. per se et ceteris paribus; nam per accidens et aliunde obortis obstaculis realiter aliquando contrarium evenire posse non infitiamur.

331. **Corollarium.** Nil impedit, quominus, *eadem manente virtuali extensione finis, positiva* publica providentia circa bonum commune pro *certis temporum adiunctis* practice reducatur fere ad solam harmonicam directionem socialis spontaneitatis ac libertatis; qualem et ii tamquam in praxi necessariam admittunt, qui universim et formaliter in sola tutela ordinis iuridici finem publicum situm esse volunt (cf. n. 305 — Rechtsschutztheorie). Sed haec qualiscumque practica congruentia accidentalis est et essentialem theoriae diversitatem minime tollit.

332 **Scholium 1.** Extensionem finis publici tum formalem tum quantitativam *Suarez* [1] ita secundum varia eius momenta per compendium describit: „Eius (potestatis civilis legislativae) finem esse felicitatem naturalem communitatis humanae perfectae, cuius curam gerit, et singulorum hominum, ut sunt membra talis communitatis, ut in ea scilicet in pace et iustitia vivant et cum sufficientia bonorum, quae ad vitae corporalis conservationem et commoditatem spectant, et cum ea pro-

[1] De leg. l. 3, c. 11, § 7.

bitate morum, quae ad hanc externam pacem et felicita
et convenientem humanae naturae conservationem nec
addit hanc esse mentem *Aristotelis* (Eth. l. 1, c. 2 et 4; l. 5, c. 1)
divi *Thomae* (1, 2, q. 90, a. 2; q. 95, a. 1. 4; q. 96, a. 2. 3; q. 99, a

Quae recentius inter catholicos philosophos *Balmes*[1] in
disseruit, optime quidem inservire possunt ad *verum* bonum
*falso* discernendum, et ideo finem publicae societatis exhibent
*naliter* rectum, sed *extensive* et *iuridice* minus determinatum. Ita
ille (si latine redduntur eius verba) ratiocinatur: „Prosperitas *pu*
aliud esse non potest nisi *perfectio societatis*.... Societas vero est
morale ...; si praescinditur ab individuis, non est nisi aliquid
ergo eius perfectio realiter in ipsis individuis, quibus constat, ul
quaerenda est.... *Perfectio societatis* consistit in tali eius organi
quae prae omni alia aptissima sit ad simultaneam et harmonic evo-
lutionem omnium facultatum quam maximi numeri individuor
eam pertineant.... Eo igitur perfectior erit societas, quo
tatis intellectui, quo puriorem moralitatem voluntati, quo plenio
factionem materialibus necessitatibus quam maximi numeri indi
praebuerit." Unde consequitur: „Finis proprius ultimus omnis s
progressus, civilitatis et quorumcumque socialium bonorum, q
similibus nominibus designari solent, est: perfectissima quae
possit intellegentia, perfectissima moralitas, perfectissima
speritas pro numero individuorum quantum fieri possit max ."

Tametsi societas civilis non immediate ex individuis, ut ex istis videri posset, sed ex familiis organice conflatur, ipsa tamen doctrina per se et ad mentem auctoris intellecta vera quidem est. At vero sic absolute et *sine omni fere certo limite competentiae publicae* proposita non sane omni abutendi periculo vacat, cum merito timendum sit, ne cum detrimento legitimae privatae libertatis, quam auctor aliunde acriter defendit, maius spatium intemperantiae publicae legislationis tribuat.

**333. Scholium 2.** Quoniam, ut ex dictis satis liquet, in quaestione de fine proprio societatis civilis virtualiter et inseparabili nexu continetur simul quaestio de legitima extensione et limitibus potestatis publicae, utraque quaestio plerumque fere promiscue aut per modum unius tractari solet. Et vero praeterquam in libris, qui de iure publico sive philosophice sive politice agunt, passim de eodem argumento virtualiter duplici plus minusve fuse discurritur, a medio praesertim saeculo XIX non pauca specialia scripta exstant, quae multorum ea de re politicas opiniones et iudicia exhibent. Huc inter alia referri possunt: *Murhard* (1779—1853), Der Zweck des Staates; *W. v. Humboldt*, Versuch, die Grenzen der Wirksamkeit des Staates zu bestimmen (1851); *Pascal*

[1] Eth. c. 21.

*rat,* De l'Etat, sa place et son rôle dans la vie des sociétés (1852); *Ducpétiaux,* Mission de l'Etat, ses règles et ses limites (1862); *m Barrot* († 1873), De la centralisation et ses effets; *V. Cathrein,* Aufgaben der Staatsgewalt und ihre Grenzen (1882), etc. — Ad ıec autem non pauca accedunt, quae e principiis partim pantheisticis materialisticis plus minusve aperto socialismo theoretice viam nt.

## Articulus 3.

*Notio societatis civilis ab elementis eam constituentibus petita.*

Ad fundamenta physiologica iuris publici, quibus genuina completa societatis publicae idea superstruatur, tertio loco ıerandus est accuratior conspectus interioris structurae et eleorum, quae illam constituunt. „Accuratior", inquam; nam ɔb et generalis eorum notio in iis, quae supra de origine civitatis disseruimus, partim explicite partim implicite iam haud obscure conotata exstat, eaque sufficiens, qua etiam ad cognoscendum et stabiliendum naturalem civitatis finem tuto uteremur. Sed remanet, ut, quae summatim cognoscuntur, per partes quoque penitius considerentur. — Et vero ex dictis hactenus et ex communi indole omnis societatis naturalis satis manifestum est civilem coetum nequaquam hominum tantum numero instar acervi aequalium atomorum conflari, neque eius unitatem quomodocumque moralem, sed natura duce *organicam* esse, qua scilicet civilis communitas tamquam persona moralis quodammodo similitudinem personae individualis referat. Quemadmodum igitur homo animo et corpore consistit, ita et haec entitas moraliter et organice una praecipue ex duplici elemento constituente, altero *materiali* (materia), altero *formali* (forma), coalescit. Utriusque elementi distincta proprietas simul et vitalis unio, cum respectu ad correlatum naturae finem, veram demum societatis civilis notionem, physiologice et philosophice completam, intellegentiae suppeditabit.

### § 1. De elemento constitutivo materiali seu de corpore societatis civilis.

335. Materia completa, qua corpus organicum publicae societatis consistit, partim *personalis* partim *realis* est, i. e. tum *populum* tum *terrae plagam,* quam is inhabitat, complectitur. Quippe cum dominia rerum, maxime fundorum, cum ipsa iam societate

domestica naturaliter orta sint et cum eius evolutione org
conectantur (v. supra n. 174 sqq.), necesse est, ut, ubi
in sociali evolutione cursus naturae non violenter interrun
populus quoque cum terra, in qua stabiles sedes habet, q
ganice coalescat in eaque historicas radices figat ab ei
stentia et vita inseparabiles. Id ipsum denotat vulgaris g
nica expressio „Land und Leute".

### A. De populo.

336. *Populus,* si strictiore sensu accipitur, non quemlil
iorem numerum vel arbitrarie congestam multitudinem
minum sive familiarum denotat, sed potius historice org
ortam aggregationem familiarum, generum, tribuum, com
tatum, classium hominum etc. *in unione politica* conviventi

In vulgari sermone vocabula *„populus"* (Volk) et *„natio"*
tion) non raro promiscue usurpantur, et revera ambo con
interdum *materialiter* identificantur, semper tamen essentiali
mine *formaliter* differunt. Ratio discriminis utrimque in fo
unitatis vinculo sita est. Nam populus ab unitate *politica,*
vero ab unitate *physiologica* denominatur. Scilicet postquam
humanum a diluvio in varias orbis partes diffusum esset („
quisque secundum linguam suam et familias suas in nati
suis" (Gen. 10; cf. n. 268 sqq.), originaria quoque physio
unitas totius generis successu temporis in multas varietat
minusve stabiles distincta est, quae per saeculorum
multipliciter commixtae et modificatae vel ulterius auc
Ita oriebantur non solum generaliores illae hominum cla
vulgo „Rassen", „Races" dicimus, verum etiam intra has
classes iterum variae secundariae divisiones, pariter physic
distinctae, quae totidem gentes seu *nationes* constituunt. A
quod et in singulis nationibus variae tribus (stirpes —
stämme) plerumque discernuntur, quas aliquando historice in
nationes evolvi contingit. — Ratio philosophica unitatis nati
(der nationalen Zusammengehörigkeit — Nationalität), u
vox indicat, in communione propaginis (nativitatis) ex co
aliqua (vel quasi communi) gentilicia stirpe sita est. Sed qu
haec historice raro pure exsistit et vix directe constare
*practice* ad externos quosdam characteres reducitur, qui ill
minus quoad singulos homines, tamen universim loquendo
tari et indicare solent. Tales characteres tres numerantur: *l*

*corporis typus* et animi morumque *indoles* (National-
, q secundum constantem historicam legem singulae
s nus quam singula individua quandam proprietatem
ferunt. Prae ceteris autem *linguarum diversitas* ad na-
limites (obiter saltem) discernendos vulgo inservit.

### I. *De elementis nationalibus populi.*

7. *Ethnographice* triplex praecipue relatio *populi* ad nationem
l ad plures nationes esse potest. *Vel* 1. *populus totam aliquam na-
amque solam in unitate politica complectitur* — et haec quidem
p s, ceteris paribus, internae unitati, cohaesioni, soliditati et
corporis socialis favet. *Vel* 2. *partem tantum alicuius na-
l ius diffusae eamque solam continet* — et tum aliquatenus
dum prioris hypothesis participat, simul autem incommodum
publicae periculosum adiunctum habet. Quodsi enim populus
em nationis partem politice unitam comprehendit, moralem at-
onem in alteram minorem vel debiliorem *exercet,* unde inter-
iustitia et concordia gravem tentationem subire potest;
contraria partium nationalium proportio exsistit, populus
moralem attractionem cum periculo independentiae *patitur.*
*Vel* 3. *es gentes aut earum fragmenta unum populum politice*
— et tum quoque partim periculum partim emolu-
m pro corpore politico oritur: *periculum* quidem — propter
em conciliandi necessariam politicam unitatem cum natu-
rali membrorum proprietate et varietate, ita ut neque unitas
in uniformitatem et despoticam centralisationem, neque legitima
membrorum proprietas ac libertas in totidem vires centrifugas
degenerent; et hoc periculum quidem crescit, quo magis *una* gens
supra reliquas dotibus, potentia vel ambitione emineat; *emolu-
mentum* — propter multiplicitatem elementorum socialium, unde
fit, ut in ordine ad communem omnimodam perfectionem sese
mutuo abundantius compleant. Ad harmonicam evolutionem civilis
culturae tum intellectualis tum materialis et generatim ad veram
communem civium prosperitatem hoc emolumentum merito magni
faciendum est, ita quidem ut — *supposita sufficienti politica co-
haesione,* quae longiore historico consortio et prudenti legislatione
firmari solet — haec tertia hypothesis utraque priore per se fe-
licior esse videatur. — Ceterum ex dictis apparet, quantopere
ab hac ipsa diversa compositione et natura alicuius populi non
solum eius politicae institutiones et regiminis forma, sed tota

est socialis unio alicuius populi sub aliquo regimine ad
et curam omnium bonorum et corporalium et spiritualium,
in ticulari ad exercendum ius et iustitiam." [1]

*Sa* *y* similem ideam magis concrete concipit. Ipsi status
„visibile corpus spiritualis communionis populi" seu
us qua talis organice exsistens" [2].

---

[1] Rechts- und Staatslehre t. I, § 36 (ed. 3), p. 131: „Der Staat ist nach Art und Form seines Bestandes *der Verband eines Volkes unter einer Herrschaft (Obrigkeit)*. Nach Gehalt und Bedeutung ist er *ein sittliches Reich*. Er ist schlechthin *die sittliche Welt*, d. i. die sittlich-verständige Gestaltung der menschlichen Gemeinschaft in ihr selbst nach allen ihren Zuständen, Banden und Zielen, wie sie ihr eigenes Werk und Beruf ist (abgesehen von der Einigung mit Gott — Religion und Kirche). Er ist, tiefer betrachtet, die menschliche Ordnung und Regierung, durch welche die menschliche Gemeinschaft die Weltordnung Gottes erhalten und seiner Führung als Werkzeug dienen soll, in Gottes Ermächtigung und Auftrag, aber in selbständiger Weise nach eigenem freien Plan und aus eigenem Ansehen. . . ." Post longiorem huius descriptionis explicationem subdit: „Darum gibt es keine erschöpfende und sohin keine allein richtige Definition des Staates. Will man die Form der Definition schlechthin nicht aufgeben, so kann man allenfalls sagen: *Der Staat ist der Verband eines Volkes unter einer Obrigkeit zu Schutz und Pflege aller leiblichen und geistigen Güter, insbesondere zur Handhabung des Rechts und der Gerechtigkeit.*" — Similem obiecti materialis universalitatem ordinis moralis et intellectualis statui publico vindicat *Edm. Burke* in suis meditationibus super revolutionem gallicam (Reflections on the Revol. in France), ubi non tam definiens quam fusius describens civitatem concludit, *„statum publicum esse consociationem in omni scientia, in omni arte, in omni virtute et in omni perfectione"*.

[2] System des römischen Rechts I, 22: „Die leibliche Gestalt der geistigen Volksgemeinschaft" et „Die organische Erscheinung des Volkes".

*F. Walter,* in Statu ipsam societatem organice consti agnoscit, unde „status ipsam humanitatem exhibet sub populi, qui tamquam communitas perfecta subsistit“ [1].

*A. Trendelenburg* in concipiendo statu publico, saltem retice et philosophice, iterum propius ad ideam Platonicam a existimans ideam esse status, „hominem idealem“ seu „u salem“ quodammodo actualem efficere in forma individuali pc

**365.** *Secunda classis,* si priori comparatur, e generalissin indole aliquatenus *realismi socialis* nomine insigniri posse vi Ei respondet in sensu latissimo conceptus status publici ut tatis *(„der Gesellschaftsstaat“).* Nimirum in civitate *pr* societatem hominum libertate praeditorum agnoscit et *secu* tantum, i. e. secundum praeconceptam hanc societatis quali eius quoque relationem ad *idealem* mundi ordinem intellegi esse supponit. Hoc ipsum autem iterum diversimode fieri et plane diversos civitatis conceptus parit, prout quis gen et obiectivam, vel falsam et mere subiectivam *humanae soc* notionem tamquam deductivum principium assumit. *Vera* et obiectiva notio *humanae societatis* a *vera* et completa n *humanae naturae eiusque essentialium relationum* omnino dep Hinc intellegitur, quam divergentes conclusiones et politic ceptus e principio apparenter quidem uno deduci queant, istud a philosophia gentili, vel naturalistica, vel christiana beatur. Ita igitur, spectata generalissima tantum forma, classe sociantur:

**366.** 1. *Realismus socialis veterum.*

a) *Civitas Aristotelica.* In construenda idea civitatis . *teles* more suo a realibus et particularibus elementis incipi quidem in *familia* proximum et maxime essentiale socialis n

[1] Naturrecht und Politik n. 43 et 48: „Ein Staat ist die Er der Menschheit in der Gestalt eines ein selbständiges Gemeinwesen bi Volkes.“ — „Das Richtige ist, dass *Staat und Gesellschaft eins sind* der Staat nichts anderes ist als die organisrte Gesellschaft; dass jed Thätigkeit der Staatsgewalt, der Wille der Regierung, nicht alle Lebens nungen im Staate gleichmässig beherrscht.“ (In eandem rem citat System des römischen Rechts t. I, § 9. 10.)

[2] Naturrecht § 151: „Jeder Staat ist ein Versuch, den idealen M zu verwirklichen. Es ist die Idee des Staates — Verwirklichung des sellen Menschen in der individuellen Form des Volkes und daraus Sell gung und Selbständigkeit.“

tutum agnoscit. Sed quia haec cum sua immediata dilatatione genera et vicinias non sufficiat ad vitam humanam instituendam ıi ex parte perfectam, huic fini complendo insuper civilem socie- . ex naturae intentione praeordinari, hominesque ad vitam ilem naturaliter destinari docet. Immo hac in re ad Plato- ım idealismum eatenus accedit, quod in ordine *finali* civitas *totum* prius cogitari debeat quam eius *partes,* scilicet domus singuli homines [1]. Nihilominus per se considerata civitas ab ıo concipitur tamquam societas generum et vicorum seu oppi- um (*γενῶν καὶ κωμῶν κοινωνία*), ea tamen non qualiscumque et documque instituta, sed *τοῦ εὖ ζῆν* seu *ζωῆς τελείας χάριν αὐτάρκους*, i. e. ad vitam physice, intellectualiter et moraliter ctam et sibi absque extraneo complemento sufficientem [2]. ropter intuitu huius altissimi finis nonnisi homines *liberos* ie cives esse et habendos esse dicit. Itaque civitas Aristo- ab ideali absolutismo gentili nequaquam recedit; eatenus . verae societatis indolem servat, quod licet naturalis et ı mediante communione et associatione tamen comparare vult non aliquod bonum humanitatis abstractum tamquam finem in se, sed potius copiam mediorum, quibus *insufficientia tantum singulorum* ad perfecte vivendum compleatur.

b) *Respublica Ciceronis.* Romana iuris publici philosophia, ( praecipuus interpres Tullius merito censetur, universim qui- Graeci fontis alveum tenet, id tamen Romano ingenio pro- I habet, quod magis explicite ad realia et practica vitae ci momenta descendat. Huic congruit: „Est igitur, inquit (Sci Africanus, respublica *res populi;* populus autem non is hominum coetus quoquo modo congregatus, sed *coetus multi- tud iuris consensu et utilitatis communione sociatus.*“ [3] Et: „Civitas est *constitutio populi.*“ [4] Ceterum in hac etiam republica omnes servi, i. e. maxima incolarum pars, a „iure et utilitate communi“ (!) manebant exclusi.

368. 2. *Realismus socialis sub influxu lucis christianae.*

Christiana philosophia, uberius edocta de Deo, de homine et finali ordine mundi, prae philosophia Veterum felicius praeparata ad humanam societatem eiusque instituta consideranda accessit.

---

[1] Polit. l. 1, c. 2, ed. *B.* 1253 a, 2: . . . *ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῷον.*
[2] Polit. l. 3, c. 9, ed. *B.* 1280 b, 40 sq.; cf. l. 3, c. 1.
[3] De republ. l. 1, c. 25, n. 39. [4] L. c. l. 1, c. 26, n. 41.

Et vero christianus de republica conceptus, quamquam rios evolutionis modos et formas subiit, uno tamen c ceteris constanter insignitur: *solus* nimirum *finali re eiusque unitati et universalitati harmonice conciliatur.* S it Deus (personalis) ipsi est centrum finale universitatis rer , et in hac terrena mortalitate nullus datur finis nullumque tutum sive naturae sive humanitatis, quod non finaliter s netur *homini* eiusque essentiali demum bono, morali sanctifi et aeternae beatitudini. Hinc illius tessera: *Societas et r propter hominem (i. e. individuos homines), non homo pr cietatem vel rempublicam.* *„Realismo sociali"* eiusmodi conc merito annumeratur, quia societatis ideam a bono indivi (vero) singulorum hominum, non vice versa mensurat. l pertinet:

369. a) *Civitas S. Augustini.* In opere „de civitate Dei" sanctus hic Doctor directe quidem non agit de coetu civili, sed de *civitate seu regno Dei* in his terris inchoato, in coelesti patria complendo; atque ita non tam tractatum politicum quam christiano-philosophicam constructionem totius historiae generis humani praebet. *Indirecte* autem societas quoque *politica* inde illustratur, quod huius relatio ad universalem civitatis Dei oeconomiam perhibetur. Totum quippe genus humanum, inci o s Cain et Abel, in duo quasi regna sibi opposita discedit, q alterum, „civitas Dei", est communio omnium filiorum Dei, alte „civitas terrena", seu regnum mundi (in sensu biblico acc est universitas omnium filiorum hominum (i. e. hominum danorum); illud manet aeterna glorificatio, hoc autem d et condemnatio. Interim autem *utriusque regni cives in his ter similiter indigent „pace terrena"*, quam suppeditat Deo provid *publicus civilis ordo*[1]. Itaque sub hoc ordine civiliter co t

[1] De civitate Dei l. 19, c. 17: „Domus hominum, qui non vivunt fide, *pacem terrenam* ex huius temporalis vitae rebus commodisque secta Domus autem hominum ex fide viventium exspectat ea, quae in futur aeterna promissa sunt, terrenisque rebus temporalibus tamquam peregri utitur. . . . Idcirco rerum vitae huic mortali necessariarum utrisque hominit (fidelibus et infidelibus) et utrique domui communis est usus; sed finis ute cuique suus proprius multumque diversus. . . ." „Haec ergo coelestis civi dum peregrinatur in terra, ex omnibus gentibus cives evocat atque in omnit linguis peregrinam colligit societatem; non curans quidquid in moribus, legit institutisque diversum est, *quibus pax terrena vel acquiritur vel tenetur:* ni

ɜcue filii Dei et filii hominum mundanorum, sed illi peregri-
do et per eum contendendo ad pacem coelestem, quam tribuit
Dei; isti autem, ut pace terrena propter ipsam et ad fines
ıos fruantur. Itaque civilis respublica secundum ideam S. Au-
ı talis esset, *quae socialis vitae praesidia ad tuendum et fo-*
*regnum Dei et hinc ad veram hominum felicitatem referret*[1].

b) Auctores *medii aevi* duce imprimis *S. Thoma Aq.*[2] in
ı idea civilis societatis *elementa Aristotelica cum idea*
*i in unum coniungunt.* Ita cum Aristotele civitatem
ı sociali natura derivant, individualem tamen libertatem et digni-
sollicite custodiendo finem eius pariter agnoscunt *τὸ εὖ ζῆν,*
e, sed *bene* in sensu christiano, i. e. *secundum virtutem.*
io interne constructam civitatem secundum ideam Au-
ıam simul tamquam ordinis membrum in his terris neces-
ı, sed *subordinatum* regno Dei, i. e. ecclesiae Christi, organice
ɜunt. Hinc iuris publici axioma illa aetate receptum: „Duos
Deus ad protegendum populum christianum (die Christen-
in terra collocavit; Papae gladius spiritualis, saecularis
traditus est.“[3] Hinc etiam relatio imperium inter et
rdotium communiter illustrata per analogiam a duplici ho-
natura depromptam, nempe *spirituali* tamquam superiore
*ɜnimali* tamquam illi subordinata[4].

---

eorum rescindens vel destruens, immo etiam *servans ac sequens:* quod licet diversum sit in diversis nationibus, *ad unum tamen eundemque finem terrenae pacis intenditur,* si religionem, qua unus summus et verus Deus colendus est, non impedit. — Utitur ergo etiam coelestis civitas in hac sua peregrinatione pace terrena et de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus humanarum voluntatum compositionem, quantum salva pietate ac religione conceditur, tuetur atque appetit, eamque terrenam pacem refert ad coelestem pacem.... Hanc pacem, dum peregrinatur in fide, habet; atque ex hac fide iuste vivit, cum ad illam pacem adipiscendam refert quidquid bonarum actionum gerit erga Deum et proximum, quoniam vita civitatis utique socialis est.“

[1] Cf. *F. Walter,* Naturrecht und Politik § 516. *Stahl,* Geschichte der Rechtsphilosophie l. II, part. 1 (qui tamen in aestimanda doctrina S. Augustini non liber est a praeiudicio, quod partim in sua protestantica oppositione contra hierarchiam ecclesiasticam, partim in suo proprio ideali conceptu status publici tamquam „terrenae civitatis“ fundatur).

[2] S. theol. 1, 2, q. 105, a. 1; et op. De regimine principum (partim quidem auctore s. Doctoris discipulo).

[3] Sachsenspiegel l. 1, c. 1.

[4] Cf. *F. Walter* l. c. § 520; et habita discretione etiam *Stahl* l. c. part. 2. — Historice autem expositam doctrinam medii aevi de statu publico eiusque

371. 3. *Realismus socialis sub influxu protestantismi et scien a catholica unitate emancipatae.*

Communis indoles scientiae protestanticae a suis exord deinceps, ut insignis aliquis eius patronus fatetur et gloriatur, erat in debellanda „theocratia“ [1]. Id est: concipiuntur dein viles societates et principatus tamquam soluti ab omni subo tione sub visibili regno Dei, quod est Ecclesia Christi, et un inter se tantum per communem sed *immediatam* dependentiam a I — quamdiu scilicet *ratio individualis* haec frena non abiecerit. I

372. a) *Grotius,* sub influxu novae libertatis per protestan in philosophiam illatae in excolendo *iure naturae* ad cl iterum fontes rediens, eidem deinceps magis magisque emanc viam aperuit. Ita et definitio, quam de civitate proponit, fo Ciceronis assimilatur: „Est civitas coetus perfectus liberor minum, iuris fruendi et communis utilitatis causa sociatus.“ [2] verba „liberorum hominum“ iam insinuatur, quod alibi docet *ortu civitatis* et quo propria eius nota *societatis* (in sensu associationis) prae altera nota exaggeratur, qua illa *natu* quoque et *organicam* indolem refert. Hinc latissimum im sumpsit *theoria de contractu sociali,* quae dein fere com praevaluit, sed varie a variis exculta ad varia quoque, im raro opposita politica corollaria conduxit, praecipuo aut erat democratiae saeculi XVIII et ineuntis XIX [3]. (Vide q supra n. 279. 281. 285. 286 sqq. in hanc rem dicta sunt.)

---

relatione ad Ecclesiam vide apud *Hergenröther,* Katholische Kirche und licher Staat (primum ed. 1872).

[1] *Stahl* l. c. part. 3: „Das Werk der Reformation in Beziehung den socialen Zustand ist eben *die Zerstörung des theokratischen Charakter* der Befreiung der irdischen Lebensordnung von der kirchlichen Hie hie Befreiung der Wissenschaft von jeder äussern Autorität.“ — „Es bl christliche Element stehen, der persönliche Wille Gottes, aber nic theokratischer Weise. Auch die Reformatoren gründen die Obrigl geistliche Amt auf göttliche Einsetzung; aber sie gründen sie auf Got nung und Gebot, nicht auf eine unmittelbare That Gottes, durch die Verfassung eingeführt, diese Personen bestellt hat. . . . So löst sich die in den Menschen übergebene Welt selbständig und fällt nicht ewigen Gottesreich; es schwindet der überirdische Nim ritäten und ihre unbegrenzte Gewalt über Glauben und Thun, der nac hält eine Sphäre, in der er unmittelbar unter Gott und seinem Ge sen st

[2] De iure belli ac pacis l. 1, c. 1, § 14.

[3] Huiusmodi usus specimen aliquod praebet inter multos alios, *Pölitz,* Die Staatslehre (Leipzig 1808) t. I, § 23 sq.

3. b) Idea civitatis *„abstracte-rationalistica“* (Kant cum sua la et Fichte), qua civitas concipitur ut *merum institutum iuris externae libertatis assecuratio* („Rechtsschutzstaat“). Vide supra 301. 305.

4. c) Respublica *democratico-socialistica* (theoria Rousseavii suis recentioribus modificationibus) licet per se rationalisticam potius materialisticam faciem prae se ferat, physicum scilicet nismum eiusque leges ad societatem applicando, quoad formam *ticam* tamen iterum cum pantheistico idealismo consentit, siem publicam omnipotentiam et despotismum erigendo. (Cf. 1. 280. 285.)

d) Civitas *oeconomico-pragmatica,* quae altius ideale prin- c 1 non novit aut non curat nisi *utilitarismum* politicum et quivel in favorem regnantium (macchiavellismus) vel in favorem ci 1 aut classis alicuius civium (quidam „modernus constitutio- ıus“, quasi mechanismus politicus inventus a Locke et Montes- ı. Et si quidem utilitatis diversissima datur ratio pro diversitate gentium, regionum, temporum, civitates, docente Montesquieu, praeter sui conservationem finem a priori communem non habent, sed singulae eos fines habere dicendae sunt, quos ipsae sibi historice praefixerunt. Ita dantur civitates industriales, aliae commerciales, aliae militares etc. Hoc systema politicum suum analogum complementum obtinuit per systema sociale oeconomicum *Adami Smith;* utrumque est fructus philosophiae fere materialisticae.

## § 2. Conveniens societatis civilis descriptio concluditur.

376. Superest, ut demum ipsi magis definite concludamus, quis ergo civitatem *describendi modus* genuinam et integram eius naturam *prae ceteris verius et accuratius* comprehendere videatur. — Non sine ratione dicimus „describendi modus“. Proprie dictam enim definitionem, omni ex parte perfectam, ut iam monuimus, eo minus enuntiare praetendimus, quod inter iuris publici doctores non desunt viri graves, qui de tali problemate feliciter persolvendo vix non desperent, propter multiplices essentiales respectus, quorum in stricta definitione ratio habenda sit, et quos in breviori aliqua verborum formula accurate et complete exprimere fere impossibile appareat. Nihil autem impedit, quominus e variis characteribus, quos instituta hactenus consideratione omni civitati naturaliter convenire

certo cognoscimus, eam denique *descriptionis* formı ı nitamur, quae ad veram definitionem quam proxime ce . sensu, facta distinctione duplicis ordinis, *mere philosophici* et *stiani,* haud inepte haec fere statui posse arbitramur:

I. *Pro ordine quidem mere philosophico* sufficere posse vi quae pridem (P. I, n. 417) a nobis usurpata est descriptio, sertim si obiectiva finis politici ratio, quam illa ge rali ı „communis boni" comprehendit, re iam penitius d *aequatius* quoque circumscribatur; videlicet:

*Coetus perfectus plurimarum familiarum, communita* a *buum, determinatam terrae plagam inhabitantium, ad pa iuris fruitionem et ad communem vitae prosperitatem, supr morali informatam, organice sociatus.*

Vel si praeplacet:

*Populus ad moralem socialis corporis unitatem in ori pacificam iuris fruitionem et ad communem vitae pr naturae rationali congruam organice constitutus.*

II. *Ordini autem christiano* eadem descriptio ita spe accommodanda videtur:

*Populus ad moralem socialis corporis unitatem pacificam iuris fruitionem et ad communem vitae chr ı ze ; speritatem organice constitutus, proindeque universali Christi in his terris* (Ecclesiae) *secundum informationem moralem giosam subordinatus.*

**377. Scholium 1.** Denominatio „coetus perfectus" seu completus (cf. P. I, n. 392) civitati ne in ordine quidem philosophico, multo autem minus in ordine christiano *strictiore* illo sensu competit, quo auctores acatholici eum non raro usurparunt, nempe in sensu *absolutae* internae independentiae. Namque civitas idealis etiam *philosophice* considerata internationalem insuper adeoque *superiorem* aliquam socialem unitatem *naturaliter* postulat, quae concipi nequit sine aliqua, saltem directiva, singularum civitatum organica dependentia. Id ipsum autem a fortiori de positivo christiano ordine dicendum est. Nil tamen obest, quominus idem nomen in sensu aliquo restricto, habita imprimis ratione *finis socialis interne completi,* cum doctoribus catholicis adhibeamus.

**378. Scholium 2.** Quod si longiore discursu, quam forte par sit, in hac praeliminari quaestione de *vera natura* civilis societatis morati sumus, id tamen eo minus paenitendum videtur, quod in hac una vix non omnes reliquae de iure publico quaestiones, quatenus ad ius naturae pertinent,

a in nucleo contentae et praefinitae censeri possint, indeque r sequentibus capitibus via sternatur.

**Scholium 3.** Communis praeterea fructus, qui ex documentis capitis mature consideratis sponte accedere videtur, is merito potest, quod examini critico de innumeris quae circumferuntur nibus vel descriptionibus status publici obvia et tuta, utpote in philosophiae christianae principiis fundata, norma iudicandi ( ur. Nec sane inutile doctrinae exercitium ille susciperet, qui n eandem mensuram cunctas eiusmodi definitionum formulas, occurrunt, per singula elementa, quae continent, sive quoad vi veritatem aut falsitatem, sive quoad gradum sufficientiae fi ntiae ad rationem perfectae definitionis, apud se critico ɔiiceret [1].

---

[1] Praeter multa descriptionum schemata iam supra (n. 299 sqq. et 359 sqq.) ibita, non desunt nova semper eorum exempla in elucubrationibus politicis sparsa, quae identidem tali iudicii exercitio inservire possunt et ıuibus, pro vario quidem ideali fundamento auctorum, serius conatus ap- ; per licite delectam verborum formulam ad solutionem problematis ıo appropinquandi. Ita v. g.: „Der Staat ist ein dauernder, einheit- Organismus derjenigen Einrichtungen, welche, geleitet durch einen Ge- vil ı, sowie aufrecht erhalten und durchgeführt durch eine Gesamtkraft, abe haben, die erlaubten Lebenswecke eines bestimmten und räumlich Volkes, und zwar vom Einzelnen bis zur Gesellschaft, zu för- *hl*, I yklopädie). — „Der Staat ist seinem Wesen nach ein äusseres, li es, darum auch nicht an sich nothwendiges, einen bestimmten l der Erde besitzendes, gegliedertes, auf Recht und Ordnung ruhendes mit entsprechender, das Recht und die Ordnung schützender physischer Gewalt ausgerüstetes Gemeinwesen“ (Dr. *St.* in periodico „Hist.-polit. Blätter“ LXVI, 823). — „Ein in Gerechtigkeit und möglichster Freiheit geordnetes Ge- vermittels dessen die Thätigkeit aller natürlich guten Kräfte der l geweckt und gefördert, die bösen und selbstsüchtigen Bestrebungen chst zurückgedrängt und erstickt werden sollen“ (*Fr. v. Florencourt*, s fere, ut ait, ideam Chatam, Washington, Stein) etc. — Quid denique, si no utendo distinctione status publicus dicatur in ordine *mere philo-* sc o: „Eine auf Grund der sittlich-socialen Menschennatur organisch aus- l Volksgemeinschaft“; in ordine vero *christiano:* „Eine auf Grund der s ı-socialen Menschennatur als der irdische, natürliche Unterbau des Rei ı Gottes unter den Menschen organisch ausgestaltete Volksgemein- ?

# Caput II.

## De suprema politica auctoritate seu de principio organismi politici.

### Prologus.

380. Duplex in societate civili organismus distinguitur: i *socialis,* quo ipsa elementa corporis socialis natura duce non in atomorum aequalium ad qualemcumque multitudinem seu nu coordinantur, sed instar partium organicarum multiplici so instinctu et privati iuris ligamine ad varias sociales itates m magisque compositas et inter se vitaliter coniunc c ε alter *politicus,* quo materia ista organica societatis m co *politicum* constituitur. Uterque ad naturam perfectae pertinet, ille quidem natura et logice prior, tametsi non tempore et genesi alterum praecedat; huic autem incumbit tamquam vitalium membrorum compagem intra vitae polit unitatem conservare atque tueri. De *politico* tantum organi hoc loco dicendum est; et primo quidem de eius fundam principio, quod est *auctoritas politica* [1].

### Articulus 1.

*De auctoritate politica in se seu absolute spectata.*

381. Consideratur auctoritas absolute, quatenus a determi subiecto, cui inhaereat, et a concreta eius forma cogitatio a hitur. Sic accepta denotat elementum formale (n. 353 sq.), commune omni societati civili, cuiuscumque sit formae vel stitutionis historicae. Rationes porro, ob quas in specie soc *civilis* suprema auctoritate carere non possit, iam supra (n. expositae sunt. His igitur merito suppositis haec tantum speci hic examinanda manent.

#### § 1. De natura auctoritatis politicae.

382. Suprema politica auctoritas in se spectata est *ius tatem civilem ad suum finem dirigendi,* seu magis explicite

[1] De toto hoc argumento lege praeclaras encyclicas Leonis XIII turnum" d. d. 29 Iunii 1881, et „Immortale Dei" d. d. 1 Novembris 18

ıdi membra societatis civilis, ut ad bonum commune suis b conspirent (P. I, n. 350). Haec eius notio ex iis, quae de societate et sociali auctoritate in genere tum de natura origine societatis civilis hactenus dicta sunt, sponte ac mani- ɔ eruitur. At ubi de vera natura *societatis civilis* erronee tur, ilico et de genuino charactere *auctoritatis civilis* error ıatur necesse est.

I *C. L. de Haller,* iam alias commemoratus, quemadmodum ıellanda destructiva saeculi XVIII de iure publico principia ;e omnem civilem nexum ac subordinationem ex origine et ra sua nonnisi *privati iuris* relationibus constare docuit (cf. . 298), ita consequenter potestatem quoque publicam per se *itu* tantum a privatis iuribus herilibus differre contendit et te natura principatum sive unius sive plurium vel integrae ınitatis (reipublicae) aliud non esse nisi *independens do-* ·u . — Huic affinis est error, quo potestas civilis ita a te domestica, cui annexa sit herilis possessio fundorum, 1 ralitur succrescere dicitur, ut ab illa nullo essentiali discri- sed *sola quantitate et extensione* discrepare putanda sit. Ut ıe opinio non solum adversante politica antipathia recen- ɜ aetatis sed etiam sincero veritatis studio contradicente vulgo s obscura et solitaria mansit. Nihilominus pro interna sua gravitate et theoretica fecunditate hoc loco penitus neglegenda non videtur.

---

[1] Restauration der Staatswissenschaft I, 18: „Ein Fürst ist nichts anderes als ein *begüterter, mächtiger* und eben darum *unabhängiger* Mensch, oder umgekehrt jeder Mensch, den Glück und Umstände *vollkommen frei* machen, wird eben dadurch ein Fürst. Da man aber ohne Dienste, ohne Hilfeleistung von andern Menschen freilich weder mächtig noch frei sein kann und beides beständig miteinander verbunden ist, so kann man einen Fürsten noch besser lediglich einen *unabhängigen Herrn,* d. h. einen Menschen nennen, *der über andere gebietet und selbst niemanden dient.* Wenn hinwieder eine Gesellschaft oder eine Corporation von Menschen, welchen Zweck sie auch habe, sich bis zu jener gänzlichen Freiheit emporzuschwingen vermag, so wird sie sogleich unter die Reihe der Staaten gezählt, eine *Republik* genannt; und so sind die Republiken wieder nichts anderes als mächtige, begüterte, unabhängige Communitäten" (p. 473 sq.). „Die Regierung ist kein abgesondertes Wesen, sie ist ein blosser Ausfluss der Privatrechte des Herrschenden, die natürliche Folge der Macht und des besitzenden Eigenthums, und von denselben so wenig als der Schatten von dem Körper zu trennen möglich" (p. 479).

383. **Thesis XLI. Suprema civilis potestas in se spe ius est essentialiter diversum tum ab independente herili minio, tum a potestate domestica cum dominio fundorum iuncta.**

**Probatur pars I.**

*Argum. 1.* Essentialiter procul dubio ea iura inter se ferre dicenda sunt, quae *proprio fine* et *obiecto* essentialite verso necnon ratione *subiecti proprii* distinguuntur. Atqui tal discrimen inter supremam potestatem civilem et independens l dominium. Ergo . . .

Prob. min. ad 1. Potestas civilis, quomodocumq realiter cum herili dominio individuo nexu coniuncta sit, ] spectata ad illud iurium genus pertinet, quod nomine *auctor socialis* comprehenditur et cui essentialiter proprium est mor unitatem alicuius communitatis in ordine ad eius finem effi conservare et externe repraesentare; unde *finis* essentialis o auctoritatis est *bonum commune* respectivae communitatis, ut omnis illius actus, qui primario in bonum privatum, pc communi, dirigitur, a propria ratione auctoritatis socialis d (P. I, n. 373. 381). Contra omnis *dominii herilis* sive de sive independentis finis proprius ac primarius est *bonum priv* scilicet utilitas domini, cui subditorum ceu famulorum se subordinantur (P. I, n. 378).

Prob. min. ad 2. *Obiectum* proprium ac primarium a ritatis socialis sunt *personae,* i. e. membra societatis ope m obligationis ad finem communem dirigenda; *res* autem mate nonnisi secundario et ratione medii externi inter eius obiecta putari possunt. Dominium contra pro obiecto suo proprio a mario habet *res* possidendas et in usum domini converte *personas* vero secundario tantum et in ordine ad praestat reales. Quapropter illi primario competit *gubernatio,* alteri a *administratio* (P. I, n. 382).

Prob. min. ad 3. Auctoritas socialis nulli homini *indi ut tali,* sed tantum ut *capiti communitatis* convenit, dominii a *subiectum* tam individua persona quam communitas esse p

*Argum. 2.* Admittenda non est doctrina, quae et *dig rationalis naturae* et *fini ideali* divinitus universae struc sociali generis humani proposito contradicit. Atqui utrumq praedicto novo conceptu publicae potestatis dicendum est. Erg

Prob. min. ad 1. a) Lex naturae, qua debiliora fortioribus
:vitium subiiciuntur, per se ordinandis ad invicem animalibus
ɜ accommodata et generatim mundo physico propria est.
;o . condicionem naturae brutae *rationalis natura* deprimitur,
lem lex praevalentis potentiae, quae independenti dominio
at, omni sociali hominum subordinationi praesidere supponitur.
Naturae rationali ut tali convenit nobili studio tendere in
, non particularia sensuum, sed universalissima *hominis totius.*
o a pari *auctoritas socialis,* quae rationem socialem, i. e. quo-
ıodo communem communitatis rationem repraesentat, non
um dominii bonum, sed, nisi semet ipsam negare velit, bonum
ıs communitatis respicere debet. c) Si potestas publica mero
ninio privato herili constaret, omnis civilis oboedientia instar
latus vilesceret, neque rationabili titulo ad ea gravissima
et sacrificia obeunda expostulari posset, quae procul dubio
dum recta ratio civibus pro re communi et patria imponit.

Prob. min. ad 2. Finis idealis totius socialis structurae
i generis, ab auctore naturae intentus, non in eo solo ab-
vitur, ut hominibus in his terris degentibus qualiscumque ex-
. ac vivendi possibilitas praesto sit, sed insuper eo tendit,
ut ıa ı naturae perfectibilitati, per se quasi indefinitae et in
e em socialitas fundatur, per vitam socialem consentaneum
ı lementum praebeatur (P. I, n. 420). Quare omnis societas
te natura ad hoc destinatur, ut eos etiam naturalis perfec-
t gradus, qui singulorum vires superant, collatis multorum
vı n bonum commune conspirantibus assequendi copiam faciat.
A huic naturae fini societatis institutio prorsus contradiceret,
si is, qui praeest, non tamquam provisor boni *communis,* sed tam-
quam *dominus* ac boni *proprii* administrator sibi cooperationem sub-
ditae multitudinis ad fines suos privatos devinciret (cf. P. I, n. 385).

*Argum. 3.* Constat praeterea, quantum haec novitas a com-
muni doctrina universae scholae christianae ac nominatim S. Tho-
mae dissideat. Immo ne cum gentilium quidem philosophorum
opinione de indole et fine civilis societatis conciliari potest (cf.
P. I, n. 417 not.)[1].

---

[1] Aristoteles communem omnino sanioris philosophiae sententiam refert
dicens: „Perspicuum est, quaecumque res publicae communem utilitatem spec-
tant, eas rectas esse et iuri simpliciter dicto consentaneas (*αὗται μὲν ὀρθαὶ
τυγχάνουσιν οὖσαι κατὰ τὸ ἁπλῶς δίκαιον*); quaecumque vero imperantium dum-

## 384. Probatur pars II.

*Argum. 1.* Suprema civilis potestas ita se habet ad statem domesticam ut societas civilis ad societatem dom seu familiam completam; est enim auctoritas formale e societatis, a qua denominatur. Atqui civilis societas, g cum societate domestica congruit, *specie* tamen differt, utpote habens proprium specie diversum; ex *fine* quippe societat cantur (P. I, n. 348). Ergo et inter auctoritatem civil domesticam specifica differentia exstat, sive haec dominium dorum sibi conexum habet sive non; nulla enim alterius externa additio illius intimam naturam seu speciem umq tare valet.

*Argum. 2.* Si ulla re potestas domestica ad rationem statis civilis videretur accedere, id aliunde evenire non p nisi ex incremento *potentiae* et *independentiae,* quod illa iuncto dominio fundorum acquirit. Atqui eiusmodi rei d cae amplitudo, tametsi nucleus esse possit, ex quo pa organice, mutata forma communitatis privatae domesticae, munitas publica civilis *succrescat,* et hinc similiter potestati mesticae potestas civilis *succedat,* non tamen per se iam cri societatis civilis constituit, nisi et reliqua eius propria e ex parte materiae et finis accedant. Nam

a) *Potentia per se* nullum ius parit, ut ex notione iuris constat (P. I, n. 453. 490); quapropter augmento potentiae ius aliquod augetur neque in aliud superioris ordinis converti

b) Independentia *externa,* quam maior fundorum p eiusmodi domui afferre potest, confundenda non est cum quam *suprematiam* civilem (Souveränität) vulgo appellamus. I enim suapte natura positivum attributum est potestatis civilis, i. tale quod *positive consequitur internam independentiam* (fi et realem sui sufficientiam) civilis communitatis (P. I, n. 39 Illa autem, quamdiu fines rei domesticae quantumvis amplae excedit, per se *negativa* tantum, relativa et accidentalis est, eo scilicet adiuncto fundata, quod *de facto* nullus potentior ad a quo domus externe dependeat, licet *interne* ad fines civiles n nime sibi sufficiat, ut fere contingit, si in sua regione solita

---

taxat utilitati consulunt, omnes esse depravatas et a recta rei publicae fo detortas. Sunt enim dominorum in servos imperio similes, cum civi liberorum societas" (Polit. l. 3, c. 3, ed. *B.* 1279 a, 17; cf. ibid. 28).

ıt. Quod si igitur *talis* externa independentia sufficeret, ut tas domestica putetur res publica, quaevis familia, etiam mi- in solitudine vivens principatus dicenda esset.

( ollarium. Quamquam non raro iura quaedam privata ti( ı, ut potestas domestica capitis familias sive potentia i dotibus clarioris, vel spectabilis aliqua privata possessio m, originem et formam civilium societatum saltem historice ırminarunt, numquam tamen ipsa politica auctoritas concipi tamquam ius ex natura sua *privatum* vel *quasi-privatum,* ., ut *ius principis suum dominium privato hereditatis iure i transmissum administrandi.* Habet enim publica auctoritas, ıuicumque iuri privato superstruitur, essentialem finalem respec- tum, non ad propriam utilitatem principis sed ad *bonum com- e* rei publicae; unde quamcumque formam prae se fert, in- ec utabiliter concipi debet ut ius (cum officio) cives ad hunc ſ n finem dirigendi.

## § 2. De origine auctoritatis politicae.

386. Suprema politica auctoritas in se spectata communem omnis iuris naturam participat; unde generatim ea omnia de ea valeant necesse est, quae de iure in genere et nominatim de eius origine probata sunt (P. I, n. 497 sq.). Hinc igitur iam certo concludere licet hoc etiam ius eo saltem modo divinae originis habendum esse, quo id de omni vero iure asseverari debet, immo, si illius finem ac propriam naturam consideres, hanc originis dignitatem potiore etiam modo eidem prae aliis competere. Quae cum per se satis liquida sint, contra modernum naturalismum tamen inutilis labor non erit lapidem hunc angularem totius iuris publici, quem unanimi consensu et fides et scientia christiana inconcussum tuetur, hoc loco iterum signare potius quam confirmare.

Adversarios in hac re habemus quicumque supremam potestatem civilem, etiam *secundum se spectatam, ab homine* ultimatim derivari volunt: sive cum Rousseavio dicunt eam ex compositione omnium iurium conflari, quae a singulis hominibus in societatem collectis ope „socialis contractus“ abdicata et quasi in communem cumulum collata sint, ut inde emergat generale ius totius societatis, cuius singuli cives aequaliter sint et maneant participes (cf. n. 280); sive eam considerant (ad analogiam personalis autonomiae Kantianae) tamquam *attributum naturale et in-*

*trinsece proprium personae moralis publicae,* i. e. populi, inhaereat ut *autonoma rationalis voluntas publica,* ea gica, morali et physica superioritate singulas civium tates sibi subordinans, qua ratio et voluntas *universalis* valet *particulari* et qua *totum* superat *partes.* Contra quos asseritur

387. **Thesis XLII. Suprema civilis potestas in se s ex nullo fonte humano, sed a Deo ut auctore naturae descendit.**

Praenotanda. Hominum potestas diversimode a derivari potest. Vel enim a Deo confertur positive t auctore ordinis *supernaturalis,* qualis est v. g. potestas pon vel tamquam auctore *naturae,* ut potestas parentalis. Porro *immediate* vel *mediate* tantum seu ultimatim a Deo di v. g. in societate plane *libera* ius praesidii, qua ius est, ult quidem a Deo est, a quo omnem vim moralem accipit, diante conventione hominum et vi iuris pacticii, a quo et vel minor illius extensio pendet. Contra auctoritas, quae tati *naturali,* v. g. domesticae, respondet, *per se* spectata, liter ac iura hominis absoluta seu connata, ab auctore immediate constituitur, ita ut per hominis arbitrium illi nec quam detrahi nec addi possit.

**Probatur pars I** (negativa).

Si suprema potestas *in se spectata* ex humano fonte manaret, esset igitur vel 1. productum aliquod arbitrii humani mediante pacto sociali, vel 2. attributum essentiale naturae humanae collective sumptae (ratio universalis seu publica). Atqui neutrum admitti potest. Ergo . . .

Prob. min. ad 1. a) Quam inanis, quam ab historicis monumentis aliena, quam scatens internis contradictionibus et falsis suppositionibus, quamque inutilis omnis haec infelix pacti socialis theoria habenda sit ad explicandam originem sive ipsius societatis civilis sive auctoritatis politicae, iam supra (n. 286 sq., cf. n. 172 sq.) satis superque ostensum est. Quod ibidem de pacto sociali Pufendorfiano dicitur, a fortiori valet de pacto Rousseaviano, quod non solum philosophice illo longe absurdius est, sed insuper etiam humanam naturam omni sua morali dignitate, quam tueri praetendit, privat, et pro libertate civili illimitatam servitutem, pro

li regimine mere mechanicum praevalentis numeri et poten-
olutismum inducit[1].

b) Profecto neque humano *pacto* produci neque ab eo in suo
pendere potest potestas, quam omnes, qui in multitudine
mt, in eius subiecto sufficienter praeparato antecedenter ad
ı conventionem per legem naturalem agnoscere tenentur.
ıi id de suprema auctoritate civili demonstratum est (n. 290).
;o . . .

Prob. min. ad 2. Suprema illa potestas, quam putant esse
ri ıtum e ntiale humanitatis personaliter exsistentis, scilicet
r *autonomam publicam, aut* intellegitur in sensu pan-
ı He ni *aut* in sensu naturalismi hodierni seu quasi-
lismi, qui ita sistit ultimatim in sola natura experientiae
ut, quidquid eam transcendit, sit ipsi tamquam ignotum X.

Si *primum* asseritur: illa potestas utique intellegitur esse
ma potestas divina et ideo absoluta et illimitata. Haec
inventio impietatis simul et despotismi tanti valet, quanti
ıtheistica doctrina Hegelii.

Si *alterum* praeplacet: tum attributum eiusmodi essentiale
nitatis collective spectatae nullum est, quod non aliquo modo
er exsistat in singulis, scilicet *vel* est rationalitas eatenus
nis, quatenus a singulis *abstracta*: atque ita potestas publica
in ıtis tantum abstractione exsisteret; *vel* est compositum seu
re um, quod oritur ex *additione* voluntatum rationalium,
sunt in singulis: hoc autem reduceret ad rationem *quanti-
am* et reliqua absurda, quae in figmento Rousseauvii arguuntur.
Porro eiusmodi quantitativa agglomeratio moralium entitatum,
etiamsi per se non esset absurda, tamen *qualitative* numquam inde
resultare posset id, quod communi consensu homines nomine
supremae civilis auctoritatis intellegunt. Ita v. g. ius gladii (di-
recte, i. e. extra casum *urgentis* necessitatis ad sui defensionem
contra sontes exercendum) neque totum neque partiale in singulis
praeexsistit[2]; ergo ex additione prodire non potest, nisi ius cum

---

[1] Cf. *C. L. v. Haller,* Restauration der Staatswissenschaft vol. I, c. 3—11. *Th. Meyer,* Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechtes § 199—202.

[2] Cf. *Suarez,* De leg. l. 3, c. 3, § 3: „Haec potestas habet plures actus, qui videntur excedere humanam facultatem, prout est in singulis hominibus; ergo signum est, non esse ab illis sed a Deo. Primus actus est punitio malefactorum, etiam usque ad mortem; nam cum solus Deus sit dominus vitae,

*trinsece proprium personae moralis publicae,* i. e. populi, cu
inhaereat ut *autonoma rationalis voluntas publica,* (
gica, morali et physica superioritate singulas civium v
tates sibi subordinans, qua ratio et voluntas *universalis* ]
valet *particulari* et qua *totum* superat *partes.* Contra quos o
asseritur

**387. Thesis XLII. Suprema civilis po in spe
ex nullo fonte humano, sed a Deo ut auctore
descendit.**

Praenotanda. Hominum potestas diversimode a
derivari potest. Vel enim a Deo confertur positive tam
auctore ordinis *supernaturalis,* qualis est v. g. potestas pon
vel tamquam auctore *naturae,* ut potestas parentalis. Porro
*immediate* vel *mediate* tantum seu ultimatim a Deo dima
v. g. in societate plane *libera* ius praesidii, qua ius est, ulti
quidem a Deo est, a quo omnem vim moralem accipit, sed
diante conventione hominum et vi iuris pacticii, a quo et
vel minor illius extensio pendet. Contra auctoritas, quae s
tati *naturali,* v. g. domesticae, respondet, *per se* spectata,
liter ac iura hominis absoluta seu connata, ab auctore na
immediate constituitur, ita ut per hominis arbitrium illi nec
quam detrahi nec addi possit.

**Probatur pars I** (negativa).

Si suprema potestas *in se spectata* ex humano fo
esset igitur vel 1. productum aliquod arbitrii hu
pacto sociali, vel 2. attributum essentiale naturae hu nae
lective sumptae (ratio universalis seu publica). Atqui neu
admitti potest. Ergo . . .

Prob. min. ad 1. a) Quam inanis, quam ab historicis
numentis aliena, quam scatens internis contradictionibus et
suppositionibus, quamque inutilis omnis haec infelix pacti so
theoria habenda sit ad explicandam originem sive ipsius soc
civilis sive auctoritatis politicae, iam supra (n. 286 sq., cf. n. 17
satis superque ostensum est. Quod ibidem de pacto sociali P
dorfiano dicitur, a fortiori valet de pacto Rousseaviano, quod
solum philosophice illo longe absurdius est, sed insuper
humanam naturam omni sua morali dignitate, quam tueri
tendit, privat, et pro libertate civili illimitatam servitutem,

i regimine mere mechanicum praevalentis numeri et potenabsolutismum inducit[1].

b) Profecto neque humano *pacto* produci neque ab eo in suo pendere potest potestas, quam omnes, qui in multitudine unt, in eius subiecto sufficienter praeparato antecedenter ad n conventionem per legem naturalem agnoscere tenentur. i id de suprema auctoritate civili demonstratum est (n. 290).

. . .

Prob. min. ad 2. Suprema illa potestas, quam putant esse butum essentiale humanitatis personaliter exsistentis, scilicet *rationem autonomam publicam, aut* intellegitur in sensu pani Hegeliani *aut* in sensu naturalismi hodierni seu quasiismi, qui ita sistit ultimatim in sola natura experientiae a, ut, quidquid eam transcendit, sit ipsi tamquam ignotum X.

Si *primum* asseritur: illa potestas utique intellegitur esse potestas divina et ideo absoluta et illimitata. Haec inventio impietatis simul et despotismi tanti valet, quanti theistica doctrina Hegelii.

Si *alterum* praeplacet: tum attributum eiusmodi essentiale humanitatis collective spectatae nullum est, quod non aliquo modo realiter exsistat in singulis, scilicet *vel* est rationalitas eatenus communis, quatenus a singulis *abstracta*: atque ita potestas publica in mentis tantum abstractione exsisteret; *vel* est compositum seu aggregatum, quod oritur ex *additione* voluntatum rationalium, quae sunt in singulis: hoc autem reduceret ad rationem *quantitativam* et reliqua absurda, quae in figmento Rousseauvii arguuntur. Porro eiusmodi quantitativa agglomeratio moralium entitatum, etiamsi per se non esset absurda, tamen *qualitative* numquam inde resultare posset id, quod communi consensu homines nomine supremae civilis auctoritatis intellegunt. Ita v. g. ius gladii (directe, i. e. extra casum *urgentis* necessitatis ad sui defensionem contra sontes exercendum) neque totum neque partiale in singulis praeexsistit[2]; ergo ex additione prodire non potest, nisi ius cum

---

[1] Cf. *C. L. v. Haller,* Restauration der Staatswissenschaft vol. I, c. 3—11. *Th. Meyer,* Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechtes § 199—202.

[2] Cf. *Suarez,* De leg. l. 3, c. 3, § 3: „Haec potestas habet plures actus, qui videntur excedere humanam facultatem, prout est in singulis hominibus; ergo signum est, non esse ab illis sed a Deo. Primus actus est punitio malefactorum, etiam usque ad mortem; nam cum solus Deus sit dominus vitae,

potentia physica cunfundi velis. Ceterum ipsa hypothesis toritatis autonomae rationis *personalis*, a qua hic error pro iam dudum (P. I, n. 253—256) refutata est; et sicut const ipsum *personalitatis singulorum* immediate secundum postu naturae *divinitus* conferri, ita secundum veram analogiam dicendum est „*ius personalitatis publicae*", si ita libet nunc potestatem publicam, ad mensuram naturae et finis correla riter *divinitus* conferri.

**388. Probatur pars II** (affirmativa).

1. Societas civilis *absolute spectata* est originis natura a Deo ut auctore naturae pro humano genere instituta ( n. 418 sqq.). Atqui auctoritas politica in se considerata es *mentum essentiale*, immo *formale* societatis civilis (P. I, n. P. II, n. 291. 353). Ergo est pariter a Deo ut auctore na inducta, et quidem immediate, ut iam ex probatione primae consequitur.

2. Omnibus consentientibus suprema potestas civilis vim per leges iustas inducendi *obligationem* etiam pro foro cons Atqui hanc vim habere non potest auctoritas politica n immediate participans *auctoritatem Dei* ut auctoris et or naturae. Dico „*immediate participans*", nam altior in terris *dem ordinis* auctoritas non datur, a qua ista tamquam proximo fonte in humanam societatem derivari possit; er vilis potestas absolute spectata immediate a Deo ut auctor turae dimanat.

**Confirmatur** unanimi fere consensu sanioris philosophia solum christianae aetatis sed etiam gentilis antiquitatis, multa praeclara testimonia passim apud auctores classico graecos tum latinos leguntur[1]. Christianorum autem sente et communem persuasionem referre *Iustinianus* dicendus es „Deum imperium de coelo demisisse" testatur[2].

---

solus ipse videtur potuisse dare hanc potestatem.... Secundus actus stituere in materia aliqua medium virtutis necessarium ad honestate Tertio cum hoc statu coniunctus est effectus obligandi in consc a.. maxime videtur pertinere ad divinam potestatem. Q us vin iurias singulorum, cum alioqui scriptum sit: ‚Mihi v , r dicit Dominus', Rom. 12. Ergo signum est, hanc p

[1] Ita e. g. apud *Homer.*, Il. I, v. 279; *Tacit.*, An l. 3; *Pl* Adv. Colot. [2] Constitut. novella 73.

**Corollaria.**

I. Humanam societatem vi obligationis ad finem ordinare per itus *soli Deo* tamqam mundi ordinatori competit. Quaquicumque suprema potestate insignitus est, sub Deo in aliquam huius divini muneris vocatur non minus officio iure; est ergo proprie et essentialiter *minister, non populi, Dei;* quamquam et populi minister eatenus dici potest, quod us gerit a Deo in gratiam populi ordinatum. Hoc ipsum ntiant S. Scripturae effata: „Per me reges regnant et legum itores iusta decernunt" (Prov. c. 8). „Non est potestas nisi a o . . . itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit . . . im minister est . . ." (Rom. c. 13; cf. Sap. c. 6, 4).

II. In hac ipsa publicae potestatis dignitate praecipue fundatur eius attributum „maiestatis" et „inviolabilitatis".

III. Auctoritati publicae convenit, ut sit *suprema,* seu independens, scilicet intra ambitum sibi proprium et intra condiciones positivo iure legitime pactas. Debet autem esse independens a) relate ad subditos, quia secus omni efficacia ad finem suum careret; b) relate ad alias civitates, quia alias ipsa civitas cessaret esse societas perfecta, et fieret merum complementum alterius. Attamen non quaelibet externa et sufficienter limitata subordinatio, potentioris tutelae gratia admissa, illam essentialem independentiam tollere censenda est.

*Ad solvendas difficultates* recole dicta superius ad n. 297 et P. I, n. 425 sq.

## § 3. De obiectiva comprehensione politicae auctoritatis.

390. Ad mensurandam obiectivam comprehensionem seu extensionem supremae civilis potestatis absolute spectatae generalissime quidem inservit hoc certissimum *principium:*

*Omnis potestas, quae per Dei legem sive naturalem sive positivam exsistit, per eandem legem limitatur.* Potestas igitur a Deo ut auctore naturae concessa nec maior nec minor, sed praecise *tanta est, quantam exigit naturalis finis,* ad quem per Creatorem ordinatur. Itaque potestas publica

1. *Restringitur* divinitus

a) *Ad finem proprium societatis civilis,* i. e. obiective non latius patet, quam requiritur et sufficit ad hunc finem debite assequen-

dum. Ideo actus, quibus civile imperium vel finem Ecclesiae arrogat, vel in domesticae societatis aut privatae vitae re magis se ingerit, quam ratio publici finis admittit, vel bono communi ad privatum commodum communia media arbitrarii et *per se* nullius roboris sunt. (Cf. P. I, n. 294.)

b) *Ad honesta media* tum in se tum quoad modum. Its diti non quacumque praetensa ratione boni publici ad qu grave sacrificium obligari possunt; ita enim verum bon mune ficticie tantum curaretur, realiter autem potius dest

c) *Ad legitimum gubernandi modum,* scilicet lege fund cuique civitati propria legitime sancitum.

2. *Comprehendit* tamquam elementa intuitu finis necessa potestatem *legislativam, exsecutivam* et *iudiciariam,* de quar functionibus propriis infra uberius dicendum.

3. *Est ergo in se spectata et secundum obiectivam compreh sionem constans et aequalis* pro quacumque historica forma amplitudine societatis civilis.

**391. Scholium.** Doctrina in hoc articulo exposita, ut p cipuum criterium et simul compendium regiminis christiani, ita et tiale palladium esse cognoscitur omnis verae civilis *libertatis* et *h dignitatis* in nexu civili servandae. Quippe summa libertas, in gnare est" *soli* Deo servire; mancipii autem vel bruti est al i h *qua homini* subiici. Itaque naturalistica, vel materialistica, vel at emancipatio humanae societatis a Deo tamquam supremo rege r intrinseca necessitate — non ad „culturam" sed ad absolutum et trarium praepotentium hominum despotismum, subditorum autem se tutem et moralem degradationem conducit. Id ipsum exemplo i runt Macchiavelli, Hobbes et Rousseau, atque recentiore aetate il schola politica Hegelii [1].

## Articulus 2.

**Thesis XLIV. Veterum theoria — quatenus per eam ter et pro quacumque historica hypothesi asseritur: soli qua tali immediate per Deum ut auctorem naturae su- civil potestatem conferri, regibus autem et princi- mi e sumptis eam per se alio iuris titulo competere p se ti o translationis per consensum ipsiusmet com- is aut t eius privationem factae — a recentiore ilos ia m relinquitur.**

Praenotanda. Ad statum quaestionis recte definiendum interest in memoriam revocare, quod iam supra notatum est: Nimirum ultro conceditur hunc originis modum, quem veteres *communem et universalem* esse volunt, *pro certa historica hypothesi evenire posse* et de facto *aliquando evenire.* Quod autem in thesi praefixa potissimum impugnatur, ea ipsa *universalitas* est, quam illa theoria sibi attribuit. Eo igitur demum tota quaestio redit: *Utrum pro omni hypothesi multitudo unita seu totalitas populi eaque sola originarium et iure naturae immediatum subiectum supremae politicae potestatis censeri debeat?* [2] Reliqua enim, quae de principum potestate adduntur, fere logica necessitate ab istius quaestionis solu-

---

[1] *Schiffini,* Disputationes Philosophiae moralis (1891) II, 399.

[2] *Schiffini* (l. c. p. 392) huic opinioni merito hanc *thesin* (24) opponit: „Sententia, quae tenet multitudinem seu populum in quavis exoriente civitate esse subiectum, cui natura prius insit politica auctoritas, acceptari non debet, si quidem parum admodum secum ipsa cohaeret.“ — Cui subdit: „In ipsa thesi indicatum est argumentum, quo repudiandam existimamus sententiam aetate Suarezii et deinceps magno in honore habitam apud scholasticos, doctrinae scilicet incohaerentia, quam, meo iudicio, sententia illa continet. Equidem non pauci multiplici alio ex capite eam reprobant, vel quia scilicet videatur rem sane gravissimam, qualis est legitima possessio politici principatus repetere ex quodam consensu imaginario potius quam vero et reali; vel quia ansam praebere possit modernis perduellibus, qui sub praetextu libertatis cuique a natura ingenitae subiectionem omnem excutere satagunt; vel quia nimis abstrahat a concreta et organica civitatis efformatione, qualem natura exigit et historia confirmat. Haec profecto non iniuria, sed magno cum fundamento dicta esse existimo. Omitto tamen; petuntur enim magna ex parte ex locis quibusdam intrinsecis, et cum aliqua tergiversatione eludi possunt. Considero itaque duplicat ea incommoda, quae intrinsecus mihi videntur inhaerere in ipsa quae substantia sive summa expositae doctrinae.“ — Similiter quae ad nostram thesin analogam sequuntur argumenta, ex internis potissimum doctrinae rationibus petuntur.

›xima hac dispositione per se caret, donec simul *particulare ritatis subiectum materialiter praeparatum* habeat sive orce antecedenter provisum sive libero consensu designatum. — › auctoritas politica non solum *non semper et essentialiter,* sed dinarie quidem in „multitudine unita" qua tali, sed plerumtius in *particulari* subiecto ad hoc praeparato primitus et d e actuari dicenda est.

*Maior* non indiget probatione, cum sit doctrina ipsius Sua- ı et apud scholasticos vulgo recepta.

Prob. min. Multitudo qua talis eatenus materia proxime ad recipiendam formam, scilicet auctoritatem politicam, seri potest, quatenus *vel* ipsa secundum suam *totalitatem* spec- ı est subiectum de se simpliciter capax auctoritatis civilis non m possidendae, sed etiam secundum naturae fines exercendae, ıl quatenus in ea aliquod particulare subiectum in concreto praeum et determinatum, exstat, in quo, tamquam *capite organico* ıs corporis socialis, formale illud et vitale eius elementum ıisitum actualis exsistentiae substratum obtineat.

Nam: 1. Nullus organismus, sive physicus sive moralis, materialiter iam constitutus, i. e. proxime dispositus ad propriam suam vitalem exsistentiam dici potest, quamdiu ei deest organum vitalium functionum prae ceteris essentiale et principale, quale v. g. esset cerebrum vel caput in corpore humano. Ergo et in ali *organismo* societatis politicae ad proximam materiae disionem pertinet, ut *vel* totum corpus ita constitutum sit, ut pitis officio per se fungi possit, *vel* ut deputatum ad hoc ılare organum habeat (cf. P. I, n. 352—354. 368; P. II, n. 353).

2. ] m materialis condicio praerequiritur, ut hominum pluraformaliter incipiat esse *persona moralis* et qua talis subm *propriae* activitatis. Hanc nempe qualitatem materiale cc societatis immediate induit per solam *auctoritatem,* utpote rationem habet principii interni pro omni activitate socie- *ut tali* propria (P. I, n. 349. 368; P. II, n. 353 sq.).

Sive igitur societas politica consideratur generatim ut *moralis organismus* sive in specie ut *persona moralis,* eius materia ad recipiendam formam proxime disposita censeri nequit, quamdiu *reali substrato* caret, in quo tamquam *subiecto de se idoneo* auctoritatem actu recipiat; idque *vel* tota multitudo in communi *vel* particularis aliqua persona (aut personarum coetus) sit necesse est.

*Iam vero* ipsissimo veterum testimonio tota multitudo in muni per se et generatim loquendo non est capax, quae ci potestatem *definitive* possideat et per semet ipsam exerc t; i enim huius translationem in unum vel paucos, *alii* qui n Suarezio saltem ordinarie necessariam, *alii* cum Bellarm naturae *praeceptam* esse profitentur. Et ita remanet tantum al pars disiunctionis, scilicet, in corpore politico materiam *t non esse „proxime dispositam ad habendam formam“*, quamdiu adsit *particulare* subiectum per se capax potestatis civilis dendae et exercendae.

Ergo vi principii a Suarezio allati negandum est, „multi dinem unitam“ qua talem iure ordinario esse *originarium* iectum politicae potestatis.

**407. Probatur II.** *Ex interna correlatione huius theoriae erronea hypothesi circa originem ipsius societatis civilis.*

Veterum theoria circa originariam civilis auctoritatis stitutionem tamquam *logice consequens* superstruitur eorum doctrinae circa originem ipsius societatis civilis, quam videli utut per naturam intentam et inductam, tamen *formaliter* ne sario *pactitiam* esse vulgo putabant; et vero utraque t ia, simpliciter et per se spectata, ab hac communi et necessa h thesi procedit: *multitudinem ex hominibus politice indep et liberis collectam semper iuri determinato principum aliquo modo tempore aut natura praeexsistere.* Hanc ipsam hypothesin etiam subaudit philosophica methodus, qua passim omnes theoriam pacticiam profitentes ad philosophice construendam a suis initiis perfectam societatem civilem uti solent. Nimirum ope philosophicae abstractionis homines *primum* ut in „statu naturali“, i. e. sociali quidem sed non politico, conviventes ac proin aequali et plena externa independentia praeditos considerant, ut *dein* pariter in abstracto condiciones investigent, quibus iste status nativae libertatis „ope humani consilii“ in „statum politicum“, et quidem successive in communitatem primum socialiter unitam, ac demum certo regimini subiectam commutari legitime possit. Atqui tum illam communem hypothesin, tum universam theoriam pacticiam reali fundamento carere, iam supra (n. 281. 286 sq.) abunde ostensum est. Ergo et theoria analoga circa originem civilis auctoritatis, ab illa ceu corollarium derivata, reali fundamento destituitur.

**Probatur III.** *Titulum „translationis", quem asserunt, critice inando.*

Neque semper neque ordinarie hoc originario titulo ius prinfundari posse ex utraque praecedente probatione iam certo itur. Logice enim eiusmodi translatio ab eadem illa hypodependet, quam ibidem realiter plane contingentem esse ıus.

Verum etiam ubi aliquando contingit, hanc suppositam cononem historice evenire, ita ut nil impediat, quominus multinis libero consensu regimen publicum constituatur, nihilominus ɔdi *multitudinis suffragium nequaquam supremae potestatis primitus sibi inhaerentis translatio, sed tantum designatio ɔcti et quasi ultima praeparatio materiae ad recipiendam for-* i. e. *actualem auctoritatem, recte dici potest.* Ergo a fori nequit haec translatio *unicus* originarius titulus esse, in quo omnis monarchiae vel oligarchiae legitimitas fundetur.

Prob. antec. Quotiescumque contingit, ut „multitudo " ad primitus constituendum regimen civile sive libero suffragio sive qualicumque consensu cooperari possit, alterutra ex hac duplici hypothesi assumatur necesse est: *aut* multitudo ita cooperans nondum in ratione *personae moralis* ad unitatem socialem constituta est, *aut* ita iam socialiter unita et constituta est, ut non solum remote et „in fieri", sed „in facto esse", nec solum mentis abstractione, sed realiter *una* persona moralis et eatenus moraliter *unum* subiectum actionis collectivae socialis censeri possit ac debeat. *Atqui:*

409. **Si primum dicitur,** *omnis capacitas multitudinis civilem potestatem suo consensu transferendi excluditur* et alius modus regimen civile sua cooperatione instituendi ei non relinquitur nisi vel directa vel indirecta seu tacita *designatio* subiecti auctoritatis:

1. *Quia nemo potest dare quod non habet.* Et vero multitudo, qualis hic supponitur, potestatem civilem actualem nec in se recipere nec sibi insitam possidere, multo minus alicui donare potest, eo ipso, quod *ut talis* omnino *subiectum iuris esse nequit.* Ad hoc enim non sufficit *numerus* hominum quomodocumque collectus et mentis abstractione *conceptualem unitatem* („unitam multitudinem") exhibens, sed necesse est, ut reipsa sit *una persona moralis* habens qua talis in se principium proprium et unum activitatis vere socialis et ab activitate singulorum hominum plane

distinctae (P. I, n. 349. 460; P. II, n. 354). Probe au distinguenda sunt: ius *remotum* auctoritatis i. e. ius *ad* tatem constituendam — et ius ipsum *actuale* auctorita duo in hac quaestione non raro confunduntur. *Illud* procul habent *quicumque* tali multitudini aggregantur in ord societatem civilem instituendam; *alterum* autem nec sing toti multitudini inest, antequam praedicta condicio adim

2. *Quia nec originaria possessio nec translatio civilis a tatis per talem multitudinem cum natura et origine immed vina auctoritatis in se spectatae conciliari potest.* Auctoritas ius est per se *unum et indivisum* immediate a Deo ut naturae dimanans. Quod si autem illud dicatur primitus ex in tota eiusmodi multitudine, necesse est: a) illud non ta unum et indivisum in tota communitate qua persona mo , ex hypothesi nondum habetur, sed *divisum ac veluti in partes distributum* exsistere in singulis sive qua personis na libertate fruentibus sive qua patribus familias independenti b) translationem huius iuris in unum vel paucos fieri non p a communitate *qua tali* nec per modum alicuius *actus u us prie socialis,* sed a singulis tantum, ita ut ex tot actib i- cularibus et privatis resultet, quot individui liberi homi independentes patres familias suum consensum praestant in multitudine numerantur (P. I, n. 362), videlicet, ut unus *suam* partem, i. e. de sua libertate et independentia sibi

[1] Ita explicite docet *Suarez,* De leg. l. 3, c. 3, § 6: „Assero hanc potestatem non resultare in humana natura, donec homines in unam communitatem perfectam congregentur et politice uniantur. Probatur, quia haec potestas non est in singulis hominibus divisim sumptis, nec in collectione vel multitudine eorum quasi confuse et sine ordine et unione membrorum in unum corpus; ergo prius est tale corpus politicum constitui quam sit in hominibus talis potestas, quia prius esse debet subiectum potestatis quam potestas ipsa, saltem ordine naturae. Semel autem constituto illo corpore statim ex vi rationis naturalis est in illo haec potestas: ergo recte intellegitur esse per modum proprietatis resultantis ex tali corpore mystico iam constituto in tali esse, et non aliter. Quocirca sicut homo, eo ipso quod creatur et habet usum rationis, habet potestatem in se ipsum et in suas facultates et membra ad eorum usum et ea ratione est naturaliter liber, id est, non servus sed dominus suarum actionum, ita corpus politicum hominum, eo ipso quod suo modo producitur, habet potestatem et regimen sui ipsius, et consequenter habet etiam potestatem super membra sua et peculiare dominium in illa.“ (Cf. n. 398, ubi ex eodem loco non sine ratione hic repetito genuina sententia Suarezii in tota hac controversia exhibetur.)

(divinitus) indita in favorem unius tantum cedat, quantum , ut omnes ei civiliter subiiciantur. Et hoc quidem modo ori politica per se spectata neque ius specifice *unum* et v m dici posset neque *immediate divinum,* in quo asserendo tia christiana consentit, sed potius proxime ius *humanum,* : anterioribus iuribus personalibus vel domesticis humana ne et compositione conflatum. Quam conclusionem *Rous-m* sane omnes veteres abhorrent; unde et *Suarezius* theo-hypothesin, ex qua illa consequeretur, expresse respuit, loquens de sola „multitudine politice *unita*", quam et eo ipso iam pro „perfecta communitate" haberi posse ex-. Defectum igitur praeexsistentis „communitatis iam per-e" etiam recursus qualiscumque ad „iustitiam legalem" (qua s cognita et diligentius considerata tota haec controversia, nulli arbitrantur, in favorem veteris opinionis facile sol-r) nequaquam supplere potest. Ratio est, quia ordo iustitiae s, ut vim non mere idealem sed actualem habeat, non minus nit societatem *iam formatam.*

3. Aliunde vero ex parte rei nihil impedit, quominus quilibet us liberorum hominum vel patrum familias, etiamsi adhuc d veram socialem unitatem coniuncti non sint, ubicumque histo-ica adiuncta id ferunt, cooperari ad *designandum* subiectum ublicae auctoritatis possit, sive facta communi suffragio electione alio modo singulorum praestito consensu. Mera namque eius-li *designatio* seu determinatio subiecti, utpote quae tota con-t in proxime *praeparanda materia sociali* communitatis dein-eps formaliter complendae, nequaquam est „actio socialis proprie licta", i. e. a societate *qua persona morali* procedens, qualis semper ensenda est translatio vel collatio civilis potestatis per multitu-linem; sed suapte natura pertinet ad *„activitatem socialiter con-stitutivam"*, cui convenit, ut constet operatione multiplici per se *individuali* particularium elementorum futurae societatis (P. I, n. 360—367).

410. Quare merito praesumere licet e veteribus multos, qui *generatim tantum* a libero populi consensu atque interventu in-stitutionem principum derivandam esse dicunt, hunc potissimum interveniendi modum per se planum et obvium in mente habuisse[1].

[1] Id etiam *Quilliet* (De civilis potestatis origine Theoria catholica p. 415), tametsi iuris mediate divini sententiam acriter defendens, satis innuere videtur

Cui acceptioni non mediocre pondus auctoritatis addidit l X in praeclara Encyclica „Diuturnum“ d. d. 29 Iunii 1881 catho de politica potestate doctrinam populis christianis in memor vocans. Nam postquam perniciosissimum errorem „philosopho superioris saeculi severe perstrinxit, quo „omnem inquiunt po statem a populo esse“, ita supremus Ecclesiae doctor pergit:

„Ab his vero dissentiunt catholici homines, qui ius imper a Deo repetunt velut a naturali necessarioque principio. In autem attendere hoc loco, eos, qui reipublicae praefuturi *posse in quibusdam caussis voluntate iudicioque deligi multitu non adversante neque repugnante doctrina catholica. Quo sane delectu designatur princeps, non conferuntur iura principatus: neque mandatur imperium, sed statuitur, a quo sit gerendum.*“

Haec verba pontificia tam per se clara et liquida, tam definite etiam *ipso usu loquendi in hac quaestione constanti* determinata sunt, ut omni conatui ea violenter in alium quam obvium sensum interpretandi invicte resistant. Quod si immo opponatur hunc sensum in antecessum ideo excludi, quod *Summus Pontifex censeri non possit „voluisse sententiam totius antiquitatis christianae reiicere ac prohibere“* [1], haec ratio pietatis ad minimum superflua est.

---

scribens: „Theoria communicationis mediatae dupliciter propugnatur: Alii politicam auctoritatem contendunt toti societati tamquam proximo subiecto immediate et formaliter a Deo infundi, unde ipsa particulari huic aut illi subiecto integra committitur, quod ideo non nisi mediate suam tenet a Deo potestatem. — Alii vero, rem nostro iudicio sapientius intellegentes, populum tamquam naturale et originarium politicae potestatis formatae et completae subiectum haud agnoscunt. Propugnant, quod verius antea nobis visum est, populum seu communitatem esse medium conaturale et ordinarium, quo Deus necessariam in qualibet politica societate potestatem ad talem talemve specificam formam, ad tale taleve concretum subiectum, efficaciter adducit et determinat. — Quivis modus rem intellegendi accipietur, in utraque hypothesi verum est semper (?) potestatem civilem, quoties in uno homine vel principe reperitur, legitimo ac ordinario iure a populo et communitate manasse, vel proxime vel remote, nec posse aliter haberi, ut iusta sit‘ (*Suarez*, De legibus l. 3, c. 2, n. 2).... Pauci sunt, et ex recentioribus praesertim, qui multitudinem explicite proponunt tamquam prius et naturale politicae potestatis integrae et exercitae subiectum. — Plurimi tandem, sive expresse sive aequivalenter, asserunt populum, quin necessario sit ipse princeps formalis et originarius, causam esse secundam ac medium reale et efficax, quo Deus potestates et principes instituit.“ — Et haec omnia nomine iuris *„mediate divini“* comprehendantur et „communem“ veterum sententiam repraesentent [?!].

[1] Cf. *Costa-Rossetti*, Philosophia moralis (1886) p. 628 sq.; idem in period. „Der Katholik“ 1887, I. 529 sqq., et in „Hist-polit. Blätter“ 1888, II. 201 sq.

aeterquam enim, quod eiusmodi formalis „prohibitio" in En-
non reperitur, non agitur hic de traditione dogmatica sed
ı' ua controversia *philosophica* scholae, nec de protegenda

---

· *Quilliet* l. c. p. 352 sqq.: „Toto pondere ruit difficultas [?], si et scopus
e ım et contextus rite inspiciantur. Sane Summus Pontifex non inno-
catholicae gentis opiniones intendit neque controversiam assumit diri-
, utrum videlicet auctoritas in principibus sit immediate vel me-
a Deo. Nam huiusmodi controversiae nulla in universis Litteris mentio
a est. Insuper ea certe non fuit mens Summi Pontificis, ut per
ı: , obeunter, absque ulla praemonitione vel necessitate, receptam a
saeculis in Ecclesia [?] doctrinam reprobaret." — Immo vero eo ipso,
Leo XIII in his Litteris *ex professo* reprobare intendit impia inventa
sophiae doctrinae catholicae opposita, notissimae eius sapientiae et leni-
paternae plane congruit, ut, si simul multorum doctorum catholicorum
felicem exaggerationem doctrinae catholicae ad iustum moderamen re-
: et ita *cavere vellet, ne ipsa sibi exclusive „theoriae catholicae" nomen arrogaret,* id ipsum faceret quasi „per transennam", non polemice discurrendo, sed simplici thetica affirmatione eius, quod unice philosophicae rationi et veritati respondet. Idem autem simul philosophicam persuasionem Leonis XIII exhibere equidem non dubito; neque ei S. Thomam, ut supponi solet, adversari ex infra dicendis patebit. — Quorsum igitur tantus labor interpretandi textum pontificium *per se clarum* et, more Leonis XIII, ad mentem probe *selectis* verbis expressum, illi substituendo (ex „contextu") sensum sibi minus incommodum? — Et *Quilliet* quidem (l. c. p. 353) non veretur dicere: „Si praecise et nude extra contextum obiecta verba considerentur, sinceram Leonis XIII mentem sane non manifestant. Si vero in contextu reponantur, facillima sunt, quae intellegantur." Audiamus igitur istam peremptoriam „ex contextu" interpretationem a citatis auctoribus communiter adoptatam. Ita *Moulart*, L'Eglise et l'Etat lib. I, p. 89: „A cette théorie (de Rousseau etc.) Léon XIII veut opposer, il le dit formellement, la doctrine catholique, qui fait descendre le droit de commander de Dieu même, comme d'un principe naturel et nécessaire, et qui ne permet pas au peuple de reprendre le pouvoir arbitrairement et suivant son caprice. En sorte que le sens manifeste du texte allégué est celui-ci: La multitude ne confère pas au prince choisi le pouvoir, comme venant d'elle-même, comme ayant en elle son principe et sa source; — l'autorité n'est pas donnée par le peuple, comme une chose, qui lui appartienne en propriété, dont il soit le maître et dont il puisse disposer à volonté; — le peuple détermine qui exercera la souveraineté, mais celle-ci vient de Dieu." — Similiter *Costa-Rossetti* l. c. p. 629: „... quo sane delectu *designatur princeps, non conferuntur iura principatus, neque mandatur imperium*" (scilicet eo modo, quo *philosophi commemorati* volunt, quibus opponitur doctrina catholica) „sed statuitur a quo sit gerendum" (scilicet quodnam debeat esse subiectum auctoritatis illius, quae non arbitrarie ab hominibus creata est, sed quae in se spectata immediate a Deo societati civili inest). — Idem quoad sensum repetit *Quilliet* l. c. eosdem scriptores explicite citans. — Quibus omnibus nihil moti, censemus verba pontificia etiam in suo contextu considerata tam

novitate contra antiquitatem, sed potius de puriore interpı
*ipsius sententiae antiquae.* Quare nostro quidem iudicio g
potius referendae sunt illustri sapientiae Leonis XIII, quod
*ac genuinam* „antiquitatis christianae" doctrinam, aliq
incautis scholae discursibus partim obfuscatam, suo suff
staurare non dubitavit.

**411.** Si alterum dicitur, esse scilicet „multitudinem u
iam constitutam *personam moralem* vere *unam* et acti
cialis proprie dictae *capacem* (id quod manifeste supponit Su
zius), nihil sane obest, quominus illa et originarium sub
dicatur auctoritatis politicae et suo consensu, si quando pl
eam in unum hominem eiusque familiam vel in paucorum
legium transferre possit; at vero tum haec ipsa hypothesis al
gravissimas incurrit *logicas difficultates,* quas a se declinare
quaquam potest.

*Nam* multitudo unita, quae ut talis capax est, per actum vere *socialem* alienandi suum ius imperii, eo ipso est *vera* societas civilis democratice constituta seu *respublica democratica,* in qua populus ipse in sua *morali unitate et personalitate* consideratus naturaliter est et *per se* manet subiectum supremae civilis auctoritatis, sive eam per se sive per magistratus tamquam sua organa exerceat.

Hinc vero merito arguitur:

1. Omnis translatio potestatis in unum vel plures determinatos principes, quae in tali casu fieri contigerit, suapte natura

per se liquida, tam pro usu loquendi definita et ab omni ambiguitate aliena, simulque tantae auctoritatis esse, quae omnem interpretationem excludant, qua eorum significationi naturali et obviae vel minimum detrahatur; maxime si id fere tantum ad sustentandam praeiudicatam opinionem in se *philosophicam* et ad communem Ecclesiae doctrinam plane *accessoriam* suscipiatur, quae insuper inter doctores catholicos et iuris peritos tum rei catholicae studio, tum scientia claros iamdudum „communis" esse desiit. — Ecquid? — licetne forte vel tacite supponere, Summum Pontificem — eumque *Leonem XIII* — in publico et sollemni documento *aut* temere illa verba usurpasse, quae genuinam eius mentem haud exprimerent nisi cum tacita restrictione, *aut* vim verborum respectu philosophicae controversiae (sibi notissimae) actu non percepisse vel non satis ponderasse? — Quod si quidem nemo affirmare rationabiliter possit, id *unum* remanet, ut agnoscamus Sanctissimum Patrem haud inopportunum iudicasse, refutando errores veritati catholicae adversos, simul etiam — parcente quidem forma et quasi per transennam — aliquatenus tangere historicam controversiam, quae de modo philosophice explicandi doctrinam catholicam inter catholicos versabatur.

l praesentem quaestionem, qua agitur de *primitus* consti-
a legitima ac determinata publica auctoritate in societate
i, sed ad quaestionem de *mutanda forma civilis imperii* pertinet.

2. Qui cum Bellarmino asserunt istam potestatis translationem
eratim loquendo iure naturae *necessariam et praeceptam* esse,
quod totus populus eam per se ordinate exercere nequeat,
*lici obstaculo irretiuntur:*

a) Aliquam generalem necessitatem inducunt, quae in ipsa
tam generaliter fundata non est. Quamvis enim *tota* populi
ltitudo *immediate per se ipsam* seu communi omnium suffragio
atem publicam eiusque particulares et quotidianos actus
e non possit, non tamen propterea tenetur nec necessitate
ur, ut *ipsam potestatem* alienet et in particulares personas
ferat, sed potest eam, si maluerit, retinere, dummodo interim
*a organa* sibi provideat, quae *ipsius* lege et nomine regimen
linarium exerceant. Quippe formam civilis imperii etiam *demo-*
tota antiquitas christiana nec non ipsa Ecclesia catho-
a ut per se legitimam agnovit. Quis autem serio dixerit multi-
, quae supponitur *posse* communi consensu suam potestatem
emam in favorem principis abdicare, regimen *organice-demo-*
*um* sibi dare *non posse*?

b) Secum ipsis eatenus collidunt, *α*) quod, licet populum uni-
rsim subiectum auctoritatis per se practice ineptum esse iudi-
eidem tamen ex lege ordinaria gravissimum publicae auc-
itatis actum attribuunt, qualis est definitiva translatio potestatis
aliquem principem; et *β*) quod formam civilis imperii democra-
quam aliunde cum universa philosophia christiana non secus
chicam tamquam *per se* licitam et legitimam admittunt, hac
theoria *implicite* reprobant, utpote naturalem obligationem
i-obligationem imponentes multitudini, potestate sua ori-
ria se exuendi.

3. Quod si vero quis cum *Suarezio* minus urgens hanc
ligationem et a solo facto monarchici regiminis quomodocumque
e introducto procedens, hanc generalem assertionem tenet:
*tem civilem, quoties in uno homine vel principe reperitur,*
*no ac ordinario iure a populo et communitate manasse vel*
*oxime vel remote, nec posse aliter haberi ut iusta sit*" — eo ipso
nul implicite statuit: inter omnes formas civilis imperii *solam*
*mam democraticam esse naturaliter originariam*, solam *per se*

*et immediate iuris divini naturalis* (etsi non praecipientis, certe concedentis), omnes autem reliquas ab hac per humanum co esse *derivatas* et hinc *iuris mere humani.* Et revera hi clusionem etiam *Suarezius* non diffitetur, sed eius potius vim plicatione mitigare conatur[1].

Iam vero, tametsi hoc corollarium in ordine mere abst nihil per se absurdi contineat, nemo tamen non sentit, quant illud in ordine *reali et historico* a veritate et providentiali du generis humani discrepet. Historice profecto plane contrai evenire videmus; nempe ubique terrarum *primum* ortam esse formam monarchicam[2], post hanc et secundario tantum democra-

---

[1] Def. fid. cath. l. 3, c. 2, § 8 et 9: „Quocirca potestas haec, prout a Deo immediate datur communitati, iuxta modum loquendi iuris peritorum dici potest de iure naturali negative, non positive, vel potius de iure naturali concedente, non simpliciter praecipiente. Quia nimirum ius naturale dat quidem per se et immediate hanc potestatem communitati, non tamen absolute praecipit, ut in illa semper maneat, neque ut per illam talis potestas immediate exerceatur, sed solum quamdiu eadem communitas aliud non decreverit, vel etiam ab aliquo potestatem habente mutatio legitime facta non fuerit. Exemplum est de libertate hominis, quae servituti opponitur; est enim de iure naturali, quia ex vi solius naturalis iuris homo nascitur liber nec potest sine legitimo aliquo titulo in servitutem redigi; ius autem naturae non praecipit omnem hominem semper manere liberum, seu (quod perinde est) non simpliciter prohibet hominem in servitutem redigi, sed solum, ut id non fiat vel sine libero illius consensu vel sine iusto titulo et potestate. Sic ergo perfecta communitas civilis iure naturae libera est et nulli homini extra se subiicitur, tota vero ipsa habet in se potestatem, quae si non mutaretur, democratica esset, et nihilominus vel ipsa volente vel ab alio habente potestatem et titulum iustum, potest tali potestate privari et in aliquam personam vel senatum transferri.“ — Ergone, spectato iure naturae, ita se habet democratia ad monarchiam vel oligarchiam, quemadmodum se habet nativa libertas ad servitutem [?!], quae etsi titulo aliquo iusto fundari possit, numquam tamen ex naturae ordine status normalis in humana societate censeri potest?

[2] *Aristot.*, Polit. l. 1, c. 1, ed. *B.* 1252 b, 19: . . . *διὸ καὶ τὸ πρῶτον* [illegible] *βασιλεύοντο αἱ πόλεις καὶ νῦν ἔτι τὰ ἔθνη. Cic.*, De leg. l. 3, c. 2, n. 4: „[illegible] es [illegible] q[illegible] gentes regibus quondam paruerunt.“ *Haller*, Restauration der St[illegible] t. II, c. 23, p. 4, verissime scribit: „Daher bestätigt es auch die Geschic[illegible] aller Zeiten und Länder, dass die Monarchie unwidersprechlich die erste u[illegible] älteste aller Herrschaften oder sogenannten Verfassungen gewesen, und es [illegible] durchaus natur- und geschichtswidrig, was die revolutionären oder von [illegible] Grille des Socialcontractes ausgehenden Staatslehrer behaupten, dass die M[illegible] schen vorerst in der Anarchie, dann in der Demokratie, späterhin in der A[illegible] stokratie gelebt hätten und erst am Ende zu der Monarchie gekommen wär[illegible] Im Gegentheil lehrt die Geschichte der ältesten Zeiten, dass der Erdboden [illegible] sprünglich in allen Ländern von einer unzählbaren Menge kleiner Könige o[illegible]

am; illam *organice,* et quasi secundum legem constantem socialis e, sive ex auctoritate domestica, familiae coetu paulatim coetum civilem ampliato, sive ex alio praeexsistente materiali leo auctoritatis civilis, hanc vero *artificialiter* ortam, accidenli superveniente consilio et quasi per exceptionem. Historica ur realitas tantum abest ut democratiam illo privilegio priorivel originis vel iuris prae forma regiminis monarchica exornet, illi potius contradicat. Eo magis propterea hac potissimum ate cavendum esse censemus, ne contraria ordinis mere abs- i *fictione* studia inordinate antimonarchica, quae in dies sponte rescunt, quomodocumque interne fulciri queant.

413. 4. Porro quam primum admittitur multitudinem illam democratice iam constitutam ad abdicationem et translationem suae potestatis nec per naturae necessitatem compelli nec iure naturae teneri, sed in hac re suo *libero consilio* uti, haec gravis omni menti rationali sese obtrudit consideratio: Si quidem tota ratio, qua multitudo ista libera moveatur ad libere transferendum civile imperium in unum vel paucos, est ratio opportunitatis et maioris utilitatis, actus ipse talis translationis suapte natura dicendus est *contractus bilateralis,* quo populus suum imperium principi libere cedit, *ea condicione,* saltem tacite subintellecta, ut is vicissim spondeat se illo nonnisi ad communem utilitatem esse usurum. Hoc autem semel admisso vix apparet, cur non in eodem contractu id pariter iure naturae implicitum supponi possit ac debeat, ut, si forte princeps vel eius in eodem iure successor potestate abutendo suam sponsionem fefellerit, eo ipso neque populus ulterius ratum habere contractum teneatur, sed cum pristina sua libertate pariter originarium sibi imperium *revindicare* legitime valeat. Quo facto nihil quoque obstare videretur, quominus ita depositus princeps insuper ante populi tribunal sistatur et eius iudicio puniatur. Et haec quidem iuris relatio inter populum subditum et ab eo institutum principem ex hypothesi non esset veluti per exceptionem fundata in *speciali* aliquo positivo iure per modum legis fundamentalis publice sancito, cuius exempla nonnulla historia refert, sed, quod probe notandum, aestimanda esset *communis condicio omnis legitimi principatus,* utpote cum eius origine, quae generalis supponitur, inseparabili nexu coniuncta.

---

Fürsten gleichsam besäet war, und dass die wenigen Republiken überall viel später . . . entstanden sind."

Quod si eiusmodi conclusio per se satis lubrica et stabilitati ordinis publici practice parum accommodata esse videant qui ad tale pactum confugiunt, quo moderamine sophico satis efficaci illi periculo occurrant. Sap animadvertunt et caute inculcatum volunt, nullam p potestatis a populo retineri, sed *totam* simpliciter ac de principem transferri, nec proin umquam pro libitu ab eo revindicari posse[1]. At vero haec clausula, ne arbitraria et inefficax, accuratius circumscribi et ita insuper comp indiget, ut, si fieri possit, supra commemoratis concl ratio subtrahatur; scilicet comprobandum esset: a) eiusmodi lationem supremae potestatis, cum libero consilio et in to communitatis emolumentum fiat, ita nihilominus *absolute debere,* ut nulla condicio pacticia tamquam *cautio iuris* illi sita vel valida vel licita censeri possit; b) talem condici quoties in illo actu publico expressa non fuerit, vel non posse vel ex rei natura non rationabiliter debere suppon *semper in illo contentam.* Haec autem ab istius theoriae hactenus philosophice probata non sunt, nec probari possunt. potius, legitimam populi libertatem potissimum in originali modi pacticio iure fundatam volunt[2].

## Notanda ad solvendas difficultates.

**414.** 1. Auctoritas politica per se et ex tota sua destinatione procul dubio est aliquod bonum essentiale *totius corporis politici,* non autem individuorum hominum, et semper ut tale aestimandum

---

[1] „Translata potestate in regem, per illam efficitur superior etiam regno, quod illam dedit, quia dando illam se subiecit et priori libertate privavit" (*Suarez,* De leg. l. 3, c. 4, § 6).

[2] Cf. *Lessius,* De perfectionibus moribusque divinis l. 3, c. 2, § 9: „Quia tamen iurisdictio communitatis est naturalis, numquam ita transfertur in unum vel plures, quin maneat in populo tamquam in radice, ut per eam possit populus deponere quos sibi praefecit, si iustitiam servare nolint et principatum in tyrannidem vertant, nec aliud remedium suppetat." Similiter *Suarez,* Defensio fid. cath. l. 6, c. 4, § 15: „Ideoque si rex legitimus tyrannice gubernet, et regno nullum aliud subsit remedium ad se defendendum, nisi regem expellere ac deponere, poterit respublica *tota,* publico et communi consilio civitatum et procerum, regem deponere, tum ex vi iuris naturalis, quo licet vim vi repellere, tum *quia semper hic casus, ad propriam reipublicae conservationem necessarius, intellegitur exceptus in primo illo foedere, quo respublica potestatem suam in regem transtulit.*"

, in quocumque subiecto actualiter resideat. Non est enim lus propter gubernium sed gubernium propter populum. Ex n, quod auctoritas divinitus datur solum *pro* communitate, n sequitur eam primitus non posse nisi toti communi- suo subiecto inhaerere, sed tantum necessarium est, ut c tate subiectum per se aptum quomodocumque prae- ac praesto sit, in quo illa secundum naturalem Dei pro- n actualiter esse incipiat. Quo autem modo ista condicio, quasi *ultima praeparatio socialis materiae* ad formam o anismi civilis recipiendam, in quovis casu particulari n el tum sortiatur, utrum maiori vel minori, directa vel cta, iva vel magis passiva cooperatione multitudinis etc., ab historicis et materialibus initiis uniuscuiusque socie- civilis dependet.

Quemadmodum inter personam *physicam* et personam *moralem,* am inter utriusque *ortum* aliqua analogia notatur[1]; utrique n essentiale et constitutivum elementum convenit *princi- onalis operationis,* illi facultas rationalis intellegentiae ad ir ionem rationalem *individui,* huic auctoritas tamquam prin- n rationalis operationis *socialis* seu a persona morali ut tali pro ntis. Utrumque principium *totius personae,* ad quam per- ti , proprium est, sed hoc non impedit, quominus, utut toti so quodammodo *idealiter* immanens, *realiter* tamen in ali- quo *organo* specialiter ad hoc deputato stabiliter resideat. Et in persona quidem *physica* hanc organicam materiae praeparationem natura *sola* perficit, sedem rationalis directionis in homine caput seu cerebrum constituens, non pedes aut manus aut totum corpus. Aliter generatim fit in constituenda persona *morali.* Hic quoque natura exigit, ut haec essentialis materiae socialis praeparatio organica non deficiat, sed ut determinatum *organum* socialis direc- tionis, i. e. *subiectum auctoritatis per se idoneum* provideatur. Verum tamen sapienter Deus voluit, ut plerumque non necessaria sua interventione natura ipsa id praestet, sed multiplici potius *hominum cooperatione* ad id ipsum utatur. Ita quidem in con-

[1] Eadem analogia utitur etiam *Suarez,* De leg. l. 3, c. 3, § 6, sed ad rem minus complete, dum scribit: „Eadem proportione, sicut libertas data est unicuique homini ab auctore naturae, non tamen sine interventu causae proximae, seu parentis a quo producitur: ita haec potestas datur communitati hominum ab auctore naturae, non tamen sine interventu voluntatum et consensuum hominum, ex quibus talis communitas perfecta congregata est."

stituenda societate *civili*, minus vero in *domestica*. Quo haec *necessarium* naturale substratum esse debet pro uni humanae societatis structura, necesse est, ut in ea *naturae* atque ordinatio adversus *contingentiam* humanae libertatis m tur. Ideo, supposita libera fundatione familiae per coniuges, *natura* auctoritatem domesticam, tametsi et haec in emolume *totius* domus divinitus concedatur, *uni* patri familias co lege attribuit.

Ex quibus omnibus apparet, in quacumque primum co tuenda societate aliud gravius negotium hominibus *ex na intentione* non incumbere, nisi ut determinato subiecto pe idoneo auctoritatis sive democratico sive polyarchico sive m chico, in quo deinceps illa actu esse incipiat, *ultimam organ praeparationem materiae socialis* suppeditent, ubicumque nat providentia non iam claro praevalente iure, *praeveniendo hon consilium*, hanc exigentiam adimplevit. Tali enim casu lex turae hominum consensum, si membra eiusdem societatis esse v non iam ut *causam* determinantem, sed ut *condicionem* ex gatione postulat eoque ipso ordo iustitiae legalis vigere in Quem igitur hic locum habeat collatio vel translatio potes quae idealiter quidem et quasi secundum naturae debitum, autem realiter exsistit, antequam praesto sit reale subiectum se idoneum?

415. 2. Iustam solutionem totius controversiae, quatenus inter nostrae aetatis iuris peritos et patronos veteris o versatur, nihil magis impedit ac difficilem reddit, quam q ambiguitas in ipso statu quaestionis proponendo. Sitne ius, principes civilem auctoritatem legitime possident, *mediate - immediate* — divinum? ita fere quaeri solet; recte quid ne inanis de ea re discussio instituatur, necesse est, ut quo utrimque hae iuris denominationes usurpantur, in antec citra omnem ambiguitatem determinatus sit et talis in de discussionis constanter servetur. Quotuplicem acceptio *immediate-divinum* per se admittat, iam supra (n. 399) no est. Similiter autem et ius *mediate-divinum* non unius duplicis sententiae plane diversae tesseram exhibet. Na aliud profecto est dicere ius divinum supremae auctor nonnisi „mediate", i. e. mediante humano consilio et *non ltiplici hominum cooperatione*, principibus conferri; aliud

a humanam „mediationem“ late dictam ita *arcte* interpretari, dicatur potestatem ipsam *primum toti populo*, dein *ex dona-populi alicui principi conferri*. Per *illud* generalissime itur omnem principatum in particulari ad illud genus iuris i pertinere, quod veteres *„ius gentium“* appellabant; per tem non generatim ius gentium (quod ratione historicae ginis *varium* esse potest), sed exclusive solum ius gentium proprie *pacticium* supponitur. *Illud* vere communissimam veterum entiam, *hoc* autem *specialem* eius philosophicam interpretatic n refert, nequaquam omnibus communem. *Illud*, si *rem ipsam* s, etiam a recentioribus iuris peritis facile admittitur; *alterum* o, quatenus *universalis principii* indolem prae se fert, merito gnatur. Haec duo igitur pro statu quaestionis probe dis- la sunt, nec putandum iisdem rationum argumentis aut testimoniis, quibus *illud primum* confirmatur, *alterum* quo- eo ipso et per modum unius evinci.

Ponant igitur, si placet, in statu quaestionis, duce S. Thoma, pro iure „mediate-divino“ potius *„iure gentium“* secundum illam huius conceptus latitudinem, quam ipse Angelicus Doctor illi attribuit (v. P. I, n. 570—573; P. II, n. 178. 292. 394), et quod ipse nequaquam semper aliquo hominum condicto seu facto consensu constitui docet[1]. — Quo sincere proposito, confidimus fore, ut pro aetate qua vivimus de tota hac controversia aliud non remaneat nisi forte adhuc aliqua pacifica lis de verbo. Quaeri enim tantum poterit, utrum, quod veteres „ius gentium“ appellare consueverunt et ratione *formae* iuri positivo *humano* adnumerabant, non rectius aut opportunius dicatur „ius *naturale* sensu latiore acceptum“, uti generatim recentioribus placuit. Consequitur idem, quatenus naturale aestimatur, etiam *divinum* appellari sed pariter *sensu latiore acceptum*, quia a Deo auctore naturae non sine multiplici cooperatione hominum in praeparanda materia constituitur, ita quidem ut respectu iuris, de quo hic agimus, haec operatio pro variis historicis adiunctis varia esse possit, scilicet modo *causa* determinans ope electionis subiectum potestatis, modo aliunde iam determinatum tamquam *condicio necessaria* ope rationalis consensus concomitans aut sequens (v. n. 293 et 294). — Quod si igitur „ius mediate-divinum“ per se ambiguum et insinuans potestatem a populo in principes transmissam, ad

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 57, a. 3 ad 1 et 3.

ictum latiorem sensum *diserte reducatur,* nil obest, qu hodie plerique illud affirmare possint.

416. 3. Porro ad verum statum quaestionis illustrandum quoque explicite iterum declarare iuvat, quod iam supra in cursu probationis satis insinuatum est, nempe: Ubicumque rice aliquando contingit, democraticam rempublicam poli integre constitutam libero populi consilio in regnum mutari, principem ad hoc delectum eandem deinceps potestatem, iam in populo praeexstiterat, solo translationis titulo l possidere, quemadmodum unus princeps alteri eodem titulo time succedere potest. Itaque nec possibilitas nec historica sistentia nec legitimitas istius tituli, ubi eum adesse contingit, ullatenus in dubium vocatur. At vero *generalis* hypothesis, nullo fere habito realitatis historicae discrimine, legitimitas *cuiuscumque politici principatus* non aliunde quam ex eodem originario demum iuris titulo derivanda esse dicitur, profecto plane immerito „fictio" appellata est[1].

417. 4. Internas istius theoriae difficultates, quas arguin recentiores eius patroni declinare cupientes ad hanc eius inte tionem confugerunt, ut dicerent non semper quidem toti po primitus potestatem inesse in *actu secundo,* semper tamen sal *actu primo,* vel ut alii volunt, *virtualiter*[2]. — Quid vero eius effugium causam iuvet, haud apparet. Etenim hac via *vel* n sententiam implicite adstruunt, innuentes, auctoritatem po constituendo, iam *idealiter* quidem inesse, i. e. naturaliter debitam, in subiecto autem *designato* primum *realiter* actuari, per translationem sed per determinationem; *vel* difficultates, fugere conantur, potius augent. Quomodo enim a populo po quae tantum „in actu primo" vel tantum „virtualiter" ex

[1] Cf. *Walter,* Naturrecht und Politik § 252 sq.

[2] Ita acerrimus quidam defensor systematis Bellarmini et Suarezii in periodico „Hist.-polit. Blätter" 1888, I, 203: „Zur Verleihung derselben (der Autorität) genügt ein virtueller Besitz." — Unde simul — non minus opportune — detegitur, quaestionem, „ob das Volk je *formell* Träger der Autorität sein konnte und gewesen ist", esse tantum secundariam (eine „Nebenfrage"). — Interim certum est, in theoria de iure mediate-divino principum ab utroque illo clarissimo auctore systematice exposita, hanc eandem quaestionem non secum sed primarium locum tenere, utpote quae circa principium fundale versetur, in quo totum eorum ratiocinium nititur, et quo sublato ius divinum, quale ipsi manifeste intellegunt, logice nequaquam evinci posset.

ı exercito huius ipsius potestatis *transferri* aut conferri in i ım potest? — Praeterea a voce „virtualiter“ vel ideo hic t ındum esse arbitramur, ne ulla occasio praebeatur opinandi ı o populo vi naturalis libertatis, ut voluit Rousseavius, sitam ɜ virtutem *effectricem* auctoritatis[1].

. 5. Aliud simile moderamen, quo eadem veterum opinio ıeptabilior reddatur, peti solet ex aliquo textu ipsius *Suarezii,* appareat illam etiam cum historica realitate commode con- i. Ita namque (agens de voluntario populi consensu, quo ı primitiva institutione“ principi potestas conferatur) *Suarezius*[2] ıibit:

„Hic autem consensus variis modis intellegi potest: unus ut paulatim et quasi successive detur, prout successive po- augetur. Ut, verbi gratia, in familia Adae vel Abrahae a simili, in principio, oboediebatur Adamo tamquam parenti ri familias, et postea, crescente populo, potuit subiectio illa nuari et consensus extendi ad oboediendum illi etiam ut regi, ndo communitas illa coepit esse perfecta; et fortasse multa (et in particulari primum regnum romanae civitatis) ita ·unt. Et in hoc modo (si quis recte consideret) regia po- s et communitas perfecta simul incipere possunt.“

---

[1] Mirum sane videri debet, quod alicubi in hac re eo usque procedatur, populus virtualiter tantum possidens potestatem (explicandi causa) com- ır cum artifice, qui in se virtutem habet *producendi* opus artis, et cum teris causis „aequivocis“, i. e. talibus, quae natura sua differunt a natura m effectuum, in quibus proin semper agitur de *causali productione.* „So ı es auch zum Hervorbringen rechtlicher Wirkungen nicht nöthig, dass man Recht, welches man einem andern verleihen will, früher immer formell sitze; es genügt, dass man sich der Freiheit in bestimmter Rücksicht zu nsten eines andern beraube mit ausdrücklicher oder stillschweigender Ueber- hme der Verpflichtung, sich in Zukunft dem Willen desselben zu unter- rfen.... Es ist nun ganz unerfindlich, warum der menschliche Wille vieler ıht ebensowohl fähig sein soll, sich der Freiheit im Hinblick auf das öffent- he Gemeinwohl zu berauben und durch Unterwerfung unter eine bestimmte ı (oder unter mehrere) dieser (oder diesen) das Recht der wirksamen zu diesem Ziele zu verleihen mit gleichzeitiger Aufsichnahme der ıten des Gehorsams und der legalen Gerechtigkeit, auch dann, wenn jene elen, die sich unterwerfen, vorher die staatliche Autorität nicht formell als äger derselben besessen haben.“ — Quaeritur: num haec portio libertatis ınae sic abdicata sit substantialiter id, quod dicitur potestas civilis iure te divino multitudini collata? (Cf. Philos. Jahrbuch II, 136.)

[2] Defensio fid. cath. l. 3, c. 2, § 19.

Qui igitur hoc testimonio Suarezii tamquam clipeo ut ita fere arguunt: „En unice recta interpretatio doctrinae quam adversarii male intellegunt, putantes solutionem quaestionis essentialiter hinc dependere, utrum auctoritas ci in omni casu primitus *formaliter* toti populo inhaesisse dici p necne. Ipse videlicet Suarezius diserte admittit, saepe civi ex familia patriarchali paulatim succrevisse et similiter pot paternam nonnisi per consensum successive datum in regiam testatem dilatatam esse. In his igitur casibus non sane *fo liter* potestas toti populo antea inesse potuit. Verum hac hypothesi determinata aliqua persona nonnisi mediante vitate humana tamquam causa proxima conferendae (?) pot fieri potuit subiectum auctoritatis per Dei gratiam."

*Respondemus:* Laudem certe Suarezius prae multis aliis meretur, quod in hac re etiam historicam realitatem non plane neglegi posse intellexit. Aliunde vero fixa manet haec omnino *generalis* Suarezii assertio:

„Potestatem civilem, quoties in uno homine vel principe reperitur, legitimo ac ordinario iure *a populo et communitate manasse* vel proxime vel remote, nec posse aliter haberi ut iusta sit" (v. n. 398); et similiter illud: „Haec potestas *non est in singulis hominibus divisim sumptis nec in collectione vel multitudine eorum quasi confuse et sine ordine et unione membrorum in unum corpus*" (De leg. l. 3, c. 3, § 6); paulo ante (§ 1) iam dixerat: „non est in singulis *nec totaliter nec partialiter*".

Necesse est igitur, ut cum hoc *generali principio* etiam ille casus historicus concilietur, in quo supponitur *formaliter* quidem potestatem numquam toti populo inhaesisse. Id ipsum autem, quomodocumque res vertatur, pro theoria, quae tenet, omnem legitimum principatum haberi per *communicationem seu transmissionem a populo ut originario eius subiecto,* insolubili difficultati obnoxium est. Aliquo certe modo potestas, quae a populo sive consensu simultaneo sive successive dato principi *confertur,* prius in populo esse debet. Et plurimi quidem scriptores, qui de hac re disputarunt, non secus ac Bellarminus ipso modo loquendi satis ostendunt se potestatem, quam immediate divinitus populo tribui dixerunt, *formaliter* talem intellexisse, qualis et in principe reperitur. Ideo enim populus *unitus* seu „multitudo *unita*" tam olicite praerequiritur, ut in ea tamquam materia praeparata.

Suarezius docet, forma quoque socialis seu auctoritas suam exsistentiam obtinere possit (v. n. 406). Verum hunc reticum rigorem hodie iam cautius deserunt, immo eo miti-.o veram aliquam „perfectionem" theoriae veterum afferri ınt, iam a *Suarezio* quidem, ut aiunt, verbis supra citatis .d obscure signatam.

Sit igitur, quod volunt aliquando *non formaliter* toti populo ıitus inhaesisse potestatem, quam tamen a *populo sibi collatam* nceps formaliter possidet. — Tum autem quaerere liceat: si formaliter, quomodo igitur? — num forte *materialiter?* — hoc ı nempe commode congruere videtur cum illa *successiva* et ;ulis quasi *partialiter* facta collatione potestatis, quae quidem liud esse non potest, nisi personalis uniuscuiusque cessio suae *ej dentiae civilis,* qua hactenus naturaliter fruebatur, et sub-o sub imperio civili unius vel paucorum[1]. — At enim vero explicatione mirus profecto *conceptus auctoritatis* implicite sta-ur, quem forte et naturalista e schola Rousseavii non neces-) et absolute respuet. Ita enim tota *auctoritas,* quamquam dicitur *„ius immediate a Deo"* populo collatum, *materialiter* nihil est aliud quam singulorum ius connatum naturalis libertatis et independentiae seu ius semet ipsos gubernandi, *formaliter* autem est horum iurium summa seu complexus ortus per liberam cessionem individuorum in favorem principis vel collegii, cui ita *ius confertur* totam communitatem gubernandi. Si ita est, admodum difficile intellegitur, cur S. Paulus (Rom. c. 13) adeo emphatice inculcare voluerit: „Non est potestas nisi a Deo", cum potius videatur dicere debuisse: Omnis potestas, etsi *per se* est opus humanum, instituta est tamen vi divinae ordinationis et secundum naturale Dei praeceptum; unde eatenus quidem rex etiam „Dei minister est", tametsi proxime est minister *populi,* cuius propriam naturalem maiestatem induit. Quod si igitur, post expugnatum naturalismum Rousseavii (cui suprema civilis potestas aliud non

---

[1] „Chaque membre d'une nation, chaque individu a naturellement son indépendance propre, si nous le considérons avant l'établissement du pouvoir politique. Un prince se présente pour gouverner la nation. On l'élit roi, ou empereur, ou président; ou tout au moins on l'accepte comme tel. Par la même on se soumet à lui, on se dépouille de sa liberté, de l'indépendance qu'on avait à son égard. Or, se soumettre à un prince, c'est lui donner le droit de commander; et le droit de commander, c'est l'autorité" (*Desorges,* De l'origine et de la nature du pouvoir [Paris 1869] p. 69 sq.).

erat, quam iura libertatis singulorum in unum quasi ci
congesta), nolumus denique vel inviti ad analogum fere conc
auctoritatis acceptandum compelli, teneamus oportet i pu
auctoritatis *per se spectatum* ius esse *naturale* in se i
*fice diversum a cunctis iuribus personalibus individuorum,* nec
quam posse horum compositione vel collatione sive simul
sive successiva oriri, sed *quemadmodum reliqua omnia iura i*
*ralia* vi legis naturalis actualem exsistentiam obtinere,
primum *requisitae condiciones* particularis individuationis p
sunt[1]. Itaque nihil obest, quominus aliquando hominum i

[1] Hic vero nova et singularis occurrit obiectio, quam silentio supprimere nolumus. Dicitur enim: supponere auctoritatem civilem in particularibus personis ope electionis ad hoc *designatis* (ita ut haec designatio sit solum *condicio necessaria, non causa collationis*) vi legis naturalis oriri, esset supponere „miraculum in ordine iuridico naturali". Ratio est, quia esset „exceptio a lege communi [?], quae admirationem excitet, nec sine immediato et speciali [?] Dei interventu fieri possit". (Cf. *Costa-Rossetti*, Philos. moralis p. 623, et „Hist.-polit. Blätter" 1888, II, 209.) — Ad haec autem merito interrogare licet: numquid forte et Suarezius miraculum fieri supponit, ubi scribit: „Prius est tale corpus politicum constitui, quam sit in hominibus talis potestas, quia prius esse debet subiectum potestatis quam potestas ipsa, saltem ordine naturae. *Semel autem constituto illo corpore statim ex vi rationis naturalis est in illo haec potestas*" (De leg. l. 3, c. 3, § 6), aut ubi dicit: „In hac re communis sententia videtur esse hanc potestatem dari immediate a Deo ut auctore naturae, ita ut homines quasi *disponant materiam et efficiant subiectum capax huius potestatis*, Deus autem quasi tribuat formam, dando hanc potestatem" (ibid. § 2). — Utrumque assertum etiam nos quoad singula verba profitemur. Nullam a lege exceptionem sed ipsissimam illam „legem communem" invocamus, qua Suarez docet non prius sed tum „statim vi rationis naturalis" (ergo non „speciali Dei interventu") potestatem in corpore politico esse, quam primum ex parte hominum necessaria *condicio* impleta sit, i. e. materia proxime disposita et paratum subiectum capax huius potestatis. Quotiescumque igitur aliunde de tali subiecto provisum non est, vi eiusdem illius legis hominibus incumbit suo interventu materiam quoad hoc perfecte complere, quod fit *designando* subiectum capax, quod tamquam caput toti corpori politico organice coniunctum auctoritatem civilem et possidere et exercere possit. Quae operatio manifeste non est nisi dispositio ultima materiae, qua peracta „ex vi rationis naturalis" immediate a Deo ut auctore naturae tribuitur forma (cf. n. 406). Et hoc eo minus est exceptio aut „miraculum", quod hic modus originis *cunctis iuribus naturalibus* communis est, utpote quae *immediate* a Deo ut auctore naturae dimanant (non vero per *causam secundam*, qualis sola esse potest auctoritas legitima humana relata ad iura positiva per ipsam condita) — sed utique, ut actu et realiter exsistant, praerequirunt sui individualem determinationem per aliquod factum vel naturale vel humanum; et hoc factum, etsi dici possit causa ius materialiter determinans, non tamen *causa efficiens*

*essive dato* paulatim tantum eiusmodi conditiones requisitae ur, donec constet de subiecto auctoritatis definitive de- o vel saltem admisso. Ita fit, ut etiam in hoc casu histo- frequentissimo constitutio regiminis recte dicatur non sine ı et cooperatione hominum determinari ac proinde esse *is g um"*.

Ad specialem autem theoriam *de potestate a populo in prin- translata* vel collata historice commendandam admodum in- ı ad eiusmodi exemplum recurritur. Neque hanc causam ıo re iuvare videntur ii, qui sparsa quaedam *Suarezii* dicta, hic invocari solent (n. 418) et quibus ipse non sine lo- quadam necessitate enuntiatam a se *generalem* theoriam *spe- us* etiam historicis adiunctis laboriose et quomodocumque ac- dare conatus est, ita plerumque urgent, ut vix non contra ezium ipsum pugnare videantur, utpote cuius aliunde exstent na et planissima verba in systematico opere „De legibus" dum *theticae expositionis* prolata. Et huc quidem pertinet fere discursus De leg. l. 3, c. 2—4, et in specie c. 3, § 6. d si nempe ex his omnibus aliqua conclusio resultat, ea ipsa videtur, quam P. *Schiffini* explicite per modum theseos statuit, scilicet: hanc theoriam „parum admodum secum ipsa cohaerere". (Vide supra n. 405, not.)

419. 6. Examinandum denique est, quo iure ii, qui a populo tamquam originario subiecto omnem legitimam principum potestatem derivari docent, auctoritate *S. Thomae Aq.* glorientur. Et hic quidem imprimis liquido apparet, quantum sincerae veritatis intersit, ne in referenda veterum doctrina obiectiva illa diversitas, quam supra signavimus, ut fieri solet, penitus neglegatur. Nempe id, quod *S. Thomas* de hac re clare et disertis verbis profitetur, aliud non est, nisi quod stricte et verissime communem scholae sententiam refert, scilicet: *omnis civilis regiminis institutionem in concreto sumptam esse „iuris gentium" adeoque „iuris humani"* (de quo vide n. 394). Ex nullo autem testimonio s. Doctoris ostendi potest eum insuper *specialem* illum iuris humani modum docuisse, quem modo examini critico subiecimus. Et vero singulos lustremus textus, qui potissimum in hanc rem afferri solent.

---

ipsius iuris formaliter accepti (qua inducentis obligationem moralem iuridicam) umquam esse potest. Est igitur illius ut actualiter exsistentis *condicio* necessario requisita (cf. P. I, n. 497. 504. 533; P. II, n. 290).

ıcipaliter respicit ordinem ad bonum commune. Ordinare aliquid in bonum commune est vel totius multitudinis vel ıs gerentis vicem totius multitudinis. Et ideo condere legem ertinet ad totam multitudinem vel pertinet ad personam am, quae totius multitudinis curam habet; quia et in omnilis ordinare in finem est eius, cuius est proprius ille finis."

f) S. th. 1, 2, q. 97, a. 3 ad 3. Ex eodem verissimo sociali procedens declarat S. Thomas, qua ratione consuetudo ıdine inducta vim legis habere possit: „Multitudo, in qua introducitur, duplicis condicionis esse potest. Si enim multitudo, quae possit sibi legem facere, plus est con- us multitudinis ad aliquid observandum, quod consuetudo , quam auctoritas principis, qui non habet potestatem legem, nisi in quantum gerit personam multitudinis; licet singulae personae non possint condere legem, tamen populus condere legem potest. Si vero multitudo non habeat ı potestatem condendi sibi legem, vel legem a superiori te positam removendi, tamen ipsa consuetudo in tali multipraevalens obtinet vim legis, in quantum per eos toleratur, pertinet multitudini legem imponere; ex hoc enim ipso ır approbare quod multitudo introducit."

E quibus omnibus perspicuum est, in plerisque his locis Thomam de origine historica suprematiae civilis clare et dicte illud tantum commune veterum principium profiteri, a quo re ıtiores iuris periti, etsi dispari modo loquendi utentes, re minime dissentiunt, nimirum: *illam esse iuris gentium* in veterum accepti.

In duobus tantum locis, qui sub literis *e* et *f* referuntur, aliqua orum formula reperitur, quae *non tam per se quam ope inter- onis* ansam aliquam praebere possit opinandi s. Doctorem c per etiam originariam populi suprematiam implicite do- Unde mirum non est textum imprimis S. th. 1, 2, 99, a. 3 ab iis etiam, qui cum Rousseavio essentialem et inıbilem populi suprematiam docent, per arbitrarium abusum idem invocatum fuisse. Quicumque autem nullo subiectivo ac cio praeoccupatus verba S. Thomae secundum obvium et e obiectivum sensum, qui insuper perfecte cum tota eius sociali c ıa congruit, sobrie consideraverit, veram illius mentem citra ınem ambiguitatem apertam liquidamque reperiet.

Et vero quod priorem locum (signatum litera *e*) attinet, n directe neque indirecte hic quaestio de proxima origine po publicae attingitur, sed generale statuitur principium phil de competentia cuiuscumque legislationis, independens non s ab illa origine potestatis sed etiam a quacumque forma so Discursus totius articuli procedit a subintellecta analogia, quae inter humanam personam physicam et moralem seu so nempe utraque secundum Dei legem ordinanda est ad suum fin ordinare autem ad finem est rationis seu rationalis volunt Quemadmodum igitur homo *individuus* sub Dei lege sua *ra* dirigitur ad finem hominis, ita *societas* qua persona moralis *sociali* ordinatur in suum finem, qui est bonum commune, et ordinatio dicitur lex; ratio autem socialis, a qua illa pr est *auctoritas*, sive haec democratice in tota multitudine r sive in uno vel paucis. Unde sicuti actus, qui ab humana ra procedit, vere *humanus* est et personae humanae attribuitur, i omnis actus, qui a ratione societatis, i. e. legitima auctori emanat, per se est actus proprie *socialis* et attribuendus *societati ut personae morali* (cf. P. I, n. 360 sqq.). Et ita omnis rex vel princeps legem ferens verissime dicitur „vicem ge totius multitudinis", cuius caput est, etiamsi forte directo Dei terventu institutus esset. Ergo qui societati civili praeficitur e mente s. Doctoris nequaquam ratione *potestatis* a multitudine collatae vel demandatae vicem gerere multitudinis dicitur, tantum ratione *muneris*, quo tenetur totius societatis pe agere eiusque commune bonum curare, eo fere modo, quo et tu vicem gerit pupillorum. Ceterum ipse S. Thomas auth interpretationem huius vocis immediate subiungit in conc argumenti dicens: „. . . pertinet ad personam publicam, q tc multitudinis *curam habet*" (cf. P. I, n. 230)[1].

[1] Eadem huius loci interpretatio expresse legitur in commentario C nalis *Caietani*, cuius auctoritas teste Leone XIII iam per se praestans 1 super eo maioris ponderis est, quod, licet ipse de originario subiecto pote civilis veterum opinionem profiteatur, nihilominus singulari sinceritate hoc t S. Thomae illam fulciri negat. Ita namque scribit: „Auctor conclusionem fi maliter inferendo declarat, quid per *vices gerentem* intellexerit, cum dicit: ideo condere legem pertinet ad totam multitudinem vel ad personam publi quae totius multitudinis *curam habet;* ubi manifeste aperit, quod idem intelle per *gerere vicem multitudinis* et per *habere curam illius.*" Et vero, S. Thomas in hoc articulo de legislatione *universim* agat, ita ut non s civilem sed etiam ecclesiasticam et ipsam divinam legislationem compre

od ultimo denique loco (*f*) obiicitur, ex modo dictis iam ec n solutionem habet. Nihil enim aliud hic locus continet neralis principii, quod in superiore loco de lege stabilitum l cam applicationem ad specialem casum consuetudinis, quae s vim habeat. Vi huius principii manifeste consequitur: vim dare consuetudini esse vel totius multitudinis vel eius, qui ltitudinis curam habet. Et *primum* quidem evenit directe et paliter, quando in ipsa multitudine, quae consuetudinem init, vi democraticae constitutionis publica legifera potestas re-; *alterum* vero, ubi „multitudo non habet liberam potestatem li sibi legem"; in hac enim hypothesi consuetudini, etsi multitudinem inductae, vis legis accedit tantum ex tacito eius vel eorum, „ad quos pertinet multitudini legem nere".

## § 3. Positive asseritur, quae sententia tenenda videatur.

421. Non simpliciter veterum theoriam, sed hanc *unam* multorum hypothesin hactenus repudiavimus, qua, nulla fere habita ratione diversae historicae originis variarum communitatum civilium, absolute affirmatur: „Potestatem civilem, quoties in uno homine vel principe reperiatur, legitimo ac ordinario iure a populo et communitate manasse vel proxime vel remote, nec posse aliter haberi ut iusta sit." Intactam autem reliquimus S. Thomae et veterum sententiam latiore formula enuntiatam: *Omnis civilis regiminis institutionem in particulari spectatam esse „iuris gentium" adeoque* (veterum aestimatione) *iuris humani.* Differt haec assertio a praecedente, sicuti differt *genus* ab aliqua peculiari *specie* sub eo contenta; genus autem non tollitur sublata aliqua eius specie. Unde similiter non exhauritur *„ius gentium"* per *„ius*

---

Caietanus hac explicatione simul occurrit obiectioni, qua dici posset „vices gerere" certe locum habere non posse „in Deo, qui ordinat in bonum commune totius universi et non est vicarius universi, nec in Papa, qui nec est multitudo populi christiani nec eius vicarius sed Iesu Christi, et legem ponit Ecclesiae sanctae." — Quamquam et Deus „quovis modo", ut ait, „vices multitudinis in hoc quod est ordinare in commune bonum supplere potest. Constat autem quod Deus praeeminenter potest ordinare in bonum commune multitudinis, multo melius quam ipsa multitudo posset.... Et similiter Iesus Christus per ium vicarium vices multitudinis supplet." (Cf. de eodem textu *A. Jansen* c. p. 3.)

*humanum pacticium*", ac proinde qui negat in *hoc solo* pri principatum legitime fundari, non eo ipso censendus est negatione *omne* illud ius „humanum", quod secundum vel latissimo conceptu „iuris gentium" continetur, similiter co dere voluisse. Et vero „*ius gentium*" quod veteres (quod vero hodie comprehendi solet nomine „*iuris natura dicti*"), cum sit saltem iuri naturali proximum et c , latius etiam hanc suam viciniam extendit, quo arctiorib bus strictum „*ius naturae*" veterum circumscribitur. ro ut ostensum est n. 366, illud ea omnia socialis vitae comprehendit, quae *ratione communis necessitatis vel uti* is *ipsam naturam rationalem et socialem manifeste postulari guntur,* nec tamen (ut v. g. auctoritas paterna et reliqua stricte naturalia) per naturam *immediate et determinato modo ducta* sunt, sed quae, ut actu et secundum formam determi inducantur, *indigent aliquo humano consilio hominumque coo tione* secundum naturae rationalis impulsum. Erit tamen ista operatio in concreto valde *variabilis* pro variis rerum ad , quae in quovis casu individuo exstant; et in specie quid condendum „ius gentium", ut identidem repetamus hoc moni S. Thomae, non necessario opus est ea hominum cooperati quae *pacto* aliquo constet vel *conventione sociali*[1].

422. Nos igitur, omissa ambigua antithesi inter „ius mediate- et immediate-divinum", hanc de proposita quaestione verissimam esse nec genuinis veterum principiis contrariam sententiam arbitramur:

**Thesis XLV. Causae subiectum potestatis civilis mitus determinantes generatim loquendo causis i m civile historice constituentibus analogae sunt; quapr r, i semper multiplicem humanae libertatis cooperatio directam partim indirectam supponunt, non tamen r e necessario, sed pro analoga tantum historica origine et c reipublicae, consensum socialem quasi electivum ad l**

[1] S. theol. 2, 2, q. 57, a. 3 ad 3: „Quia ea, quae sunt iuris gentium naturalis ratio dictat, puta ex propinquo habentia aequitatem, inde , quo non indigent aliqua speciali institutione, sed ipsa naturalis ratio ea inst it. — Ab eadem *naturali ratione* absque ullo consensu proprie sociali plen u illud etiam ius humanum originem sumpsit, quod recentiores vocant „ius suetudinarium" („Gewohnheitsrecht"), unde apparet huius frequens congrue cum „iure gentium", simulque utriusque cognatio cum „iure naturali".

**:i effect n re( rı ; alias e( organico socialis na-**
**( ı cor] sociale atim formatur, non raro**
**( ı ɾeı c( il ius regiminis omnibus, qui**
**co: ıra ( vel , reverendum inducitur [1].**

Pı ɔnotanda. Thesis praecipue *duabus* partibus constat, *or* : generale principium enuntiat, *altera* idem principium i ıplicatum illustrat, ad quem finem *tria membra* seu tres in illo implicite contentas, complectitur. *Primum mem-* affirmat subiectum civilis potestatis numquam sine multiplici ae libertatis cooperatione constitui. *Alterum* et *tertium* mem- m huius liberae cooperationis gradum ac modum designat pro historica origine cuiusque reipublicae, qua scilicet eius va structura vel *pacticiam* magis vel *organicam* indolem prae se . In neutra quidem hypothesi ad constituendum regimen parti- ı per se requiritur auctoritativa illa populi cooperatio, qua p pi a se designato *ipsam quoque potestatem conferat,* id quod in praecedente ostensum est. Hic igitur de sola cooperatione ımque ad determinandum subiectum auctoritatis quaeritur, *gradus ac modus* variare potest inter haec *duo* quasi extrema: h *dir( ı et simultaneum populi suffragium,* quo eligatur vel a ur princeps: illinc *participationem libertatis individuorum fere terialem tantum et organice occasionalem,* nullo communi c o informatam, vel etiam assensum quodammodo passivum et pretativum, quem dare successive singuli censentur, ubi in- c ; ɔ membra societatis, cuius regimen iam externe signatum exstat, ut fere factum esse constat in principatibus patriarchalibus. Et *prior* quidem modus liberae cooperationis asseritur nonnisi tali reipublicae per se convenire, cuius ipsa origo historica et condicio unionis socialis indolem habeat *pacticiam,* eo quod ab elementis cum aequali libertate praeexsistentibus ope liberae conventionis quasi artificialiter eam construi contigerit. *Alter* vero modus locum habere solet, ubi totum corpus sociale a suis initiis *organice* succrevit. Tum enim eadem via organica et praeter socialem consensum *causaliter* influentem illius quoque caput ita determinari solet, ut *secundum rectam rationem* eius ius ratum haberi *debeat,* nec proin alium insuper socialem consensum re-

[1] Cf. *Taparelli,* Diritto nat. tom. I, § 459 sq. 500 sq. 548 sq. *Liberatore,* Ius nat. P. II, c. 2 (1884). *Civiltà catt.* ser. 5, vol. VIII. *Cathrein,* Moralphilosophie II (1899), 477—489. *Th. Meyer,* Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechtes § 208—227. „Stimmen aus Maria-Laach" 1886, I, 254—263.

quirat, nisi per modum *condicionis* concomitantem
quippe qui iam necessarius et iure naturae prae
bus, qui eiusdem communitatis membra esse ve
Quare in hac hypothesi neque singulorum conse
sensus consequens vere *causaliter* influere putand
*liter* determinando iure publico regiminis aliund
sed eius tantum *materialem* et accidentalem ex
effectu mere privato et personali modificat, act
numerum subditorum augendo vel minuendo.

**423. Probatur pars I.** *Causae subiectum potesta
mitus determinantes generatim loquendo causis ipsum
historice constituentibus analogae sunt.*

Hoc generale principium tametsi satis per se
manifeste in rerum natura fundatum, ad abundanti
insuper *generalibus* rationibus comprobatur:

*Argum. 1.* Secundum axioma: „quo aliquid fit
ficitur", generatim loquendo omnis res in se una iisdem
bus inchoatur, vel similibus, etiam in suo esse completur
materiam corporis socialis praeparare tum reale substra
tatis socialis suppeditare est operatio constitutiva partim
partim completiva eiusdem societatis perfectae, quae e
*et individua.* Ergo utrumque generatim loquendo non a
se disparatis, sed vel iisdem vel analogis prodire cens

*Argum. 2.* Totum et pars eius essentialis paris c
cenda sunt. Atqui sociale caput pars est essentialis
poris socialis. Ergo et corpus et caput sociale commune
historicae originis qualitatem participant. Hinc et vetere
que pari modo iuris gentium esse dixerunt.

*Argum. 3.* Principium propositum manifeste confirm
storica experientia. Quo magis enim prima initia alicui
tatis civilis et multitudinis antea solutae consociatio
sociorum *libertate* processerunt, eo magis generatim eand
tatem in constituendo regimine intervenisse videmus, et vi
nisi alicubi forte violentia vel aliud accidentale impedi
consuetum rerum ordinem interruperit.

**424. Probatur pars II.**

Ad primum. Eaedem causae *semper multiplicem hu
libertatis cooperationem sive directam sive indirectam suppo*

*Argum. 1.* Alia est Dei ut auctoris naturae providentia in dine physico, alia in ordine morali. In ordine physico cuncta necessitatis reguntur; in ordine autem morali (i. e. entium e praeditorum) ipse homo qua ens rationale in partem ali- n cooperationis cum divina providentia vocatur. Quapropter generi humano cuncta ad finem necessaria provisurus, non a tamen per modum necessitatis naturalis immediate instituta constanti forma determinata esse voluit, sed ea dumtaxat, quae *ividuis* hominibus ad vitam physicam et rationalem universim et simpliciter necessaria essent. Reliqua autem omnia, quae proxime non tam singulis individuis sed *generi* ratione socialis vitae naturaliter conveniunt, sapientissimus mundi gubernator noluit absque congruo hominum ministerio et cooperatione actualiter induci. Itaque ad ea secundum concretas exigentias in particulari complenda partim directo et libero hominum consilio sub generali naturae rationalis directione, partim vero eorum secundaria magis cum praeeuntibus causis naturalibus vel providentialibus cooperatione utitur. Atqui ad hanc institutionum classem (eandem, quam veterum „ius gentium" comprehendit) evidenter omnis institutio civilis regiminis concrete determinata pertinet. Ergo vel a priori merito concluditur eam intra limites ordinis naturalis numquam sine multiplici humanae libertatis cooperatione sive directa sive indirecta evenire.

*Argum. 2.* Eadem assertio, quae ceteroquin generatim potius exaggerari quam in dubium vocari solet, pro ea latitudine, qua enuntiatur, facile etiam historice verificari potest; nam in iis quoque adiunctis, quae minimam partem humanae libertatis admittere videntur, uti contingit in successiva et organica origine monarchiae patriarchalis, praedicta humana cooperatio nequaquam excluditur.

425. Ad secundum. . . . *Non tamen semper et necessario, sed pro analoga tantum historica origine et condicione reipublicae, consensum socialem quasi electivum ad formalem iuris effectum requirunt.*

*Argum. 1. Conclusio ex praemisso principio et ex iis, quae de origine societatis civilis iam stabilita sunt* (n. 265—293). Ex supra demonstratis causae subiectum auctoritatis concrete determinantes generatim causis ipsum corpus sociale materialiter constituentibus analogae sunt. Atqui haec analogia importat ad legitime determinandum subiectum civilis auctoritatis socialem consensum quasi electivum eatenus tantum necessarium esse, quatenus ipsa con-

iunctio multitudinis ad unum corpus civile efficiendum *libera et pacticia* fuerit. (Cui similis quoque habenda dicio populi, qui suo pristino et legali organismo poli ɔ ( cumque casu penitus destructo, naturalem libertatem recu] Constat vero hanc neque unicam neque communem esse orig societatum civilium; historice enim longe communior prorsus *organica,* quae a causis plurimis ac divers naturalibus, partim liberis, partim pseudonaturalib vitiata promanantibus), partim speciali modo provident plerumque simul organice concurrentibus resultare solet (n. 275 ad 278). — Ergo non semper et necessario . . .

*Neve dixeris:* quaecumque fuerit origo *historica* i corporis socialis, etiam successiva et organica, semper tai *philosophice et iuridice* aliquod pactum implicitum suppon esse, in quo unio civilis obligatoria fundetur. Ergo principium analogiae subiectum quoque auctoritatis nonnisi seu sociali consensu saltem tacito formaliter et legitime i ni.

Falso quippe supposito haec conclusio nititur. Etenim supra (n. 290 sq.) monstratum est causas corpus sociale liter constituentes etiam ad effectum *iuridicum* civilis obli] inducendum nequaquam semper et per se exigere aliquod pac sive explicitum sive implicitum, in quo formaliter fundentur, sed non raro per se sufficere *ad eas condiciones realiter implendas,* quibus positis relationes iuridicae corpus civile formaliter efficientes *immediate per legem naturalem* vim obtineant (cf. P. I, n. 533).

*Argum. 2. Applicatio principii generalis de iurium particulari determinatione.* Quemadmodum omne ius secundum *formalem* suum vigorem vel mediate vel immediate a divina auctoritate descendit, ita omne ius sive naturale sive positivum secundum elementum suum *materiale,* i. e. secundum concretam et individualem suam determinationem, oritur ex aliquo *facto,* in quo particularis iuris titulus fundetur (cf. P. I, n. 497. 468 sq.). Porro plerisque iuribus proprie *humanis,* iis praesertim, quae ad ordinem i itiae commutativae pertinent, per se convenit, ut nonnisi *facto i* ian *libero* determinentur. Quod autem concretam originem *naturalium* attinet, *certum est,* facta, quibus ea in individuo determinentur, *non necessario et exclusive esse libera,* sed pro iurium indole ac fine posse esse *vel* libera *vel* naturalia seu respectu obligandorum necessaria (P. I, n. 530 sqq.). Unde ita ad quaestionem hic propositam arguere licet:

Auctoritas politica per se spectata procul dubio est ius *naturale,* inde saltem *pro hac sua generali qualitate* utrumque modum inationis realis (in certo subiecto) admittit, sive per facta navel historica praeter liberum hominum consensum evenientia, per factum liberum seu sociale condictum. Quod si igitur nihiloforte *libero* tantum multitudinis consensu legitime determinit, id ex *propria* aliqua ratione huius iuris naturalis conur necesse est et ex ea *probari* debet. Itaque hoc unum denique itur: utrum *auctoritas politica* qua *talis* seu pro *sua specifica raiuris naturalis* illum modum determinationis *necessario* exigat?

Respondemus autem *negative.*

Nam si auctoritas politica ex ulla *propria* ratione id exihoc dicendum esset: aut 1° quia est ius *sociale,* non indivi-, aut 2° quia est sociale *politicum,* non solum domesticum aliunde privatum.

Atqui ex neutra ratione talis exigentia consequitur.

1. *Non ex ratione iuris socialis.* Nam ius parentale et auctoritas domestica, tametsi iura non individualia sed *proprie socialia* sunt, constanti lege divina *naturaliter* determinantur.

2. *Neque ex charactere iuris politici.* Qui enim ex hoc potissimum capite contrariam sententiam evincere conantur, essentialem et aequalem civium libertatem appellare solent, qua ante communem subiectionem civilem cuncti naturaliter fruantur et qua proin (solo excepto casu iustae punitionis) sine suo consensu legitime excidere nequeant. Verum a), quod iam alias ostendimus, ista ratio confundit homines in abstracto consideratos cum hominibus in concreto sumptis, ex quibus *solis* civiles societates coalescunt. Raro autem contingit, ut hi, etiamsi forte totidem familias in abstracto aequales repraesentant, non iam multipliciter organice (partim oeconomice partim etiam iuridice) dependentes et libertate inaequales subiectioni civili praeexsistant, idque magna ex parte per realem naturae (lapsae) necessitatem et eatenus non sine Dei ordinatione. Immo ubi successive et organice coalescit corpus civile v. g. ex aliqua praecellente familia eiusque accolis in eodem terrae fundo, plerique ne praeexsistunt quidem praestabilito regimini nec copiam nec ius habent suo libero consensu faciendi infectum quod sine ipsis factum est et legitime subsistit. Ea tamen civilis libertas etiam in hoc casu unicuique manet, ut, si *nolit* regimini ita determinato et legitime subsistenti

subesse, voluntaria emigratione illi se subducere possit. b) ista ratio per se et simpliciter valeret, deberet extendi ad *iuridicam* subiectionem personalem, etiam intra societa mesticam, quod nemo sanus dixerit (n. 288). c) In hac re solum hominum libertas et independentia mutua inter se, sed eorum communis dependentia a Deo, supremo societatis or tore, non minus certe essentialis, consideranda est. Q neget Deum ad fines sociales suae providentiae consent mines etiam liberos, non exspectando eorum liberum co multiplici obiectivae necessitatis interventu et consequen *obligatione naturali* subordinare posse regimini, quod ipsi non rint? (Cf. P. I, n. 530—533.)

Ergo merito concludimus, quemadmodum alia iura natu ita et auctoritatem politicam *non unice* et *necessario* per f *liberum,* i. e. per liberum consensum eorum, qui politice obl sunt, sed diverso factorum genere concrete determinari particulari aliquo subiecto actuari posse.

**426.** Ad tertium. *Alias eodem organico socialis natu influxu, quo corpus sociale paulatim formatur, non raro citra praeveniens consilium ius regiminis omnibus, qui eiusde poris membra esse velint, reverendum inducitur.*

*Argum. 1* (indirectum). Haec assertio per se obvia conclusione ex *membro secundo* iam demonstrato consequitur, cui solum explicationem magis explicitam superaddit, quare secundum substantiam iisdem argumentis iam firmata censeri potest.

*Argum. 2* (directum). Historice certum est plurimas civitates ita successive sub multiplici influxu socialis naturae et realium adiunctorum organice ortas esse, ut vel ipsi patroni theoriae pacticiae fateri cogantur in his casibus sane probari non posse, aliquam hominum conspirationem sive ad unionem socialem ineundam sive ad designandum subiectum auctoritatis umquam revera intercessisse. Quare, ut nihilominus theoriae satisfiat, ad fictionem philosophicam alicuius liberi consensus taciti vel interpretativi confugiunt. Huc imprimis patriarchales principatus aliique similes pertinent, quos e societate domestica per numerosam prosapiam aucta et agrorum possessione aliisque dotibus potente, adiunctis vel sponte affluentibus extraneis accolis, paulatim succrevisse videmus.

Atqui in his et similibus rerum adiunctis, quemadmodum *historice* administratio domestica citra omne sociale condictum

tim ac sensim sine sensu in politicam, auctoritas domestica civilem ampliatur, ita et *iuridice* regimen civile hoc modo *or-* e determinatum *iudicio rectae rationis* legitimum censendum non titulo illo infirmo alicuius liberi consensus, qui tantum rpretative supponitur, sed *titulo ordinis obiectivi rationalis,* quo di concreta condicione ad consensum *obligatur* quicum- in communitate manere velit (ut in locis supra citatis m )[1].

---

[1] Contra successivum ac spontaneum eiusmodi transitum ordinis domestici n ordinem civilem, auctoritatis domesticae in auctoritatem civilem adversarii veluti rationem dirimentem obiicere solent *essentiale discrimen* inter utrumque ordinem. Quod vel ideo satis supervacaneum esse videtur, quod vix non , qui nostram sententiam tenent, illud pariter admittunt et ex *fine* essen- ter diverso probant. At vero hoc discrimen essentiale non impedit, quo- minus societas domestica et societas civilis tamquam partes naturaliter constitutivae totius structurae societatis humanae arctissima cognatione cohaereant. Illa *primum gradum* et naturaliter maxime necessarium totius aedificii socialis exhibet simulque naturalem destinationem habet, ut *alterum gradum,* qui dilatata communitate civili constat et ex naturae ordine illi superstrui debet, natura duce paulatim praeparet. Atque ita fieri potest, ut sensim sine sensu praeparata materia sociali *vi rationalis ordinis* societas civilis domesticae succedat et pro ordine iuris privati ordo iustitiae legalis vigere incipiat. In tali casu igitur essentialiter diversa nequaquam miscentur, sed altero formaliter desinente alterum succedit. — Paulo ulterius quidem procedit P. *Schiffini,* Disputationes philosophiae moralis II, 412, etiamnunc „probatione valde digna" aestimans quae de concreta origine politicae potestatis luculenter exponit *Liberatore* (Ius nat. P. II, c. 2, n. 57, ed. 1884) ita concludens: „Si primitivum germen quaeratur, ex quo ordine naturae politica potestas originem ducit, illud nonnisi in ipsa auctoritate domestica reperietur. Sicut enim familia, adhuc independens, semen est civitatis futurae, ac famulorum et operariorum comitatu iam civitatem quandam praebet inchoatam et veluti vagientem: sic pater familias, qui ei dominatur, non modo auctoritate paterna in filios gaudet, verum etiam ius possidet ordinandi totam multitudinem, quae familiam illam utcumque componit. Haec auctoritas, quae domestica dici potest, mox in patriarchalem et paulatim in politicam convertitur, prout ipsa domus vel familia succrescentibus nepotibus et famulis et colonis, in tribum, in populum ac tandem in perfectam societatem civilem transformatur. Quare in quavis familia independente pater est, ut ita dicam, rex inchoatus et veluti infans respectu maturae aetatis. Essentia in eo tota est [?], sed nondum evoluta, quia nondum explicatus est organismus, in quem vim suam exerceat.... Atque in favorem huius sententiae torqueri possent ea, quae *S. Thomas* Aristotelem sequens testatur, inquiens: Omnis domus regitur ab aliquo antiquissimo, sicut a patre familias reguntur filii. Et exinde contingit, quod etiam tota vicinia, quae erat instituta a consanguineis, regebatur propter cognationem ab aliquo. Ideo autem hoc regimen a domibus et vicis processit ad civitatem, quia diversi vici sunt sicut

Simili fere modo ius civilis regiminis is quoque organice quirere potest, qui suis industriis ac beneficiis aliquam civi primum fundavit, et cuius potente ac benevolo patroci ad sui conservationem carere nequit. Ita v. g. naturali evenit, ut vir sapientia et virtutibus praestans, postquam mas dispersas familias propulsandi communis periculi in coetum collegit, eum deinceps ut auctor et caput gu omnibus eiusmodi eventibus sane et humana libertas multiplic cum effectibus aliunde iam determinatis concurrit, neque pract consensus deesse solet, verum consensus *non causaliter* effi determinationem subiecti auctoritatis, sed eam potius conse vel concomitans nec sociorum libero arbitrio permissus, *praefinito* praeceptus.

Ergo in ipsa indole organica, quam historice multarum civi tatum origo prae se fert, situm esse merito concludimus, ut raro citra omne praeveniens consilium ius regiminis omnib qu eiusdem corporis membra esse velint, reverendum inducatur[5].

*Argum. 3* (ratio paritatis). Quidquid est de generali stione, utrum et quatenus pactum sociale originarium *revera* ali quando legitime initum vim habeat futuras similiter generatio eo solo titulo formaliter obstringendi (cf. n. 289), id tamen non videt, ab aliquo pacto *imaginario* vel *gratis supposito* rum in posteros derivari non posse obligationem *formaliter ticiam certam,* qua usque stabile et legitimum ius regiminis i agnosci debeat. Itaque ut nihilominus istius iuris stabili ordinem socialem tam necessaria, *iuridice tuta* permaneat, in necessarium est recurrere ad obligationem, quae a pacto m dependeat, *obligationem scilicet naturalem seu a titulo obiectivi o rationalis petitam.* Et hanc quidem necessitatem omnes admit quicumque a principiis politicis aperte subversivis abhorrent.

---

civitas dispersa in diversas partes. Sic ergo patet, quod regimen regis su civitatem vel gentem processit a regimine antiquioris in domo vel vico. I Polit. lect. 1.) Hinc intellegitur, cur iura regia, etiam vitae et necis, antiquissimis familiis, nondum civilem societatem efformantibus, patri fami tribuebantur; quorum reliquiae nonnullae in posterioribus aetatibus apud mu gentes superfuerunt. Intellegitur etiam, cur prima regiminis forma, quae a vetustissimos populos apparuit, non fuerit nisi monarchica." — In qua ex sitione manifeste supponitur quidem essentiale discrimen inter potestatem *ternam* stricte sumptam et potestatem *politicam*, minus clare vero inter p statem domesticam et civilem.

U ita ratiocinamur: Si regimen publicum primitus via inductum ad sui iuris firmitatem apud succedentes gene- *continuandam* nonnisi titulo rationalis necessitatis et hinc *alis obligationis* subditorum tuto niti potest, nulla ratio ap- cur non a pari *prima initia* talis legitimi iuris eodem titulo firmata esse dicantur ac dici debeant, cum omnis ratio iae obligationis, quae arbitrarie supponitur, per se *inefficax* is appareat.

**Corollaria.**

I. Servata igitur necessaria distinctione inter auctoritatem n in se spectatam et eius individuam determinationem in reali subiecto, haec ex dictis doctrinae summa resultat:

1. *Auctoritas civilis in se considerata, i. e. praescindendo a exsistendi modo,* immediate a Deo ut auctore naturae nem habet estque proinde *„ius immediate divinum“* (natu- ). De eo potissimum valet dictum apostoli: non est potestas a Deo [1].

2. *Omnis autem concreta et historica eius determinatio,* qua fit, ut ea in hoc vel illo reali subiecto legitime resideat, neque iuris immediate-divini recte dicitur, neque iuris mediate-divini, si haec vox „mediate“ exclusive eam *solam* mediationem significat, qua potestas primitus toti multitudini unitae naturaliter collata huius consensu in unum vel plures translata existimetur [2].

3. Quod si vero vox „mediate“ *latius* accipiatur, verissime asseritur omnem principatum legitimum iuris esse *mediate-divini,* quatenus scilicet subiectum auctoritatis civilis non divinitus, i. e. nulla lege constanti naturae nec generali nec particulari prae-

---

[1] Hinc *S. Chrysost.* hom. 23 in Rom. c. 13 ait: „Non est potestas nisi a Deo. Quid dicis [Paule]? Omnisne princeps a Deo ordinatus est? — Non hoc dico, inquit. Neque enim de singulis principibus mihi nunc sermo est, sed de re ipsa. Nam quod principatus sint, et quod alii imperent, alii subiecti sint, neque omnia casu aut temere ferantur, populis quasi fluctibus hinc inde circumactis, divinae esse sapientiae dico. Ideo non dixit [apostolus]: non enim est princeps nisi a Deo, sed de re ipsa loquitur dicens: non enim est potestas nisi a Deo.“

[2] „Interest . . . attendere hoc loco, *eos, qui reipublicae praefuturi sint, posse in quibusdam caussis voluntate iudicioque deligi multitudinis. . . .* Quo sane delectu *designatur princeps, non conferuntur iura principatus: neque mandatur imperium, sed statuitur, a quo sit gerendum*“ (Leo XIII in Encycl. „Diuturnum“, d. d. 29 Iunii 1881). — Cf. n. 410.

finitur, sed consequenter ad accidentalia adiuncta historica *m interventu hominum* determinatur; ita tamen, ut hic inter pro varia rerum condicione aliquando (in „quibusdam quidem libero sociali condicto, alias vero indirecta tantum et tingente cooperatione sub praevalente organico influxu se naturae consistat.

4. Id ipsum denique communi veterum sententiae co quae docet principatus „*iure gentium*" esse institutos. Etenim, iam supra (n. 421) notatum est, iudicio ipsius S. Thomae ea tantum „iuris gentium" dicuntur, quae natura duce for aliquo condicto hominum sanciuntur, sed ea etiam, q indigent speciali institutione", quia „naturalis ratio ea i tuit", quatenus „dictat ex propinquo habentia aequitatem". E autem procul dubio habendae sunt institutiones sociales *in naturaliter necessariae,* in individuo autem praeter commu consilium paulatim organice inductae et hinc solo titulo „ rationis dictantis" consequenter validae.

428. II. Hac nostra thesi nihil derogatur, immo et securius fundamentum substruitur causae ecclesiastico-politicae, quam ab exordio huius controversiae scriptores catholici contra placita Iacobi, regis Angliae, tuendam susceperunt, illud potissimum iure merito indigne ferentes, quod regiam potestatem origine divina parem potestati Summi Pontificis facere contenderet. Nam praeterquam quod potestas *pontificia* ordinis supernaturalis, *regia* autem ordinis naturalis est, illa immediate a Christo Domino et positiva institutione B. Petro apostolo eiusque successoribus collata cognoscitur, haec autem, etsi non necessario primitus a populo derivata, vere tamen secundum particularem suam institutionem „iuris gentium" et eatenus (secundum usum loquendi veterum) iuris „humani" esse probatur.

429. III. Ex eadem doctrina facile eruitur, quo philosophico fundamento nitatur et quo sensu accipienda sit sollemnis illa a regibus usurpata tessera legitimitatis, qua „*per Dei gratiam*" se potestatem habere profitentur[1]. Spectato ordine naturali et secluso casu extraordinario, quo quis manifesto positivo Dei interventu ad regimen vocatus cognoscatur, publicam potestatem „per Dei gra-

[1] Cf. *v. Ketteler,* Freiheit, Autorität und Kirche XI. *Th. Meyer,* Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechts § 223 sqq.

possidere aliud *per se* non significat, quam eam possidere ime seu *titulo legitimo,* undecumque et pro quacumque forma hic inductus fuerit. Nam cum omne ius verum et i m aliquatenus, scilicet secundum formalem suum vigorem, im soli Deo auctori attribuendum sit (P. I, n. 497), potiore ratione id de eo iure valet, quo quis tamquam „Dei minister" ) regendo praeficitur. Etiamsi illud vel libera hominum ı e vel factis historicis apparenter fortuitis proxime deter- videmus, quis tamen dixerit id sine Dei, supremi Guber- rerum humanarum, providentia evenire, a qua ne capillus em capitis nostri eximitur, et quae in societate agentia tam quam necessaria ad suos denique sanctissimos fines dirigere , modo ad consolandos modo ad castigandos populos?[1] — Recte tur, quicumque legitime reipublicae gubernacula tenet, „per g iam" ea tenere dicendus est. In qua professione duplex ur salutaris exhortatio: altera pro *imperantibus,* ut me- erint, cuius ministerio fungantur et cui demum rationem e teneantur; pro *subditis* altera, ut norint, cui proprie sub- di tur et cui proprie in hominibus sibi praepositis oboediant. Verum, licet ad omnem legitimam potestatem *per se* haec a pertineat, vulgo tamen usus invaluit, ut ea per excellen- am soli fere monarchiae hereditariae historico iure fundatae ur; quare et *„imperium per Dei gratiam"* quodammodo ) solet *„imperio per voluntatem populi",* i. e. cuius legitima utio populi suffragio nitatur. Quod si eiusmodi usus loquendi r exaggerationem illud tamquam ius *immediate-divinum* huic quam mere *humano* opponere contendit, ex superius dictis s apparet, quid de eo secundum rei veritatem sentiendum. si vero ad solam externam illam *maiestatis praerogativam* r, qua hereditaria monarchia per venerandam antiquitatem stabilitatem et eatenus per specialia divinae providentiae in- g prae omni alio regimine excellere solet, sua veritate non Verum res optima abusui proxima. Quis enim neget hunc n nificum titulum „iuris per Dei gratiam" regnantibus n ) etiam occasionem vel superstitiosum praetextum prae-

[1] „In manu Dei potestas terrae; et utilem rectorem suscitabit in tempus per illam" (Eccli. 10, 4). „Sedes ducum superborum destruxit Deus, et se- te fecit mites pro eis" (ibid. 10, 17). „Et dabo pueros principes eorum; et nati dominabuntur eis" (Is. 3, 4). „Dabo tibi regem in furore meo, et in indignatione mea" (Os. 13, 11).

buisse tyrannici fastus nutriendi, in detrimentum iustae lil et iurium populorum?

Nostra denique aetate principes populi suffragio c utrumque illum iuris titulum per modum unius invocare utramque legitimitatis tesseram usurpare consueverunt, r se profitentes *„per Dei gratiam et per voluntatem populi"*. iunctio, si tamen non extortum neque ludicrum et artificiale, *legitimum* populi suffragium supponatur, eo minus per se vi randa videtur, quod veram et pro tempore opportunam ut tituli conciliationem repraesentat, simulque alterum ab al ligiose nobilitat.

**430. Scholium.** Magnum certamen philosophico-politicum, quod eunte saeculo XVIII ortum etiamnum omnes cultas gentes exercet passim fere in duo veluti castra spiritus divisit, certamen, inquam, *„ius novum"* et *„ius antiquum"* circa eadem potissimum doctrinae damenta versatur, quae in utroque praecedenti articulo discussa et bilita sunt, puta, circa *veram naturam seu originem* et *legitimam* i *tutionem* auctoritatis publicae. Ex iisdem igitur doctrinae capitil quoque repetendum est, quo vera istius certaminis ratio ac utriusque illius iuris „novi" et „antiqui" character illustretur.

Qui vel obiter consideravit historiam philosophiae a saeculo XVII magis magisque a christianis traditionibus et Ecclesiae influxu emancipatae, in *„iure novo"* quod vocant vix quicquam aliud quam naturalem et maturum fructum illius seminis agnoscet, quod mox post natum protestantismum per rationalismum et naturalismum in omnem scientiam et speciatim in iuris philosophiam ingeri coepit. Huius seminis post haec adeo fecundi vera natura et genuinum nomen est: *theoretica emancipatio humanae rationis et voluntatis ab omni auctoritate, quae fontem humanum transcendat* („extollitur supra omne, quod dicitur Deus": 2 Thess. 2, 4). Ad plenam autem maturitatem per quosdam evolutionis gradus succrescebat. Ita „nova scientia" per protestantismum inaugurata utique neque antichristianam neque antireligiosam, sed, ut gloriatur *I. Stahl*, in suo influxu sociali tantum *„antitheocraticam"* indolem prae se ferebat, i. e. „ecclesiasticae hierarchiae" et auctoritati adversam [1]. Verum hanc viam

[1] *Fr. I. Stahl*, Geschichte der Rechtsphilosophie (ed. 3 1856) p. 74: „Das Werk der Reformation in Beziehung auf den socialen Zustand ist el *die Zerstörung des theokratischen Charakters.* Es bleibt jenes christliche Element stehen, der persönliche Wille Gottes, aber nicht mehr in theokratische Weise. Auch die Reformatoren gründen die Obrigkeit und das geistliche Am auf göttliche Einsetzung; aber sie gründen sie auf Gottes Ordnung und Gebot nicht auf eine unmittelbare That Gottes, durch die er diese Verfa geführt, diese Personen bestellt hat. . . . So löst sich die irdische, den

*ctivae libertatis* semel ingressa, notum est, quam cito et quam im-
e eam deinceps dilatare studuerit, ut idem auctor conqueritur [1];
ut proxime quidem humanam societatem etiam *a Christo* eiusque
emancipare („nolumus hunc regnare super nos": Luc. 19, 14),
d omni etiam naturali religione contempta *Deum ipsum negare*
ne loco *hominem supremum legislatorem* et „unicum numen futuri
is" proclamare ausa sit ac porro audeat. Quid vero haec aut
m *„libertas" sine Deo et contra Deum* pro societate civili proprie
et, pronum est concludere. Est enim natura sua interemptio
verae libertatis civilis, ne conscientiae quidem libertate excepta,
itus homine indigna sub aliorum hominum imperantium arbitrio
sub legali mechanismo iuris, quod dictat praevalens potentia aut
; est denique omnis revolutionis, sive politicae sive socialis, ad
vires suppetant, non minus atque omnis despotismi legitimatio.

---

schen übergebene Welt selbständig und fällt nicht zusammen mit dem ewigen Gottesreich; es schwindet der überirdische Nimbus der äussern Autoritäten und ihre unbegrenzte Gewalt über Glauben und Thun; der Mensch erhält eine Sphäre, in der er unmittelbar unter Gott und seinem Gewissen steht."

[1] L. c. p. 76: „Es war ein Bedürfniss, dass die neue, durch die Reformation begründete Weltepoche ihre Lebenswürdigung gleichfalls zu einem wissenschaftlichen System gestalte, gleichwie das Mittelalter dieses für die seinige gethan. Das ist der Anstoss zu der Entwicklung, die mit *Grotius* und *Cartesius* beginnt. Dieselbe repräsentirt aber diese Lebenswürdigung der neuen Weltepoche nur in ihrer negativen Seite: der Zerstörung des theokratischen Charakters, der Befreiung der irdischen Lebensordnung von der kirchlichen Hierarchie, der Befreiung der Wissenschaft von jeder äussern Autorität. Dagegen gibt sie aber auch das Band zu Gott selbst auf, das die Reformation ungeachtet dieser Befreiung von den Mittelgewalten festgehalten. Mit der Zerstörung der falschen [?] Autorität, mit Kräftigung des individuellen Geistes und seiner Aufforderung zu eigener Forschung und eigener Freiheit war zunächst das Princip der Subjectivität entfesselt, die Macht der freien, aus sich schöpfenden, auf sich ruhenden Persönlichkeit, und sie riss sich los von aller Autorität und allem Inhalt über ihr. Die völlige Selbstgenügsamkeit des menschlichen Wissens (der Vernunft), dass es in seinem wahren Zustande sich befinde und alle Wahrheit zu erkennen aus sich allein fähig, die völlige Selbstgenügsamkeit der menschlichen Sitte, dass der Mensch in seinem eigenen Denken allein, gelöst von Gott und der durch Gott gegebenen (in freier Oekonomie gestalteten [?]) sittlichen Weltordnung, den Grund und Inhalt aller Sitte habe und das Vermögen, sie zu erfüllen — das ist der Grundcharakter der rationalistischen Philosophie, ja der allgemeinen wissenschaftlichen Richtung von der Reformation bis zur Revolution." — Et post haec idem auctor, quod inre mireris, nihilominus omnem nexum vere causalem inter „reformationem" et „revolutionem" sollicite infitiari conatur. Sed de hac re cf. praeclarum opus: *W. Hohoff*, Die Revolution seit dem sechzehnten Jahrhundert im Lichte der neuesten Forschung. Freiburg, Herder, 1887.

Et vero „*ius novum*“ eiusdem venenatae originis, etsi non a liter in omnibus suis partibus, haud dubia vestigia prae se fert; quidem facta cum „iure antiquo“ collatione illico apparet.

*Summum principium*, a quo utrumque procedit, utrimque essentialiter diversum est. Namque

*Ius antiquum* totum in hac fundamentali veritate fundatur: *esse potestatem nisi a Deo*, supremo et essentiali mundi tam ph quam moralis rectore atque gubernatore. Quapropter omne er testatis concipit ut vicariam quandam participationem mu di unde porro concludit, *per se et proprie solius Dei esse* tale mu *vicarium* homini tamquam ius deferre, et eo quidem modo, quo sua sapientissima rerum humanarum dispositione placuerit, sive re rendo praeviam hominum cooperationem libere determinantem, sive omnino vel ex parte praeoccupando. — *Ius novum* contra exclusive cipio „*suprematiae populi*“ innititur secundum formulas anno 1789 p sitas. Huic igitur fons essentialis omnis auctoritatis politicae est po seu *natio*, cuius nomine omnis potestas publica exercetur. Q cumque ista actu commissa est, semper tamen per se et populo residet, cuius „*voluntas generalis*“ supremus l ac fons est.

*Ius antiquum*, generalissime loquendo, proprie nonnisi unum *legitimitatis titulum* auctoritatis socialis agnoscit, nempe aliquam qualemcumque *manifestationem divinae voluntatis*, sive directam et immediatam, sive indirectam et mediatam, qualis resultat ex quovis historico facto, quod vel *per se* (ut v. g. successio hereditaria in lege fundamentali praevisa, aut electio legitime facta) vel *per adiuncta* successu temporis extrinsecus accedentia et organice solidata, humanae rationi se exhibet tamquam *elementum hic et nunc realiter necessarium ordinis divinitus voliti* ac proinde hominum libertati *instar praecepti naturalis* sese imponit. — Secundum *ius novum* similiter quidem *unus* legitimitatis titulus admittitur, sed hic in omni hypothesi *sola* est *voluntas populi* sive libera electione sive assensu expresso vel tacito declarata.

Etiam *ius antiquum* hunc legitimitatis titulum minime excludit, immo in certa hypothesi recursum ad voluntatem populi modum esse *unice* legitimum determinandae auctoritatis publicae profitetur, scilicet ubicumque nullum factum historicum praecessit, quod hanc iuris determinationem divina voluntate iam sancitam contineat. Verum etiam tum non voluntas populi *qua talis*, sed ea mediante expressa supremi Guber-

---

[1] *S. Thom.*, S. theol. 1, q. 103, a. 6: „In gubernatione duo sunt considerandа, scilicet ratio gubernationis, quae est ipsa providentia; et exsecutio Quantum igitur ad rationem gubernationis pertinet, Deus immediate omnis gubernat; quantum autem pertinet ad exsecutionem gubernationis, Deus gubernat quaedam mediantibus aliis.“

voluntas *formalis* ratio legitimi iuris habetur; — dum contra in vo populi voluntas *ideo per se* vim condendi iuris habet, quia est *voluntas*.

Propterea *ius antiquum* simul cum sua tessera recte intellecta „per gratiam" omni formae regiminis, in qua praedicta condicio verifi-, applicari potest; — e contrario *ius novum*, nisi sibi ipsi contra-velit, primam condicionem legitimi regiminis in eius charactere *ratico* reponat necesse est [1].

## Articulus 3.

### *De variis formis regiminis civilis* [2].

### § 1. De earum partitione.

431. Forma regiminis civilis, quae et forma civitatis (Staatsform) vulgo dicitur, cum determinatione subiecti supremae potestatis individuo nexu cohaeret, quia simul cum hac pariter implicite determinetur necesse est. Philosophica quippe ratio varias regiminis formas distinguendi duce Aristotele ad hanc usque aetatem a varia (physica vel morali) unitate personae, in qua suprema civilis potestas resideat, depromi consuevit.

Itaque secundum *Aristotelem* [3] *triplex* etiamnum communiter distingui solet forma regiminis: *monarchica, aristocratica* et *democratica*, prout suprema potestas in *uno homine* (imperatore, rege,

---

[1] Totam hanc internam oppositionem, qua „ius novum" et „ius antiquum" inter se pugnant, identidem apostolica gravitate et sapientia illustravit Leo XIII in compluribus praeclaris Encyclicis, quae *de societate civili* agunt, imprimis in Encycl. „Diuturnum" d. d. 29 Iunii 1881, et „Immortale Dei" d. d. 1 Nov. 1885.

[2] De eodem argumento: *Herod.*, Thalia l. 3, c. 80—85. *Aristot.*, Polit. l. 3—7; Eth. Nic. l. 8, c. 13. *Cicero*, De Republ. I, 26 sqq. *Bellarminus*, Controvers t. I. De Romano Pontif. l. 1, c. 1—4. *Suarez*, De leg. l. 3, c. 4. *Lipsius*, Polit. l. 1, c. 2. *Pufendorf*, De iure nat. et gent. l. 7, c. 5. *C. L. v. Haller*, Restauration der Staatswissenschaft vol. I, c. 21; vol. VI, c. 29. *Walter*, Naturrecht und Politik § 258 sq. *Rob. v. Mohl*, Encyklopädie der Staatswissenschaften (2. Aufl. 1872) p. 103 sqq. 301—381. *Bluntschli*, Allgemeines Staatsrecht vol. I, l. 4; Staatswörterbuch vol. X, p. 624. *Staatslexikon der Görres-Gesellschaft*, art. „Regierungsformen".

[3] Polit. l. 3, c. 7, ed. *B.* 1279 a, 22 sqq. — Notandum vero, id quod vulgo hodie regimen *democraticum* appellatur, apud Aristotelem *politiae* nomine designari; democratiam vero ipse vocat illam depravatam politiae formam, quam nos *ochlocratiam* vulgo nuncupamus; ideo fortasse, quod hanc ipsam nomine democratiae tunc temporis Athenis vigere cernebat.

duce, principe) residet, aut *collegio* optimatum seu procerum prio iure competit, aut est ac iugiter manet penes *totum pop* qua organice unitum.

Hisce tribus formis, quas Aristoteles „rectas et iustitiae sentaneas" praedicat (cf. n. 383, nota), totidem opponuntur non r seu illarum depravationes (παρεκβάσεις), quarum commune vi in eo situm est, quod non bonum commune civium sed solam tatem imperantium respiciunt. Tales sunt: *tyrannis* seu *desp* i. e. imperium unius, quo proprio potissimum commodo imper ac dominandi superbiae satisfiat; *oligarchia* seu dominatio pote ac divitum, qui pauperis plebis servitio ad se ditandos atqu ornandos abutuntur; *ochlocratia,* i. e. arbitrarium imperium tudinis rudis et egenae cum detrimento procerum et locu

432. Sunt qui trinae formae Aristotelicae *quartam* addi vo nempe *theocratiam,* qua invisibilis Deus immediate supr potestatem gerere, delectis autem hominibus tantum ut ganis uti censetur; ab eaque degenerem formam, aiunt, vocari posse *idolocratiam*[2]. At vero aut vera illa et h theocratia, quam de populo Israel sacrae literae testantur, alia quaelibet praetensa theocratia intellegitur, quam apud ge populos nonnumquam sacerdotes idolorum finxisse co primum, non est, quod supernaturalem et liberam Dei nem cum mere naturalibus commisceamus et pure phil normis rerum humanarum subiiciamus; si alterum, non nova qua forma regiminis habetur, sed vel despotia vel oligarchia f et hypocrisi primum coepta, dein superstitiose continuata et Quae omnia ad historiam magis quam ad philosophicam de tate theoriam pertinent.

433. Porro vulgarem divisionem post *C. L. v. Haller*[3] *Taparelli,* logica ratione ductus, crisi subiecit. Animad

---

[1] Tyrannis hodie quidem latius pro omni arbitrario ac violento testatis in quacumque forma civitatis accipi solet atque ita a *despotia* guitur, quae est corruptio formae monarchicae. Quare mirum videri de *Montesquieu*, qui ceteroquin fere distributionem Aristotelis sequitur, monarchiam etiam despotiam inter speciales formas regiminis numera l'esprit des lois l. 2, c. 1).

[2] *Bluntschli*, Allg. Staatsrecht I (1857), 239. Cui merito cont *Trendelenburg,* Naturrecht § 200, nota.

[3] Restauration der Staatswissenschaft t. I, c. 20, p. 494 sq.

[4] Diritto nat. t. I, § 496 sq.

irum videri ex tribus recensitis *alteram* et *tertiam* formam lo essentiali seu specifico sed tantum quantitativo discrimine se differre, eo quod etiam in democratia numquam omnes, ne maior quidem pars hominum, qui civitatem constituunt, um participent, cum et feminae et minorennes et quot- sui iuris non sunt generatim excludantur. Quare philosophice ius et verius duplicem tantum formam distingui, *monarchiam* *chiam* (rempublicam), quae quidem inter indolem aristo- am et democraticam varios quasi gradus ac modos admittat.

Verum merito huic ratiocinio opponitur differentiam inter ratiam et democratiam nequaquam sola quantitate aut ero, sed plane diverso ideali principio constare. Etenim non pluribus hic comparantur, sed *particularis coetus* quarun- iliarum exclusivo iure imperii praeditus cum *totalitate* ad moralem *unitatem* vitaliter individuam organice collecti, e maior sive minor civium numerus fuit. Namque *populus politice spectatus* non est merus numerus individuorum hominum, sed coetus familiarum, generum ac tribuum organice sociatus, nec proinde *immediate* cunctis individuis omnis aetatis et sexus constat, quae in eo inveniuntur, sed formaliter constituitur *civibus*, i. e. iis tantum personis e populo, qui aliquam familiam vel domum sive actu sive virtute et iure repraesentant. Reliquae igitur personae, ut feminae, minorennes et sub tutela domestica vel quasi domestica constituti, *mediate* tantum rempublicam ut politicam unitatem participant. Unde nulla sufficiens ratio apparet aristocratiam et democratiam in unicam speciem (polyarchiam) contrahendi; immo, si idealis indoles singulis formis propria spectatur, forma aristocratica propius ad monarchicam quam ad democraticam accedere videtur. Neque contrarium evincere valet vulgaris usus, quo regimen aristocraticum et democraticum communi nomine *reipublicae* monarchiae opponi solet, eo quod suprema potestas in utraque non in persona physica sed morali resideat.

434. Quae cum ita sint, traditam retinendam esse divisionem censemus, quae, etsi apparenter angusta, satis tamen ampla videtur, ut quidquid praeterea varietatis in singulis civitatibus sive pro diverso gradu evolutionis sive pro indole populorum aut genio temporum notetur, aliquo modo tamen ad hanc vel illam ex tribus illis classibus haud incommode referri possit. Unaquaeque enim intra limites eiusdem speciei varios modos admittit. Namque

I. *Monarchia* distinguitur *absoluta* et non absoluta seu *lim*

435. 1. *Absoluta* dicitur, si imperium unius nullis *positivi* institutionibus in favorem libertatis et iurium subditorum limit sed publica fiducia nititur, qua monarcha, sui officii conscius violabilem normam boni communis, iuris naturalis ac pro sincerae conscientiae perpetuo secuturus fore censetur. I in monarchia etiam absoluta non solum officia sed et *iura* ditorum, etsi nullo positivi iuris praesidio munita, publice t *agnita* sancteque servanda et tuenda supponuntur. Ceterum eti haec agnitio explicite et sollemni actu declarata fuerit, v. g. iurando, quo princeps supremam potestatem suscepturus i eius usum coram Deo spondet, non ideo monarchia absoluta cessat, cum eiusmodi actus nullum ius positivum novum ind sed potius moralem obligationem regis, quae iam naturaliter sistit, religionis interventu confirmet. Quod si contra ex imperantis eiusmodi *naturalis iustitiae condicio* vel explicite implicite et practice contemnitur, si ipse *sibi* nonnisi iura, o nulla, *subditis* autem nonnisi officia absque iuribus tribuat, monarchicum in *despoticum* pervertitur.

436. 2. *Limitata* dicitur monarchia, in qua contra abusum p bilem imperii aliqua positivi iuris praesidia publice sancita ex quibus legitimus ac *validus* imperii usus certis condicionibu *iective* servandis adstringitur. Quae cautio generatim in a populi vel praecipuorum eius ordinum cooperatione, publico circumscripta, in regenda et administranda re publica c Modus autem talis moderaminis pro vario gradu et ambitu legalis cooperationis in particulari multiplex esse potest, un monarchia limitata in individuo innumeras prope formas adn

Influxus quippe subditorum, quem princeps admittere ten variare multipliciter potest inter ius mere *consultativum* e *positive cooperandi* ad legislationem. *Per hoc* influxus in re exercetur *materialiter* efficax, *per illud* influxus saltem *m* qui tamen accedente praesertim publicae persuasionis po frequenter non minorem efficaciam habet; maxime ubi cun consultativo, *ius quoque deferendi querelas* (Beschwerder *asserendi atque reservandi iura populi contra proposita* i *onera* coniunctum est.

Uterque modus iterum varius est pro varia ratione, subditorum per interpretes ad hoc deputatos legitime r

Qua in re *duplex* potissimum *methodus repraesentandi sub-populum* notanda venit, *altera* secundum distinctos *civium* s, quibus totus populus organice et quodammodo hierarchice o , *altera* secundum *individuos cives* numero compu- qui nquam totidem elementa iure aequalia totius uni- politi h singuli *pro sua parte* exhibere censentur[1]. In p e i itutione illis ordinibus ius cooperandi aut ita tur, ut de legibus ferendis vel de gravioribus consiliis nistrationis cuncti ordines per sua organa collective senten- it, aut pro diversitate materiae eorum tantum ordinum iu exquiratur, quorum proxime interest. — De *altera* in- ti , quae a saeculo potissimum invaluit, postquam per ideas 1789 turalis et historicus organismus societatis destructus me a atomisticam conglomerationem populi tamquam *nu-* i redactus est, inferius plura dicenda recurrunt[2].

C m ubicumque limitatio monarchiae eousque procedit, ut p n *ria pars* regiminis *vi iuris recepti* non iam penes summum principem, sed vel penes populum vel procerum conventum esse merito censeri possit, forma civitatis *vere monarchica esse desinit* et obiective potius dicenda est *respublica* sive democratica sive aristocratica conservato praesidio hereditario.

137. II. *Aristocratia*, quatenus specialem formam regiminis constituit, hac essentiali nota distinguitur, quod suprema potestas

---

[1] *Rob. v. Mohl*, Encyklopädie der Staatswissenschaften (ed. 2 1872) p. 359, indolem huius methodi relate ad finem civilis regiminis ita describit: „Es erscheinen hier nicht Stimmführer der wichtigern gesellschaftlichen Kreise, sondern Vertreter der Gesamtheit. Diese mögen allerdings auch die Rechte und die Interessen Einzelner oder gesellschaftlicher Kreise wahren, weil diese Bestandtheile des Ganzen sind; allein ihre Aufgabe besteht doch zunächst in der Vertretung der Gesamtheit. Es ist also hier nicht der gesellschaftliche Inhalt und die natürliche Gliederung des Volkes berücksichtigt, sondern die im Staate sich darstellende Einheit derselben, und es soll allgemeine Rechtssicherheit und Wohlfahrt zunächst nicht durch Fürsorge im einzelnen bewerkstelligt, sondern umgekehrt der Zustand der Einzelnen durch die Wahrung der Gesamtansprüche in zufriedenstellender Weise geordnet werden. Regierung als solche und Unterthanen ebenfalls als solche stehen einander gegenüber, sich gegenseitig beschränkend und scharfe Wache haltend."

[2] *Bluntschli*, Allg. Staatsrecht I, 315 sqq., has monarchiae formas historice praecipuas enumerat: a) hellenisches und altgermanisches Königthum; b) altrömisches Königthum; c) römisches Kaiserthum; d) fränkisches Königthum; e) die Lehensmonarchie; f) die absolute Monarchie; g) die constitutionelle Monarchie.

determinato alicui *collegio procerum proprio iure* (non ex missione altioris civilis auctoritatis) competit. Itaque non libet institutio publica, quae aristocratica vel „aristocratia" dicitur, propriam speciem regiminis exhibet; plerumque enim denotat aristocraticum elementum, quod aliis formis diversis admisceri solet ad moderandum imperium sive monarchicum populare.

*Ideale principium* formae aristocraticae hac fere sen comprehendi potest: secundum rectam rationem expedire, ut miscua multitudo iis elementis societatis stabili iure su quae pro suo statu sociali generatim aestimantur tum et virtute politica tum independentia oeconomica et pe influxu ceteris esse praestantiora et hinc regimini se idonea. — Verum cum de stabili institutione a , est, ut eiusmodi status praelationis secundum certum iqu *damentum externum* ac publice agnitum iuridice r. tale quidem plerumque est vel splendidi ac bene meriti *genus* vel *ampla hereditaria possessio* vel *utrumque* simul.

Subdivisione proprie dicta haec forma regiminis caret, quam *indole* varia est: 1. *Pro varia historica origine.* Ortum e habere potest *aut* ex independentium dominiorum vel princip patrimonialium sociali unione, *aut* ex clientela egentis mult dinis sub patronis potentia ac divitiis pollentibus, cui quoque realis dependentia ruricolarum a praesidio ur m m tarum earumque rectoribus, *aut* ex bellica occupatione alic regionis et subiectione incolarum sub imperio manus victi quod deinceps sub forma politici regiminis continuatur. 2. *varia lege successionis in ordine aristocratico,* qua scilicet ad eundem conscendendum gradum *aut* omni elemento novo e inferiore statu oriundo rigide praecluditur, *aut* certis condicion maxime ob praeclara in rempublicam merita, liberaliter aper

Exempla historica regiminis aristocratici apud antiquos p cipua exstant in republica *Spartiatum* et *Romanorum;* ut pro indolis et institutionum diversitate multiplicia experie politicae tam felicis quam infelicis documenta suppeditat. Re tiora formae aristocraticae specimina exhibet historia reipub *Venetae* et *Bernensis.*

438. III. *Democratia* duplex distinguitur, *immediata* seu et *repraesentativa. Immediata* dicitur, si populus (i. e. univer

um pleno iure civili fruentium) in sollemnia comitia con-
.tus principaliores actus publicae potestatis per semet ipsum
( nec nisi quotidiana et minoris momenti negotia publica
to civium collegio suo nomine et mandato peragenda com-
it; *repraesentativa,* si populus per se suprematia praeditus
s tamen universas functiones non immediate sed per aliquam
repraesentationem lege ordinatam exsequitur.

). Democratia *immediata,* ut ex eius natura liquet, neque
7 e neque moraliter exsistere, multo minus diutius conservari
, nisi in republica minimae localis extensionis et exigui
ri civium; qui insuper, ne perpetuis intestinis turbis publicus
lo periclitetur, generatim simplicitate morum et civilibus vir-
ibus excellere nec rei familiaris inopia constricti esse debent.
classica antiquitate sola respublica Atheniensium regimen civile
rfecte democraticum, idque immediatum, habuit, singulis fere
bdomadis civibus universis in forum congregatis. Verumtamen,
historia testatur, cum vix per unum saeculum[1] floruisset, demo-
ıtia contra mentem *Solonis* fundatoris in ignobilem et tyrannicam
hlocratiam degeneravit. Recentiore aevo similiter unum tantum,
longe modestius specimen democratiae purae et immediatae
t, nimirum civile regimen, quod ab exordio parvulas montanas
ublicas Helvetiorum distinxit, quodque felicius per plura saecula,
rtim usque ad nostra fere tempora, raro interne turbatum,
luti solitarium viguit. Mirifice namque favebant tum gentis
nservativa et christiana simplicitas et tota regionis proprietas,
m sapienter provisum moderamen, quo semel tantum singulis
nis ordinaria populi comitia celebrarentur.

Democratia *repraesentativa,* utpote practice facilior nec
angustis limitibus obnoxia, hac aetate iam fere unicam et
:lusive receptam formam omnis regiminis democratici exhibet;
ıre et democratia *„moderna“* appellari et a democratia im-
a ceu *„antiqua“* distingui solet. Uti omnis institutio arti-
is, ita et haec in particulari plurimas formales modificationes
nittit. Sic pro variis historicis traditionibus et adiunctis, pro
iori vel minori sociali aequalitate civium, pro varia politica
practica opportunitate aut pro indole cuiusque populi regimen

[1] Coepit haec lucida periodus fere cum Kleisthene anno 510 a. Chr., desiit
em iam mortuo Pericle anno 428 a. Chr.

populare repraesentativum multiplicem in individuo : m
duere potest, idque imprimis quoad modum repraesentatio
singulae civilis potestatis functiones in sua quaeque o: na
datim distributae nomine populi ordinate exerceantur. Ac
varius legitimae electionis modus partim directae et
partim indirectae et mediatae, secundum varios func n g
vel legislativae, vel exsecutivae, vel iudiciariae pot a
denique inter hos ipsos gradus iuridicae relationis ordo. V
tamen etiam cum regimine democratico per se repr
pugnare censendum non est, si pro certis in lege prae
dicionibus aut in causis extraordinariis ius ultimae decisio
sanctionis immediato populi suffragio reservetur. Immo id
potissimum opportunum aut etiam necessarium est, ubi de
subeundis communibus oneribus, de bello et pace, vel
agitur, nisi ratio salutis publicae omnem moram excludat.

441. Quibus expositis porro quaeritur:

*Utrum recte praeterea aliqua „forma mixta" veluti nova ex illis simplicibus („puris") composita recenseatur?*

Et vero non nova haec inventio est, sed opinio
veteres explicite proposita. Ita inter alios *Cicero* enumera
tribus reipublicae formis subdit: „Quartum quoddam ge
publicae maxime probandum esse censeo, quod est ex l
prima dixi, moderatum et permixtum tribus." [1]

Nihilominus considerato *formali* discrimine, in quo tripartita illa divisio fundatur, merito negatur, formas, quae „mixtae"[2] vulgo nuncupantur, vere novam („quartam") speciem constituere. Dicendae sunt potius particulares quaedam *modificationes* ad temperandam vel monarchiam vel aristocratiam vel democratiam, quae tamen secundum notam *essentialem* semper ad unam ex istis pertineant necesse est. Singula enim haec regimina assumptis nonnullis elementis seu institutionibus alterius speciei varie modificari ac temperari possunt, quin propterea *essentialem* suae speciei characterem amittant.

[1] De Rep. l. 1, c. 29. — Cui adde l. 1, c. 45: „Placet enim esse quidam in republica praestans et regale, esse aliud auctoritati principum partitum ac tributum, esse quasdam res servatas iudicio voluntatique multitudinis."

[2] Computando omnes possibiles modos, quibus mixtio trium formarum in abstracto fieri possit, *sedecim* vulgo „formae mixtae" numerantur, quas inter alios iam saec. XVIII refert *Martini*, Positiones de iure civitatis § 409. (De quo cf. Hist.-pol. Bl. 1852, I, 731 sqq.)

E ire autem nequit, ut regimen aliquod ex tribus vel etiam *aequaliter* mixtum realiter subsistere vel perdurare possit. enim institutio et theoretice et practice idem fere esset ac civitatis triplex vel duplex *suprema* potestas iure aequali et lente praedita. Qualiscumque igitur institutionum mixtio t, semper necesse erit potestatem simpliciter *supremam* atque atim decisivam, ne unitas regiminis deficiat, esse *aut* penes m *aut* penes plurium collegium *aut* penes totum populum.

Quod si forte dicatur posse tamen supremam potestatem in se ı triplici illi subiecto ita attribui, ut in nullo eorum separatim erato sed tantum in *omnium consensu* tota et efficax ha- ır, id theoretice quidem fieri posse non infitiamur, verum rea- haec regiminis forma reduceretur ad *democraticam*, partim : ice partim monarchice temperatam, siquidem revera in ; , in qua et rex et proceres ut partialia tantum mem- t continentur, suprema potestas resideret. Quam parum autem regimen practice tutum censeri possit, et quam cito, conflictu languidum et politice impos, praevalenti poten- ı umbere cogatur, infelix experimentum ostendit, quod ı itorio conatu anno 1789 regnum Galliae exhibuit. Huc tur, quod sapienter iam *Tacitus* animadvertit: „Cunctas na- ı et urbes *populus* aut *primores* aut *singuli* regunt: delecta et consociata reipublicae forma laudari facilius quam eve- , vel si evenit, haud diuturna esse potest.“ [1]

**442. Scholium.** Inter iuris philosophos recentioris aetatis non pauci magno studio alia atque alia indagare fundamenta conati sunt, quibus nova aliqua civitatum classificatio tam philosophice quam historice completa erigi ac veteri illi substitui possit. Non vacat neque multum scientiae interest singulos eiusmodi conatus parum felices enumerare. Plerumque enim non tam ab intrinsecis et essentialibus notis quam ab idealibus quibusdam respectibus plus minusve diversis, aut etiam a politica ratione magis quam a iuris et institutionum obiectiva aestimatione procedunt. Ita inter alios *Schleiermacher* [2] non tam novae divisionis quam novum antiquae divisionis fundamentum reperit in *vario gradu evolutionis sensus politici* (Entwicklungsstufe des staatlichen Bewusstseins), cui variae regiminis formae respondeant, incipiendo a parvis democraticis communitatibus usque ad perfectam magnorum populorum monar-

---

[1] Annal. l. 4, c. 33.

[2] Ueber die Begriffe der verschiedenen Staatsformen (Abhandlung der Berliner Akademie der Wissenschaften. 1814).

populare repraesentativum multiplicem in individuo form
duere potest, idque imprimis quoad modum repraesentat
singulae civilis potestatis functiones in sua quaeque o
datim distributae nomine populi ordinate exerceantur.
varius legitimae electionis modus partim directae im
partim indirectae et mediatae, secundum varios functio g
vel legislativae, vel exsecutivae, vel iudiciariae p
denique inter hos ipsos gradus iuridicae relationis ordo. Ve
tamen etiam cum regimine democratico per se repra
pugnare censendum non est, si pro certis in lege praev
dicionibus aut in causis extraordinariis ius ultimae de vel
sanctionis immediato populi suffragio reservetur. Immo id
potissimum opportunum aut etiam necessarium est, ubi de
subeundis communibus oneribus, de bello et pace, vel e
agitur, nisi ratio salutis publicae omnem moram exclu

**441.** Quibus expositis porro quaeritur:

*Utrum recte praeterea aliqua „forma mixta" veluti nova ex illis simplicibus („puris") composita recenseatur?*

Et vero non nova haec inventio est, sed opinio veteres explicite proposita. Ita inter alios *Cicero* ei a tribus reipublicae formis subdit: „Quartum quoddam gen publicae maxime probandum esse censeo, quod est ex prima dixi, moderatum et permixtum tribus."[1]

Nihilominus considerato *formali* discrimine, in quo tripartita illa divisio fundatur, merito negatur, formas, quae „mixtae"[2] vulgo nuncupantur, vere novam („quartam") speciem constituere. Dicendae sunt potius particulares quaedam *modificationes* ad temperandam vel monarchiam vel aristocratiam vel democratiam, quae tamen secundum notam *essentialem* semper ad unam ex istis pertineant necesse est. Singula enim haec regimina assumptis nonnullis elementis seu institutionibus alterius speciei varie modificari ac temperari possunt, quin propterea *essentialem* suae speciei characterem amittant.

[1] De Rep. l. 1, c. 29. — Cui adde l. 1, c. 45: „Placet enim esse quidam in republica praestans et regale, esse aliud auctoritati principum partitum ac tributum, esse quasdam res servatas iudicio voluntatique multitudinis."

[2] Computando omnes possibiles modos, quibus mixtio trium formarum in abstracto fieri possit, *sedecim* vulgo „formae mixtae" numerantur, quas inter alios iam saec. XVIII refert *Martini*, Positiones de iure civitatis § 409. (De quo cf. Hist.-pol. Bl. 1852, I, 731 sqq.)

Evenire autem nequit, ut regimen aliquod ex tribus vel etiam *aequaliter* mixtum realiter subsistere vel perdurare possit. im institutio et theoretice et practice idem fere esset ac civitatis triplex vel duplex *suprema* potestas iure aequali et endente praedita. Qualiscumque igitur institutionum mixtio it, semper necesse erit potestatem simpliciter *supremam* atque im decisivam, ne unitas regiminis deficiat, esse *aut* penes *aut* penes plurium collegium *aut* penes totum populum. Quod si forte dicatur posse tamen supremam potestatem in se triplici illi subiecto ita attribui, ut in nullo eorum separatim erato sed tantum in *omnium consensu* tota et efficax ha- ur, id theoretice quidem fieri posse non infitiamur, verum rea- haec regiminis forma reduceretur ad *democraticam*, partim c ice partim monarchice temperatam, siquidem revera in e, in qua et rex et proceres ut partialia tantum mem- continentur, suprema potestas resideret. Quam parum autem regimen practice tutum censeri possit, et quam cito, conf u languidum et politice impos, praevalenti poten- cogatur, infelix experimentum ostendit, quod torio conatu anno 1789 regnum Galliae exhibuit. Huc tur, quod sapienter iam *Tacitus* animadvertit: „Cunctas na- et urbes *populus* aut *primores* aut *singuli* regunt: delecta ex et consociata reipublicae forma laudari facilius quam eve- nire, vel si evenit, haud diuturna esse potest.“ [1]

**442. Scholium.** Inter iuris philosophos recentioris aetatis non pauci magno studio alia atque alia indagare fundamenta conati sunt, quibus nova aliqua civitatum classificatio tam philosophice quam historice completa erigi ac veteri illi substitui possit. Non vacat neque multum scientiae interest singulos eiusmodi conatus parum felices enumerare. Plerumque enim non tam ab intrinsecis et essentialibus notis quam ab idealibus quibusdam respectibus plus minusve diversis, aut etiam a politica ratione magis quam a iuris et institutionum obiectiva aestimatione procedunt. Ita inter alios *Schleiermacher* [2] non tam novae divisionis quam novum antiquae divisionis fundamentum reperit in *vario gradu evolutionis sensus politici* (Entwicklungsstufe des staatlichen Bewusstseins), cui variae regiminis formae respondeant, incipiendo a parvis democraticis communitatibus usque ad perfectam magnorum populorum monar-

---

[1] Annal. l. 4, c. 33.

[2] Ueber die Begriffe der verschiedenen Staatsformen (Abhandlung der Berliner Akademie der Wissenschaften. 1814).

chiam. — *Rohmer*[1] varias civitatum classes distinguit secundum t aetatis populorum, pueritiae, adolescentiae, virilis aetatis et senec

*Rob. v. Mohl*[2] denique *historicas* potissimum differentias c rando, non solum varias species sed et varia genera civitatum dist sub quibus illae contineantur. Hanc igitur divisionem ipse ta universaliorem et magis completam proponit, qua *sex summa genera* tatum historice nota enumerantur:

1. Civitates (principatus) patriarchales.

2. Theocratiae a) purae, b) mixtae.

3. Civitates patrimoniales seu principatus potentium patron super familias et tribus, eorum ditioni protectionis et secu ex tiae causa subditas. Cui generi annumeratur tamquam pecu is *principatus feudalis* ad finem *militarem* („der militärische Lel cuius praecipua condicio est mutuum armatum auxilium.

4. Status classicus seu antiquus („der klassische oder antike St scilicet apud Graecos et Romanos usitatus; cuius varias species e monarchia, aristocratia et democratia pura seu immediata.

5. Status modernus, ab evoluto iuris ordine, quo gloriatur, phatice dictus „Status iuris" („der Rechtsstaat der Neuzeit"), qui riter secundum easdem tres species cum variis earum modificatior subdividitur.

6. Despotiae seu civitates, in quibus unica et absoluta lex arbitrium imperantis.

Quae partitio, etsi ratione historici conspectus aliqua utilitate caret, philosophice tamen condicionibus iustae divisionis haud sat Huius enim, ut ipse auctor agnoscit, primarium requisitum est, ut summa genera, quae recensentur, *essentiali* aliquo charactere distingua In proposita divisione vero neque satis constans unus idemque mentalis terminus comparationis apparet neque in iis generibus, q talis aliquatenus applicatur, differentia vere essentialis fundari vic Finis quippe *naturalis* et hinc obiective *essentialis* omnis societatis c *unus* est, licet varii coetus civiles pro vario gradu evolutionis, pro r adiunctis et necessitatibus proxime urgentibus, historice non eodem totius ambitus illius finis sibi conscii fiant, et hinc nonnisi eius ali partem sibi propositam habere videantur. Quod si igitur a parti eiusmodi finali directione, quae historice in variis civitatibus varia potest, fundamentum divisionis depromitur, haec non philosophict essentiale, sed potius historicum et accidentale discrimen exhil cesse est. — Praeterea non apparet, quo merito status public r tioris aetatis tamquam distinctum genus et glorioso nomine („R

[1] Die vier Parteien p. 219 sqq.

[2] Encyklopädie der Staatswissenschaften (1872) p. 103 sq.

") quasi per excellentiam nuncupatus prae ceteris omnibus efferatur, vulgaria nomina *„Rechtsstaat"*, *„Polizeistaat"*, *„Culturstaat"* (ab siva iurium tutela — ab exaggerato regimine organorum publicae ta — a fine politico ad universam humanitatis culturam extenso solita) *ratione finis* triplicem moderni Status ideam significent.

## § 2. Aestimatio philosophica triplicis formae regiminis.

De primariis quae recensentur speciebus seu formis re- civilis, *monarchica, aristocratica* et *democratica,* haec duo num quaeruntur: 1. *Utrum omnes per se naturaliter iustae licitae habendae sint?* — 2. *Utrum, si inter se comparentur, ua ceteris praestare videatur?* — Ad utrumque recta ratio phica, historia consentiente, certum responsum habet.

### A. Utrum omnes iustae?

**444. Thesis XLVI. Regimen tum monarchicum tum aristocraticum tum democraticum per se iustum dicendum est.**

Praenotanda. Adversarii huius assertionis imprimis sunt philosophi ac politici e schola Rousseavii, qui supremam potestatem essentialiter in populo esse et iugiter manere contendunt, ita ut in iis civitatibus, quae monarchiae dicuntur, imperantes nonnisi *mandatarii* et *ministri* populi sint, a quo iudicari, puniri, deponi legitime possint. Id enim aliud non est quam *solam democraticam* formam ut iustam assumere, reliquas autem, et nominatim monarchicam, omnino reprobare; quare isti scriptores etiam „monarchomachi" dicti sunt.

**Probatur.** *Per se* iusta et naturaliter licita omnis forma regiminis dicenda est, quatenus 1° nulla naturae lege, nullo iure contrario prohibetur, et 2° ad essentialem finem politicum, ad quem iure naturae ordinatur, *ex natura sua* aptitudine non caret. Atqui in singulis recensitis formis utraque haec condicio haud dubio verificatur. Ergo . . .

Prob. mai. De politicis institutionibus nulla exstat *positiva* Dei ordinatio, quare earum norma iustitiae a *solo iure naturae* petenda est. Sed et ius naturae nonnisi *generatim* regimen politicum ad naturalem finem societatis civilis accommodatum postulat, omnem vero *particularem* illius formam iuri gentium permittit. Ad huius igitur iustitiam pertinet a) *negative,* ut nullo certo iuri

naturae contradicat, b) *positive,* ut generali illi fini naturae c sentiat.

Prob. min. ad 1. a) Cum ius naturae nihil in par de forma regiminis determinet neque ullum subiectum rati sive persona physica sit sive moralis, per se a potestate exc ratione ipsius *materiae* fieri omnino nequit, ut hic aliq lisio cum certo iure naturae oboriatur, quamdiu verum civile regimen ab omni tyrannide alienum supponitur. b) Argu quae a maiore vel minore incommodo unius vel alterius p aliis formis aliquando afferri solent, quaestionem de iu non tangunt, et praeterea ad singulas formas suc e ap magna ex parte sese mutuo elidunt, cum nulla sit, quae r quibusdam rebus ceteris anteponenda, in aliis autem p videatur. c) Ius denique suprematiae populi exclusivum et inalienabile, quod praetendunt, hic merito spernendum, utpote iam satis refutatum.

Prob. min. ad 2. a) Essentialis condicio regiminis ad naturalem finem politicum per se accommodati est *unitas* tu ratione supremae potestatis tum ratione subiecti, cui il c iure inhaereat. Atqui haec unitas in nulla ex b illis fo regiminis desideratur, ut ex praemissa earum no ne manif colligitur. b) Historica experientia abunde dem nullam esse, quae ex natura sua fini politico repugnet, nullam, quae non complures civitates ad socialem et po prosperitatem promoverit.

445. **Corollarium.** Quod in thesi universim de forma monarchica, aristocratica et democratica asseritur, de iisdem similiter valet, si hanc suam specificam indolem non plane puram sed, ut plerumque evenit, „mixtione" temperatam exhibent. Secus autem omnino dicendum, si mixtio talis sit, quae *unitatem* supremae auctoritatis virtualiter tollat aut ex stabili institutione perpetuo iuris conflictui mancipet et practice ambiguam reddat.

## Notanda ad solvendas difficultates.

446. Contra omnem monarchiam, si eam excipias, quam per ludicram contradictionem „monarchiam democraticam" appellant, „monarchomachi" haec fere notissima *suae* philosophiae capita urgere consueverunt:

1. Eam esse humanae personalitatis ut entis moralis digni-
n, ut nulli legi nisi a se latae vel probatae absque iniuria
onis subiici possit; proinde indignum esse et philosophice in-
abile universos cives, tam singillatim quam collective essen-
sui ipsius regendi iure praeditos, *unius* hominis voluntati
imperio subiugari.

Vulgare revolutionis principium, quod hic invocatur, a ratio-
stico iuris „individualismo" acceptum, pro vero suo valore
imatum atque illustratum est iis potissimum, quae de „auto-
nia rationis" et analogo iuris principio dicta sunt (P. I,
ı. 253—258. 519—535). Ea sane entis moralis et humanae
ıalitatis dignitas est, ut *iure connato* in suis actionibus in-
endens sit ab omni alterius *hominis arbitrio,* et ut nulli *homini*
*ua tali,* utpote sibi naturae gradu perfecte aequali, iuris obli-
one subesse teneatur (cf. n. 85 sq.; et P. I, n. 534). Verum
em personalitatis non minus *connatum officium* est subesse
omnibus *divinae* voluntati quomodocumque signatae, sive im-
ıte sive mediate per legitimam humanam auctoritatem,
essentiale elementum est ordinis socialis divinitus sanciti, et
sive uni homini sive multorum collectioni insit, non hominum
sub aliorum hominum arbitrio servitutem, sed parem omnium a
divino ordine dependentiam atque oboedientiam significat, qua nihil
est homine rationali dignius, nihil felicius. Verumtamen fac eva-
nescat ex corde hominum Dei ut supremi legislatoris conscientia,
sentiatur publica auctoritas ut mera inventio humana, pro reli-
gione atheismus socialis late dominetur: et tota ista obiectio pro
nude realistica rerum humanarum aestimatione *vim habebit in-
victam,* nec alia possibilis manebit forma imperii nisi *despotismus*
vel *unius,* si armis ac terrore continere valeat frementem multi-
tudinem, vel *multitudinis* ochlocraticae, oppressa populi parte
potentia aut numero inferiore. Videant igitur principes, utrum
monarchicis institutionibus consulant, si in publicis cathedris
scientiae nomine religionem contemnere et atheismum serere per-
mittant.

447. 2. Per se et primitus supremam potestatem non uni
homini sed toti populo inesse dicunt, unde in monarcham venire
non potuisse nisi aliquo pacto cum populo inito; eiusmodi prae-
tensum pactum autem generatim fraudi assimilandum esse; non
enim rationabiliter assumi posse populum suam potestatem, quam

retinere posset, umquam simpliciter ac definitive in monar transferre voluisse, sed potius eam suo nomine exercendam ad tempus opportunum commisisse.

Secundum rationes supra (art. 2) expositas haec o antecessum omni fundamento destituitur, *negato* videlicet ge philosophico principio, a quo procedit. Qui autem eiusm tum admittunt, tam expedito responso utique carent, habent tam quod efficaciter malignae eius interpretationi opponant. N enim non potest multas esse rationes, quae populum ad et stabilem potestatis translationem movere, immo aliqua rerum necessitate adigere potuerint[1]. Huc certe pertin adiuncta sive externa sive interna, ab ingenio vel gradu multitudinis dependentia, quae alicui populo monarchicam r formam multo utiliorem, immo necessariam, democraticam con fere impossibilem reddere possunt, uti latius extensi reip fines, populus constans multis valde heterogeneis elementis se moribus ac studio diversis ac propterea ad perpetuas c tiones et dissidia pronis, praevisa necessitas regiminis ip in re ancipiti consilio prompti atque ad arcenda imminen communis pericula potentis. Quae omnia ex infra dicen sa patebunt.

B. Triplicis formae comparativa aestimatio.

448. Commune praedicatum iustitiae, quod singulis istis formis per se convenit, non sane impedit, quominus aliunde aliqua earum vel absolute vel relative ceteris praestare intellegatur. Et vero secundum duplicem praecipue terminum comparationis eiusmodi aestimatio institui potest:

I. *Ratione originis et prioritatis in societate humana.* Quamquam omnis determinata forma regiminis civilis recte *„iuris gentium“* esse dicitur, ita ut nulla per se iure naturae stricte dicto et *praecipiente* instituta censeri possit, negari tamen non potest eam prae ceteris formam ad indolem naturalis institutionis propius accedere, quae manifesto naturae rationalis instinctu et suavi providentiae ductu cum ipsa nativitate societatis civilis intime coniungitur, typum conservans regiminis familiae materialiter dilatatae, atque inde omni aevo prae ceteris longe latius et communius viguit. *Atqui hanc praerogativam regimini monarchico propriam esse* cuncta monumenta historiae testantur, cum reliquae

[1] Cf. *Grotius*, De iure belli et pacis l. 1, c. 3, § 8.

.e et natura sua et origine accidentali multo magis indolem ıe *et artificialis* institutionis humanae prae se ferant. Propterea ɔhica somnia potius quam seria iudicia protulisse dicendi , qui omnem civilem vitam a democratica communitate exhabuisse contra notissima et clarissima historiae documenta ıuare vel asserere non dubitarunt [1].

II. *Ratione internae perfectionis.* Ut hac de re rectum ım feratur, ante omnia *obiectivo criterio* requisitae perfecopus est; quod quidem aliud esse non potest nisi ipse *finis* *is*, ad quem omnis regiminis forma suapte natura desti- *recta videlicet ac prospera gubernatio* societatis civilis ad suum politicum. Ad bonam autem cuiuscumque civitatis ionem *haec duo* requiruntur:

1. *ut civilis auctoritas libere, expedite et efficaciter ea omnia re et disponere valeat, quae ad scopum politicum attingen- faciunt;*
2. *ut tamen subditorum civium legitima libertas, iura, status, ones et instituta privata in tuto collocata neque imperantium rio exposita sint.*

Utrumlibet, ut patet, si seorsim, neglecto altero, exaggeratur, periculum et vitium, ambo vero simul, felici harmonia sociata et mutuo moderamine temperata, perfectionem regiminis important.

Secundum hoc igitur criterium facile et commoda et incommoda seu pericula aestimantur, quae unamquamque istarum formarum, si per se spectantur, *generatim* comitari intelleguntur. Et vero a gravibus auctoribus haec fere enumerari solent:

1. *Monarchiae*

a) *Commoda:* maior supremae potestatis dignitas ac reverentia; maior stabilitas et rarior perturbatio publicarum institutionum, praesertim ubi dynastia antiquo et non interrupto iure legitimi-

[1] Cf. *Schleiermacher* cit. supra (n. 442); sed huius insinuationem speculative anthropologicam excedunt paradoxa historica, quae scribere ausus est *Montesquieu* (De l'esprit des lois l. 11, c. 8): „Avant que les Romains eussent englouti toutes les républiques, il n'y avait presque point de rois nulle part. . . . Il fallait aller jusqu'en Perse pour trouver le gouvernement d'un seul." Hanc fictionem solide refutat *v. Haller* (Restauration der Staatswissenschaft t. III, c. 53; cf. t. II, c. 23), cuius verba in hanc rem vide supra (n. 412). — Cf. etiam *Lasaulx* (Philosophie der Geschichte p. 104—106), qui de ordine, quo variae formae regiminis historice sibi succedere soleant, plane illi contrariam sententiam deducit.

tatis altas in populo historicas radices habet; in admi
republica maior et constantior ordo, potentia, celeritas in
videndo et exsequendo, unitas et, ubi opus est, facilior occul
consiliorum, etc.

b) *Incommoda* inde maxime nascuntur, quod po
ea magna boni communis pars credita est *uni* homini, qui
humanae naturae mutabilitatem fragilitatemque partici
periculum regiminis *despotici*, i. e. non iustitiae et
normis sed mero personali arbitrio ducti, aut *tyrannidis*,
perans sumptibus populi iniuste onerati suum tantum pri
commodum quaerit. Praeterea expensae publicae requir
maiores ad throni ac dynastiae maiestatem digne ornandam vel
exercitu stabiliter tuendam; est pro subditis praesentior oc
ambitiosae adulationis et obsequii ad servilitatem deg fre-
quentior contagio.

2. *Democratiae*

a) *Commoda* haec fere enumerantur: maior securitas a
oneribusque iniustis, duris et universae plebi molestis; sing
civium maior libertas et aequalitas; arctior civium cum r
moralis nexus, unde singulorum in rem communem anim
lantior, in communi discrimine voluntas ad socialiter coo
promptior et intensior; administrationis maior simplicitas
nores expensae, etc.

b) *Incommoda:* maior consiliorum rerumque gerendarum tar-
ditas, saepe impedita potestatis supremae efficacia; frequentes
civiles dissensiones et machinationes factionum politicarum, unde
periculum *ochlocratiae;* ambitio potentiorum et ditiorum, quae non
raro timorem parit *oligarchiae*, hinc suspiciosam invidiam populi
in omne meritum et excellentem virtutem excitat et aliquando
*ostracismo* viam parat.

3. *Aristocratia* suapte natura utriusque praedictae formae
*commoda* minori gradu participat, verum et utriusque *incommodis*
et periculis magna ex parte subiacet, atque insuper odiis et tur-
bis inter plebem et optimates continuam occasionem praebet[1].

[1] Fusius hanc comparationem prosequuntur *Herod.*, Thalia l. 3, c. 80—85. *Aristot.*, Polit. l. 3, c. 15. 16; l. 4, c. 2. 7. 8. 11. 12; l. 5, c. 7; l. 7, c. 9; Eth. Nic. l. 8, c. 13. *Cicero*, De republ. l. 1, c. 26 sqq. *Lipsius*, Polit. l. 1, c. 2. *Pufendorf*, Ius nat. et gent. l. 7, c. 5, § 22. *v. Haller* op. cit. vol. 1, c. 21, et vol. ultimi c. 29. — Recentiores complures citat *Walter*, Naturrecht und Politik § 258—270.

Quibus expositis merito statuitur:

**Thesis XLVII. Nulla ex enumeratis formis regi- absolute et simpliciter, sed unaquaeque relative, i. e. con- is cuiusque populi adiunctis, ceteris praeferri potest.**

**Probatur pars I.** Si aliqua ex istis formis absolute, i. e. r et ubique pro quibuscumque adiunctis praeferenda esset, are deberet duplex illud bonum, quod, ut supra ostensum ad normalem perfectionem boni regiminis civilis pertinet, per *solam* semper et ubique pro quibuscumque rerum adiunctis ceteris perfecte obtineri posse. Atqui eiusmodi aestimationi e ratio neque experientia suffragatur. Ergo . . .

Prob. min. Ex praemissa consideratione facile colligitur n regiminis formam ceteras in quibusdam antecellere, in s ab iis superari, et generatim quidem ex *duobus* illis requi- i primariis bonae gubernationis *primum* magis in monarchia, *um* magis in democratia obtineri; iam vero non semper et et pro quacumque rerum condicione sive in primo sive a aequale momentum relativae necessitatis apparet, sed ali- primum, alibi alterum requisitum magis promovendum et in collocandum esse ratio suadet, non sine consensu experien- i historicae.

**Probatur pars II.** Nemo non intellegit tam commoda quam incommoda, quae supra *generatim* de singulis formis regiminis recensita sunt, pro *concreta* individualitate uniuscuiusque societatis civilis vel multum augeri vel contra minui posse adeo, ut *relativa* tio commodorum et incommodorum in qualibet forma *con- spectata* ab aestimatione *generali* et mere abstracta haud m aliquando differat et consequenter iudicium quoque de hac el illa praeferenda forma in concreto determinet. *Individualitas* utem uniuscuiusque societatis civilis cuncta eius adiuncta tum *ex- rna* tum *interna* comprehendit, quae ad eius concretam exsisten- a pertinent.

Talia imprimis sunt: ipsa *historica origo* aliaque facta, quae exordio vel successu temporum totam populi historiam et storicas traditiones informarunt; *situs* geographicus territorii et ium *extensio* maior vel minor; *incolarum* multitudo vel paucitas, tiva indoles, mores, gradus culturae et oeconomicae prosperi- huiusque causae et fontes; populi homogenea *nationalis* s aut contra elementorum *heterogenea diversitas;* maior mi-

norve civium *aequalitas* socialis et oeconomica aut stabi dam ordinum *praecellentia* organice orta etc. etc.

Haec omnia namque eiusmodi sunt, quae non raro particulari iudicium sapientium de opportunitate vel etiam tate huius vel illius formae regiminis plane determinare p Unde consequitur historice quidem quamlibet istarum fo rum aliquando relative optimam ac ceteris praeferendam aestimari.

Ad eandem doctrinam complendam et illustrandi nent haec

## 451. Corollaria.

I. Unicuique populo ea forma regiminis solet ( p ce- teris utilior et melior, quae ab eius exordio sive or ce ) legitimo consensu inducta illius historiae et historicae c consentanea est.

II. Propterea formae historicae mutatio in aliam raro impune vel feliciter suscipitur, praesertim subitanea nec diuturno transitu in ipsis populi moribus praeparata.

III. Corpora socialia valde extensa et ex diversis hominum ordinibus vel diversarum nationum elementis composita alia atque *monarchica* forma feliciter regi vix possunt. Idem multo magis de gentibus fere barbaris et civilis culturae expertibus dicendum est.

IV. Forma *reipublicae sive democraticae sive aristocraticae*, ut ordinate, prospere et stabiliter subsistere valeat, generatim loquendo requirit minorem extensionem civitatis, in civibus vitae morumque simplicitatem, sincerum ac vividum rei communis zelum, spontaneam legum atque ordinis publici reverentiam aliasque virtutes civiles, quibus ordo cum libertate conciliatur[1], ea denique instituta, quae internae paci et unioni consulunt nec tamen administrationem valde implicatam reddunt. Eo magis autem ista omnia requiruntur, quo magis forma regiminis ad *puram democratiam* accedit.

---

[1] *Guizot* (L'Église p. 143) veritatem enuntiat hoc potissimum tempore numquam satis inculcandam: „La liberté a besoin de vertu. Les nations ne sont capables de se gouverner elles-mêmes que lorsque les âmes se gouvernent fortement elles-mêmes. Je ne crois pas calomnier mon temps en disant que ce qui lui manque précisément, c'est le ferme gouvernement des âmes par elles-mêmes."

V. *Aristocratica* forma reipublicae, ubi organice et historica ne subsistit, fundata scilicet in magna sociali inaequali- ordinum dudum publice agnita, historia teste non raro for- a democraticam realiter praecellere potest, sive quod plebs nda defectu civilis culturae ad politice cooperandum apta non sive quod pro historica indole alicuius reipublicae plurimum sit, ut in externis etiam suis relationibus potentioris regi- is auctoritate ac dignitate polleat. — Contra vero, ubi gene- quaedam socialis aequalitas civium historica consuetudine t, *forma moderate democratica* aristocratiae artificialiter creatae umque praeferenda est.

VI. Ceterum quemadmodum ex iisdem formis nulla tam im- ecta est, quae non satis felices fructus ferre possit, si cum amore iustitiae in subditis pariter et imperantibus con- ungitur, ita nulla tam perfecta est, quae ad bonum ac prosperum regimen, illo deficiente, sufficiat. Nam „iustitia est fundamentum regnorum". Ipsa autem iustitia, ut, quemadmodum in vita pri- vata, ita et in vita publica fiducia digna sit, in religione fun- detur necesse est [1].

---

[1] Praeclare de hac re Walter (Naturrecht u. Politik § 261 sq.): „Durch die Form der Verfassung und durch die Gesetze können nur die äusserliche Art und die Grenzen vorgezeichnet werden, wie und innerhalb welcher die Organe der Gewalt und die Unterthanen für das Wohl und die Zwecke des Ganzen thätig sein können und sollen. Was aber die Hauptsache, die innern Triebfedern dieser Thätigkeit, betrifft, so vermag die politische Kunst nicht diese zu schaffen, sondern sie fliessen aus einer andern Quelle und müssen von ihr vorausgesetzt werden. Diese Triebfedern sind bei denen, welche die höchste Gewalt auszuüben haben, das stete Bewusstsein der dadurch auferlegten Pflichten, das aufrichtige Streben nach Gerechtigkeit, die Sorgfalt für die gemeine Wohlfahrt, und der Geist der Selbstbeherrschung und Mässigung. Auf seiten der Unterthanen bestehen sie in der Ehrfurcht vor der Autorität und dem daraus entspringenden willigen, des freien Menschen würdigen Gehorsam; in der Liebe zum gemeinen Wesen . . .; in dem Bürgersinn . . .; endlich in der Mässigung und Selbstbeherrschung, und zwar dieses um so mehr, je freier ein Volk ist. Schon ist schon Aristoteles (Polit. l. 7, c. 1. 2. 3) zu dem Resultat gekommen, dass die Bedingung der Güte und des Glückes des Staates wie des einzelnen Menschen die *Tugend* sei. Geht man aber auf den letzten Grund aller Tugenden und Pflichten zurück, so liegt derselbe in dem Gewissen, also in der *Religion*, d. h. in dem Bewusstsein des Zusammenhanges mit einer überirdischen Weltordnung und der daraus fliessenden sittlichen Aufgaben des Menschen. Gleichwie dieses Bewusstsein den Menschen für jedes Lebensverhältniss mit der eigenthümlichen, durch nichts zu ersetzenden Schwungkraft erfüllt, so besondere für den Staat, der den Menschen von der Wiege bis zum Grabe

**452. Scholium.** Quamquam *in abstracto* considerata nu ex memoratis formis regiminis absolute optima et ceteris pr possit, facile tamen ex supra dictis explicatur, cur *mona* u longe frequentior sit ac semper fuerit. Negari enim non po in pulorum ceteroquin magna varietate communius et frequent ea *iuncta* inveniri, quae in concreto monarchicam formam vel tam unice possibilem admittunt vel tamquam magis salutarem et probatam suadent. Quapropter thesis proposita nil impedit, qu simul recte ac vere dici possit, formam monarchicam saltem etsi non absolute, relative tamen ad rerum adiuncta communi tingentia *generatim* quidem ceteris praeferendam videri.

Ita et *S. Thomas,* communiter contingentes populorum c et exigentias considerando, generatim formam monarchic o esse ducit, eam tamen contra tyrannidis abusum in favor populi damentalibus legibus temperatam esse vult. Praeterea cum A supponit ad omnem praelaturam civilem quantum fieri possit viros sumi „virtute" praecellentes. „Optima ordinatio principum, in aliqua civitate vel regno, in quo unus praeficitur secundu virt qui omnibus praesit; et sub ipso sunt aliqui principantes secu virtutem; et tamen talis principatus ad omnes portinet, tum quia *ex* eligi possunt, tum quia etiam *ab* omnibus eliguntur. Talis o est omnis politia bene commixta ex *regno,* in quantum unus prae *aristocratia,* in quantum multi principantur secundum virtutem, et ex *democratia,* i. e. potestate populi, in quantum ex popularibus possunt eligi principes, et ad populum pertinet electio principum." [1]

Alibi s. Doctor ostensurus optimum Ecclesiae regimen a Christo domino esse institutum, hoc generale principium invocat: „Optimum autem regimen multitudinis est, ut regatur per unum; quod patet ex fine regiminis, qui est pax; pax enim et unitas subditorum est finis regentis (intellege ex mente S. Thomae: proximus et primarius); unitatis autem congruentior causa est unus quam multi." [2] (Quod sane respectu Ecclesiae universalis et multitudinis fidelium perfecte concludit.)

Verum etiam in societate *civili* tum ob eandem rationem tum ad imitationem naturae generatim perfectius esse regimen unius quam multorum idem *S. Thomas* iudicat vel quicumque ex eius discipulis auctor est libri „De regimine principum". Hic enim legimus: „. . . requirere oportet, quid provinciae vel civitati magis expedit, utrum a pluribus

---

umfasst und mit den mannigfaltigsten Aufgaben an ihn herantritt. Ueberall wird hier die Macht und der alles belebende Einfluss der Religion fühlbar, und *ohne sie kann kein Staat bestehen* u. s. w."

[1] S. theol. 1, 2, q. 105, a. 1; cf. q. 95, a. 4.

[2] Summa c. Gent. l. 4, c. 76, n. 3. Cf. *Bellarm.*, De Romano Pontif. l. 1, c. 1—4. *Suarez,* De leg. l. 3, c. 4.

vel uno. Hoc autem considerari potest ex ipso fine regiminis. Ad m cuiuslibet regentis ferri debet intentio, ut eius, quod regendum pit, salutem procuret. . . . Bonum autem et salus consociatae multiis est, ut eius unitas conservetur, quae dicitur pax, qua remota ıli vitae perit utilitas, quin immo multitudo dissentiens sibi ipsi fit a. Hoc igitur est, ad quod maxime rector multitudinis intendere ebet, ut pacis unitatem procuret. . . . Quanto igitur regimen efficacius t ad unitatem pacis servandam, tanto erit utilius. . . . Manifestum quod unitatem magis efficere potest, quod est per se unum plu , sicut efficacissima causa est calefactionis, quod est per calidum. Melius igitur est regimen unius quam plurium. . . . Adhuc: ıa sunt ad naturam, optime se habent. In singulis enim operatur ra, quod optimum est. Omne autem naturale regimen ab uno est. nembrorum enim multitudine unum est, quod omnia movet, scilicet cor; et in partibus animae una vis principaliter praesidet, scilicet ratio. Est etiam apibus unus rex et in toto universo unus Deus factor omnium et rector. Et hoc rationabiliter. Omnis enim multitudo derivatur ab uno. Quare si ea, quae sunt secundum artem, imitantur ea, quae sunt secundum naturam, et tanto magis opus artis est melius, quanto magis assequitur similitudinem eius, quod est in natura: necesse est, quod in humana multitudine optimum sit, quod per unum regatur." — Sed his omnibus s. Doctor immediate subiungit: „Sicut autem regimen regis est optimum, ita regimen tyranni est pessimum. . . . Sicut utilius est virtutem ad bonum esse magis unam, ut sit virtuosior ad operandum bonum, ita magis est nocivum, si virtus operans malum sit una quam divisa. . . . Expedit igitur, ut regimen *iustum* sit unius tantum, *ad hoc ut sit fortius.* Quod si in *iniustitiam* declinat regimen, expedit magis, ut sit multorum, *ut sit debilius,* et se invicem impediant." [1]

Ex quibus liquet Doctorem Angelicum nequaquam, ut obiter legenti videri possit, *absolutam* praecellentiam monarchici regiminis sed *relativam*, hanc vero per se talem asserere, quae, secluso periculo tyrannidis, tamquam fere communis et generalis haberi possit. Quam parum autem illud periculum velut inane contemnat, inde ostendit, quod non monarchiam absolutam sed congrue limitatam et mixtione aristocratico-democratica temperatam commendat. Ceterum verba S. Thomae id certe opportune probant, verae ac iustae civilis libertatis asserendae ac tuendae studium, quo omnis philosophia christiana excellit, confundendum non esse cum caeca illa et late contagiosa febri democratica, qua in omni institutione monarchica nil fere nisi vestigium ambitionis vel despotiae, in solo autem regimine democratico universa politica salus agnosci solet.

---

[1] De regimine princ. l. 1, c. 2 et 3.

# Caput III.

## De lege fundamentali seu „constitutione“ societatis civilis.

### Articulus 1.

*De lege fundamentali in genere.*

#### § 1. Generalis notio.

453. *Lex fundamentalis* (Staatsgrundgesetz) in qualibet civitate ea vocatur iuris publici pars, quae tum ipsam formam regiminis in eoque succedendi modum, tum illius exercendi legitimas normas publica sanctione stabiliter firmat. Et si quidem per haec unaquaeque civilis societas in ordine ad politicam vitalitatem in suo Esse particulari proprie constituitur, eadem lex vulgo etiam „constitutio“ (Staatsverfassung) nuncupatur. Itaque sine ulla constitutione (hoc sensu generali accepta) nulla umquam civitas esse potest. Quemadmodum enim ens naturale quodcumque in ipsa sua natura propriam essendi et agendi regulam habeat necesse est, ita et lex fundamentalis in omni politico organismo quasi eius propriam *naturam,* i. e. internam constitutivam normam existendi et operandi, exhibet.

Verum tamen non eodem modo in omni civitate eius propria constitutio subsistit. Exstare enim potest aut *scripta* seu publicis documentis exarata, qui mos recentiori aevo praevaluit, aut *non scripta* sed iure consuetudinali vigens atque ita ipsis populi moribus et conscientiae historicae longe perennius insculpta, qui modus apud veteres communior erat[1]; aut denique *ex parte scripta*

[1] De constitutione *non scripta* cf. *Walter* (Naturrecht u. Politik § 290): „Jedes Volk hat durch das Zusammenwirken von einer Menge theils physischer theils geistiger Thatsachen einen eigenthümlichen Grundcharakter. Aus diesem entwickeln sich seine Begriffe von Herrschaft und Gehorsam, seine politische Denkart und gewisse Maximen, welche unbewusst seine Einrichtungen beherrschen, den Gang der Regierung bestimmen, die Harmonie der Gewalten unterhalten und deren Ausübung mässigen und beschränken. Solange diese Grundsätze in den Sitten und in der Praxis selbst leben, bedarf es einer schriftlichen Aufzeichnung derselben nicht; denn nicht dass ein Gesetz auf dem Papiere steht, sondern dass es geübt wird, ist hier das Wesentliche. Ein Staat kann sehr vollkommen gut constituirt sein, ohne dass ein Wort über seine Ver-

*ex parte non scripta* uti v. g. ubi de solo ordine successionis regimine scripta documenta habentur, limites autem, intra quos minis exercitium se continere teneatur, partim iure naturae tim iure historico et consuetudinali fundantur. Unde regimen a „absolutum", ut nullis iuris limitibus nec scriptis nec iure ı ı et gentium sancitis circumscribatur, salvo naturae ordine nequit.

Quod si nihilominus, praesertim respectu monarchiae, re- ıen „constitutionale" regimini „absoluto" opponi solet, id ex derno usu loquendi *relativo* tantum sensu intellegendum est. N ıe regimen „constitutionale" hac aetate fere illud tantum ı consuevit, quod non solum constitutione *scripta* quali- ue limitatur, sed insuper „moderni constitutionalismi" (de infra) formas et indolem participat; „absolutum" vero existi- r, quodcumque istis institutionibus caret.

Quamquam igitur constitutionis vocabulum, per se haud ambiguum, nativa sua significatione congruit cum lege fundamentali sive scripta sive non scripta unicuique civitati propria, probe tamen notanda arctior illa et recentior, tametsi satis arbitrarie usurpata, significatio, qua idem vocabulum *specialem tantum scriptam regulam* denotat, qua (in civitate iam aliunde secundum certam regiminis formam constituta) *potestatis publicae exercitium per cooperationem populi limitetur.*

---

ässung geschrieben ist; ja es ist selbst ein Zeichen der Gesundheit und des Wohlbefindens, wenn ein Volk der Scriptur gar nicht bedarf. *Die Gesamtheit ieser in den Sitten, im Geiste, in den religiösen und politischen Ueberlieferungen ner Nation beruhenden, als unverbrüchlich geachteten Maximen machen deren onstitution im echten und ursprünglichen Sinne aus.*" De constitutione autem *ripta* immediate subdit (§ 291): „Die fortschreitende Entwicklung eines Volkes, s wachsende Freiheitsgefühl, die durch Erfahrungen gereifte politische Ein- ıht können aber eine genauere Vertheilung und Begrenzung der Gewalten er noch tiefer gehende Veränderungen der Verfassung nothwendig machen. *entstehen absichtlich geschriebene Staatsgrundgesetze.* Diese constituiren aber n Staat nicht, sondern setzen eine bereits constituirte Gesellschaft voraus; ı können und sollen daran nur verändern, verbessern." — Ceterum, ut recte imadvertit *Bluntschli* (Allg. Staatsrecht I, l. 4, c. 22, § 2) satis ex tota lole rec ioris aetatis explicatur mos iurium politicorum documenta scripta ere i n scriptis: „Es ist dieser Zug dem modernen Leben in der That d Rechtsbewusstsein nicht mehr so unmittelbar mit der Gewohn- it verw ist, sondern um sich sicher zu fühlen und zur Klarheit zu ge- ıgen, ı *Fixirung durch die Schrift* bedarf."

## § 2. De fonte iuridico legis fundamentalis.

455. Variae constitutionum formae, ut recte monet F. Walter[1], proxime quidem humanae considerationi tamquam totid historica obversantur, quae ex individualitate populorum i varietate adiunctorum resultant. Ad scientiam dein ] idem auctor subdit, ut ad eadem „phaenomena histo quoque accedat, ordinando et principia ex iis atque experi abstrahendo. Ita sane, dummodo tamen non caecam cui u historiae reverentiam a scientia deposcas. Philosophiae iu ɔn dubio interest in solis factis historicis qua talibus agnosce minime sistere, praesertim ubi eadem facta institutionibus bus constant, quae simul publicam *obligationem* inducunt. ] enim rectae rationis est quaerere: *a quo demum iuridico f ista obligatio derivanda sit?* Scilicet non quidquid et qu cumque historice factum videmus, eo ipso etiam iuris vi m habere recta ratio dictat.

Est autem haec quaestio hic minime nova aut novis rationum momentis solvenda, cum sit in praecedentibus doctrinae capitibus implicite satis praeiudicata atque dirempta. Nimirum quoad rem est vel identica vel certe plane analoga quaestioni, quae de *origine iuridica societatis civilis* et iterum *de originaria determinatione subiecti auctoritatis* luculenter expensa certisque rationibus terminata est. Unde et praesens quaesitum ex iisdem rationibus analogam solutionem sortiri necesse est. Eam implicite continet

456. *Generale principium:* Lex fundamentalis („constitutio") primitus civilem societatem constituens evidenter inde legitime emanat, unde ipsa civilis societas in individuo, adeoque cum certa regiminis forma, legitime ut talis exsistere incipit.

---

[1] Naturrecht und Politik § 258: „Die Formen der Verfassungen sind zunächst ein Werk der Geschichte. Die unendliche Mannigfaltigkeit der menschlichen Zustände und der sie bestimmenden Ursachen haben auch eine grosse Mannigfaltigkeit und Abstufung der Staatsformen hervorgebracht. Der Einfluss der Eroberung, der Charakter eines Volkes, seine Liebe oder Gleichgiltigkeit gegen die Freiheit, die Grösse des Gebietes, der Reiz oder Missbrauch der Herrschaft, das geistige Uebergewicht eines Einzelnen oder eines Standes und anderes sind dabei massgebend gewesen und müssen es auch jetzt noch sein. An die Erscheinungen der Geschichte kann und muss jedoch die Wissenschaft herantreten, sie ordnen und daraus Grundsätze und Erfahrungen abstrahiren."

Unde facta *applicatione* consequitur:

Ubi per rerum adiuncta contingit aliquam societatem civilem *libero multitudinis consilio et communi consensu* institutam esse, em lex fundamentalis seu stabilis constitutio *primitus vi eius-socialis consensus* iuridice viget. Dicitur *primitus* — nam pro ıris generationibus ipsa *pacifica possessione* constitutionis nova ır obligatio, qua illi iuridice obstringantur, independens a vi-e (saepe admodum dubio) contractus originarii a maioribus niti, nempe *obligatio naturalis observandi ordinem publicum,* cuius ɜ inseparabilis est constitutio pacifico usu recepta.

Si vero, id quod historice fere ordinarie evenit, societas civilis r omnem conventionem socialem, de qua aliquo modo con-re possit, paulatim innumeris cooperantibus causis contingenti-ormata et *sub influxu organico tum naturae socialis tum even-externorum* ad certam formam determinata fuerit *ipsa con-suetudine sancitam,* eius quoque constitutio non solum historice sed etiam *iuridice* eandem organicam originem participat.

457. **Corollaria.**

I. Quemadmodum omnis societas civilis *in individuo spectata* per se in „iure gentium" adeoque (veterum aestimatione) in iure „humano" fundatur, ita et omnis civitatis constitutio *determinate* considerata, sive per directum consilium hominum sive organice orta est, eodem sensu per se *„iuris gentium"* dicenda est (cf. n. 421). Quippe — quod iterum iterumque repetere liceat — „ius gentium" veterum (quod recentiore usu loquendi „ius naturae late dictum" vocari solet, quatenus in eo magis obiectum quam forma spectatur) ea cuncta socialia instituta comprehendit, quae *secundum generale postulatum naturae* sive hominum condicto eriguntur sive sub or-ganico naturae ductu iure consuetudinario paulatim invaluerunt.

58. II. Hinc colligitur, quid respectu communitatis civilis *primi-is* constituendae significet et cuius condicionis sit *„potestas con-itutiva"*. Ita nimirum appellari solet *legitima potestas statuendi ım iuris effectu legem fundamentalem* seu constitutionem alicuius ırporis politici. Ex natura rei haec consequuntur:

1. *Potestas originarie-constitutiva* per se non est attributum ıpremae potestatis civilis neque ab ea dimanat; immo ab hac rmaliter differt eamque *natura praecedit.* Quippe ad perfecte ınstituendam societatem civilem pertinet etiam determinare ipsum biectum potestatis civilis secundum certam regiminis formam.

Ergo tota haec activitas constitutiva eiusmodi est, quae natura necessario praecedit activitatem publicae auctorit ibi quodammodo desinit, ubi haec exordium sumit (P. I, n.

2. Fieri tamen aliquando potest, ut potestas illa eidem subiecto competat, cui et civilis auctoritas inh t. Id tum quidem congruere facile intellegitur, cum is, qui ci praeest, eiusdem *primus ac praecipuus fundator* exstitit. Is quemadmodum illam fundavit, ita eam primitus legitime c id vero non titulo auctoritatis civilis sed *titulo fundatoris.* fere modo inter alios illi etiam principatus primitus co censeri possunt, quos patriarchales vulgo appellamus, eo d a capite potentioris vel excellentioris familiae per successiva c nica incrementa exordium habuerunt (P. I, n. 365).

3. Secluso particulari eiusmodi historico titulo fundatoris potestas constitutiva respectu civitatis primitus constituendae omni actuali exercitio vacat, utpote quod non raro, praeter directum humanum consilium, per influxum organicum et socialem necessitatem externis rerum adiunctis inductam suppletur, aut distributive singulis inhaeret elementis, quae libero consilio et libera cooperatione ad aliquod corpus civile efformandum consociantur. — Itaque in *priore* casu non tam de „potestate constitutiva" quam de *causa constitutiva* vel de causarum serie sermo esse potest, quibus aliqua civitas hoc vel illo modo historice constitui coeperit; in *altero* autem casu potestas constitutiva realiter nihil aliud est, quam *ius naturale antecedenter ad vitam civilem singulis hominibus vel potius domibus inhaerens, ad civilem societatem certo aliquo modo et sub certo aliquo regimine sese stabiliter uniendi* (P. I, n. 364).

**459. Scholium.** Nonnulli recentiores scriptores ex iis, qui in rebus politicis „conservativa" principia imprimis tueri vel restaurare susceperunt, totam quaestionem *de aliquo originario iure constitutivo* a nobis theoretice propositam omni reali obiecto carere ac proinde sin minus noxiam certe superfluam et inutilem esse arbitrantur. De *causis* quidem variis organicis, quae in hanc vel illam constitutionem primitus efformandam conspiraverint, necnon de modo, quo successu temporum eadem pridem exsistens constitutio absque ulla interruptione pro adiunctis evolvi *ac perfici* possit ac debeat, sane sermonem institui volunt, numquam vero *de constitutione populi humano consilio primitus erigenda* [1].

[1] Sic inter alios *de Maistre* in opusculo „Essai sur le principe générateur des constitutions politiques et des autres institutions humaines" (Paris 1814), ubi nos-

Est autem haec „conservatismi“ exaggeratio eo minus probanda, error „politici rationalismi“ optime quidem simplici contraria *veri-* nequaquam vero *contrario errore* tuto superatur. Error autem rori opponitur, si ad refutandam theoriam pacti socialis, quae *omnem* nque societatis civilis originem iuridicam *necessario* pacticiam fingit, e contrario statuitur aut saltem supponitur, non solum ple- et generatim sed *semper* et *exclusive* primam omnis populi con- ɔnem organice oriri *praeter directum hominum ac deliberatum con-*

---

ıcipia politica, per se *vera* et *sana*, nihilominus quadam immoderata ıone et *exaggeratione* vitiantur. Ita v. g. generale axioma, quod statim ab (§ 1) statuitur: „constitutionem (politicam) esse opus Dei“, quare „inter ımos errores huius saeculi numerandam esse opinionem, posse politicam contıtutionem scribi et a priori creari“. § 11 deducitur „influxum humanae ıctivitatis in efformandis politicis constitutionibus valde subordinatum locum ıccupare et tantum veluti instrumentum (Dei) apparere“. § 28 iterum con- ıluditur „generalis regula: per hominem nullam constitutionem fieri posse neque n legitimam constitutionem posse conscribi“; quae ut illustret auctor ita prosequitur: „Jamais on n'a écrit, jamais on n'écrira a priori le recueil des lois fondamentales qui doivent constituer une société civile ou religieuse. Seulement, lorsque la société se trouve déjà constituée, sans qu'on puisse dire , il est possible de faire déclarer ou expliquer par écrit certains es particuliers; mais presque toujours ces déclarations sont l'effet ou la de très grands maux, et toujours elles coûtent aux peuples plus ne valent.“ Quae quidem omnia, si cum moderamine et philoso- ı historico accipiuntur, gravi veritate practica non carent, simpliciter ı :heoretice dicta partim paradoxis appropinquant. Cf. de eodem argu- to etiam *Walter*, Naturrecht u. Politik § 290 sqq. — Multo minus nos novet quod *Hegel* (Grundlinien der Philosophie des Rechts § 273), ab idea ɔa ıistica omnis iuris publici proficiscens, nullum locum alicui iuri *humano* utivo relinquit. Ita quippe scribit: „Eine andere Frage bietet sich leicht : *wer die Verfassung machen soll?* Diese Frage scheint deutlich, zeigt sich bei näherer Betrachtung sogleich sinnlos. Denn sie setzt voraus, dass ı Verfassung vorhanden, somit ein blosser atomistischer *Haufen* von dividuen beisammen sei. Wie ein Haufen, ob durch sich oder andere, durch ıte, Gedanken oder Gewalt zu einer Verfassung kommen würde, müsste ihm erlassen bleiben (sic), denn mit einem Haufen (i. e. multitudo hominum po- ce adhuc independentium) hat es der Begriff nicht zu thun (!). Setzt aber ıe Frage schon eine vorhandene Verfassung voraus, so bedeutet das *Machen* r eine Veränderung, und die Voraussetzung einer Verfassung enthält es un- ttelbar selbst, dass die Veränderung nur auf verfassungsmässigem Wege ɔchehen könne.“ Sed nota philosophicam rationem, quam subdit: „Ueber- ıpt aber ist es schlechthin wesentlich, dass die Verfassung, obgleich in der ıt hervorgegangen, *nicht als ein Gemachtes* angesehen werde; denn sie ist ılmehr das schlechthin an und für sich Seiende, das darum als das Göttliche ı Beharrende und als über der Sphäre dessen, was gemacht wird, zu be- chten ist —“ (!).

*silium.* Quis enim negaverit per adiuncta aliquando contrari n sario evenire, v. g. si fere simultaneo confluxu multitudo liber minum in regionem politice non occupatam immigravit in ea ci cohabitatura, aut si alicubi funesto ac diuturno anarchico turbine stinae institutiones tam radicitus eversae sunt, ut negotium c rempublicam plane de novo suscipiendum sit. Quod ut sane sollicite considerandum est, quaenam instituta pro tura et ribus populi, quae pro eius ingenio aut traditis etiam opinionibus videantur prae ceteris practice possibilia, stabilia ac salutaria. At in tali casu *secundum rectum naturae ordinem* libero hominum et conventioni incumbit eas leges fundamentales sive scriptas sive scriptas legitime erigere, quas erigere placitum fuerit. Quippe civilis constitutio in particulari spectata neque iuris divini positivi stricte naturalis sed *„iuris gentium"* esse constet, necesse est illam variis adiunctis etiam *variis huius condicionibus* subiacere. Ad salitatem igitur theoriae philosophicae omnino pertinere di est, ut nulla realis condicio huius iuris, tametsi practice rarius c penitus excludatur.

## § 3. De mutatione legis fundamentalis seu „constitutionis" iam stabilitae.

**460.** Omnis institutio socialis, quantumvis per se seu *in sua specie* naturaliter necessaria, secundum *particularem suam determinationem* et generatim secundum id omne, quod in ea non *iuris divini* esse cognoscitur, a communi mutabilitatis condicione, quae cuncta opera humana comitatur, nequaquam eximitur. Quare et lex fundamentalis seu „constitutio" cuiusvis societatis civilis suapte natura lapsu temporum tum de facto tum de iure mutationi obnoxia est.

Quaeritur autem, *quo modo et a quibus eiusmodi mutatio legitime fieri possit?* — Est haec quaestio iuris publici sane gravissima, cuius solutio magna ex parte ex iis hauritur, quae in § 2 praemissa sunt.

Quod si in ipsa vigente constitutione casus futurae mutationis praevisus eiusque condicio et legitimus modus praefinitus fuerit (ut in constitutionibus scriptis fere fieri solet), res omni theoretico dubio vacua et iure positivo in antecessum dirempta est. Ubicumque autem neque in lege fundamentali scripta neque in usu consuetudine sancito eiusmodi definitio continetur, quaestio proposita non iam iuris positivi sed tota *iuris naturalis est*, quae ut rite solvatur, ad normas rectae rationis recurratur necesse

Igitur de hac *sola* hypothesi dicere ad nostrum propositum

Porro quemadmodum prima alicuius civitatis constitutio, ita eius mutatio vel successiva modificatio et evolutio historice io modo fieri potest. Nimirum *aut* sensim sine sensu sub in- :u organico rerum et adiunctorum *aut* necessitate aliqua per n eventus inducta et omne directum consilium saltem ante- praeoccupante *aut* denique directo et libero hominum o efficitur. Tametsi in singulis his modis condicio efficaciae idi seu legitimitatis considerari possit, praesens tamen quae- ) proxime ad ultimum tantum modum (mutationis ex libero inum consilio) refertur.

Quibus praenotatis sensus quaestionis eo redit:

*Penes quem vel penes quos in societate civili iam constituta ·ennis illa potestas secundario-constitutiva permanere censenda , vi cuius constitutio vel ex toto vel ex parte in aliam mutari itime valeat?*

Esse quippe in omni civitate vi naturae *perennem* hanc pote- ıtem, eo ipso indubium est, quod omnis quantumvis per se recta institutio progressu temporis multiplici rerum vicissitu- ɔiacet, cui ut illa *intuitu finis* iugiter proportionetur, hu- providentiae commissum est.

Antequam ad solvendum propositum dubium accedamus, *duas* antecessum notare iuvat opiniones in hac re sibi extreme op- ɔsitas sed aeque erroneas et a principiis sanae philosophiae ris iam stabilitis aeque alienas. Altera propria est *absolutismi ɣii exaggerati* seu regiminis despotici, altera *theoriae revolutionis* philosophia saeculi XVIII excogitatae.

Qui supremam civilem potestatem cum absoluto dominio con- ınt neque alium in civitate legum ac iurium fontem nisi tem imperantis agnoscunt (secundum notum axioma des- ɔticum: „L'Etat c'est moi"), consequenter nil dubitant eiusdem :is arbitrio ius illimitatum in ipsam legem fundamentalem tribuere, quo eam sive totam sive per partes absoluto regimini ɔommodas abrogare et reconstituere pro libitu valeat, non petito l imperato consensu subditorum. Quod etsi politice nec semper ɔ ubique expedire facile concedunt, per se tamen „regiam po- atem" excedere negant.

Contra qui commune modernae revolutionis dogma, *e et sub qualibet forma regiminis inalienabilem populi supr* profitentur, non minus consequenter legitimam potestatem pro suo arbitrio omnem legem fundamentalem *soli populo* cant, idque invitis etiam principibus, qui civili imperio fun eò quod nonnisi populi mandato et ad eius nutum gube teneant. Quare iis contradicentibus a populo vi extorqueri, si fuerit, novam sibi placitam constitutionem legitime posse cludunt.

Quibus opponitur

462. **Thesis XLVIII. Constitutionem legitime st abrogare aut in re essentiali mutare per se neque arbit tudinis neque soli placito supremae potestatis competit, iure ordinario ad universum corpus politicum pertinet, i. e. consensum omnium ordinum civilium, quibus illud se totalitatem moraliter repraesentatur.**

Praenotanda. Supponitur vera *mutatio essentialis* qua talis *intenta* — non perfectior tantum evolutio eiusdem constitutionis. Haec enim pro temporum ratione plerumque quasi sponte et organice consequi solet nec per se ordinariam legislationem et administrationem excedere videtur. — Dicitur *per se* et *ex iure ordinario;* per accidens enim aliquando huius generalis regulae exceptio (de qua infra) ex altiore iuris principio admittenda est. — Porro assertio probanda partim *negationem* partim *positionem* continet.

**Probatur pars negativa.**

*Ad 1. Non competit arbitrio multitudinis* dissentiente toritate publica. Contrarium namque titulo generalis iu esset aperte statuere principium omnis *socialis ordinis subver* Supponeret enim non solum essentialem in omni civitate suprema tiam multitudinis, verum et arbitrarium dominium in *ipsa fun menta* reipublicae, quod ideam supremae civilis potestatis ord excedit; omnem propterea stabilitatem institutionum publi impossibilem redderet et esset quasi *ius revolutionis perman legale.* Ideo et in ipsa republica pure democratica, in qua suprema potestas et ius constitutivum in toto populo resi censetur, ad cavendum tam letiferum malum ipsa lege fundan tali caute provideri solet, ut exercitium illius iuris certis formis adstrictum contra facilitatem abusus muniatur.

*Ad 2. Neque competit auctoritati civili* contradicente populo. ›ritas enim civilis per se solo iure et officio consistit, diri- li corpus sociale iam constitutum ad bonum commune, non luto arbitrio, sed *secundum normas legis fundamentalis* publice et plerumque sollemni sponsione firmatas. Omnis autem ı io auctoritatis per legem fundamentalem plane illusoria t, si illa pro suo placito hanc mutare vel abrogare legi- posset.

Atque haec ratio tum etiam valore non caret, cum forte princeps titulo *primi fundatoris* civitatis a se constitutae eiusdem ıe civile imperium suscepit. Quamquam enim in tali casu ı uitas et grati animi ratio populum subditum suo principi ctori speciali modo devinci postulat, unde et iugis aliqua ] praerogativa, modificandi suo iudicio leges fundamentales, a populo fiducialiter rata haberi possit, *per se* tamen et solo iuris respectu id minime exigitur. Nam, civitate semel legitime constituta eiusque lege fundamentali publice sancita et ab iis, ad quos pertinet, usu recepta, princeps deinceps non alio publico iure et officio nisi *regiminis civilis* fungitur, et qua talis procul dubio et ipse lege fundamentali rite instituta tenetur. Neque refert, quod ipsa haec institutio olim facta dicatur per liberum donum principis. Namque et liberum donum populo collatum et acceptatum donator suo arbitrio retrahere et irritum facere nequit.

463. **Probatur pars affirmativa**: *Ex iure ordinario ad universum corpus politicum pertinet.*

In omni civitate constitutio, quae actu viget, ratione suae originis iuridicae *aut* vero aliquo pacto historico (etiamnum a posteris formaliter agnito) inter populum et regimen publicum erecta et sancita est, *aut* absque ullo pacto historice certo externis cooperantibus rerum adiunctis paulatim et organice inducta vim iuris publici obtinuit. Atqui in utraque hypothesi legitima eius mutatio *communem consensum totius corporis socialis requirit.* Ergo . . .

Prob. min. ad 1. Legitimum contractum sive privatum sive publicum utrimque formaliter agnitum iure ordinario solvi non posse nisi partium contrahentium consensu satis per se liquidum est; quare in hac prima hypothesi, quae quidem realiter rarius contingit, assertio nulla ulteriore probatione indiget.

Prob. min. ad 2. In hypothesi originis organicae t tatis civilis tum legis fundamentalis, qua ea historice con esse coepit, nihilominus constitutio semel legitime inducta publico sancita in ipsa sua continuatione tam arcte et vi cum toto organismo corporis socialis conectitur, ut ratio tum *fidelitatis* tum *iustitiae* vetet eam absque illius sensu communi arbitrarie irritam fieri aut essentialiter mutari. ]

1. Constitutio etiam iure consuetudinario in usum de independenter a modo suae primae originis in ipsa sua ] a continuatione induit characterem cuiusdam publici cont quasi contractus inter regimen civile et civium ordin mul mutua sponsione saltem virtuali iugiter confirmati, quo n ex parte civium fiducia in subeundis publicis oneribus nititur.

2. Omnis eiusmodi constitutio etiam *ratione materiae* intimo et vitali nexu cum sociali organismo totius corporis civilis stabiliter coniungi et quodammodo concrescere solet. Eo ipso enim, quod stabiles iuris normas pro omni activitate publica tum auctoritatis tum civium subditorum continet, innumeras et gravissimas iuris relationes non solum inter regimen et populum, verum etiam inter varios civium ordines producat necesse est, a quibus interna socialis conformatio et iustitiae ordo totius corporis civilis multipliciter dependet.

Unde merito concludimus, etiam in hac altera hypothesi et publicam fidelitatem et iustitiam per se non aliam legitimam mutationem legis fundamentalis admittere nisi in quam cum auctoritate civili civium quoque ordines consenserint.

**Confirmatur** thesis communi fere aestimatione et practico usu gentium, earum saltem, quae christianae culturae influxum et cum eo iustae et ordinatae civilis libertatis conscientiam hauserunt. Haec namque, ubicumque suam genuinam indolem servat, aeque despoticum arbitrium principum atque arrogantis multitudinis temeritatem reprobat [1]. — Illud etiam assertioni nihil detrahere

[1] „Le caractère essentiel de l'esprit chrétien est le respect de la règle et du droit, de tous les droits, des droits de Dieu comme des droits de l'homme, des droits des gouvernements comme des droits des peuples, des droits du passé comme des droits de l'avenir. Le caractère dominant et permanent de l'esprit révolutionnaire est au contraire la passion, tantôt la passion de la licence, tantôt la passion d'une idée fixe et exclusive, devant laquelle s'évanouissent tous les droits qui la gênent et à laquelle tous les moyens sont bons pour se satisfaire" (*Guizot*, L'Eglise p. 167).

ım est, quod aliquando principes, forte parum limitata ›n potestate utentes, sua sponte et suo decreto novam deinco itutionem populo denuntiant, huius libertati ac iuribus is faventem. Nam cum haec proprii iuris cessio ex parte :ipis instar liberi cuiusdam doni habenda sit, populi consensus ıcceptandi voluntas sane haud dubia generatim praesumi potest[1]. l si autem de proponenda mutatione agitur, quae nova onera officia imponat, usui convenit, ut ea suffragiis comitiorum ex io populum repraesentantium subiiciatur, aut etiam pro causae vi e coetus civium ad hoc specialiter electus convocetur, qui populi nomine simul cum auctoritate civili de ea re publicam ationem instituat.

**Thesis XLIX.** **Per accidens, scilicet ob extraordi- ɜt g( em ce atem publicam, suprema civilis aucto- ndo in te aliquam potestatem in ipsam legem m ı a: nit, sive ad eam pro casu particulari ıd t( sus ıd( lam sive etiam, ubi extrema necessitas**

Praenotanda. 1. Quaestio, cui respondet assertio, conratur ut mere *philosophica*, praescindendo ab omni *iure posi*- quod forte eandem rem in antecessum provide definiat. Ubiıe enim, ut passim fieri solet, in ipsa constitutione pro odi casu necessitatis extraordinaria potestas publicae auctoriet regula agendi praefinita fuerit, perspicuum est hunc m constitutionalem, quantum res patitur, omnino esse servandum.

2. Thesis generale iuris publici principium pro sua *obiectiva* veritate enuntiat; quare supponit semper *obiective veram*, non fictam aut falso praetextu exaggeratam illam „urgentem publicam necessitatem", quae non tam iuris extraordinarii fundamentum quam fraudulentam hypocrisin ambitionis despoticae exhiberet. Nequit sane theoretice aliquod criterium statui, quo in omni casu

[1] Secundum eandem hypothesin sane intellegendum est, quod *F. Walter* vertit: „Da die geschriebenen Staatsgrundgesetze sich nothwendig an Bestehende anschliessen und davon ausgehen müssen, so muss auch die Art ihrer Errichtung durch die vorhandene Verfassung bestimmt werden. Wo also das Königthum bereits existirt, können sie nur von diesem ausgehen, sonst schon ihre Abfassung eine Unterbrechung der Continuität des Rechts und (Naturrecht u. Politik § 293).

facile dignoscatur sufficientia vel insufficientia eiusmodi n
tatis. Eius aestimatio ex natura rei iudicio practico sup
potestatis politicae incumbit, cui generatim eo minus in an
sum diffidentiam opponere convenit, quo gravius inde eiu
scientia publica oneratur.

**Probatur I.** Contingere potest, ut ad avertendum im
salutis publicae discrimen remedia ordinaria et intra an
legis fundamentalis auctoritati publicae concessa minime suf
neque tantam moram res patiatur, quanta opus esset, ut
gali huic defectui conveniens potestatis supplementum pr
queat. Atqui in tali discrimine pro omni civili gubernic
dubie valet axioma: *„salus populi suprema lex esto"*. Es
salus publica finis omnis regiminis civilis primarius et n
essentialis, cui omnes legales institutiones ipsaque lex fun
talis suapte natura tamquam media subordinantur; qua
istae in occurrente gravissima et ancipiti collisione secundu
tam rationem illi cedere debent. Ergo intuitu tam ess
finis suprema potestas aliquando legem fundamentalem se
stitutionem, quantum urgens necessitas exigit, iure susp
vel mutare potest.

**Probatur II.** Omnes legum periti facile admittunt rel
leges humanas sive in causa privata sive publica, propter
quaedam adiuncta aut pericula, a legislatore certe neque
neque praevisa, aliquando rationabilem et licitum esse
*keiae"*, qua in casu particulari legis praeceptum ex pr
mente legislatoris actuali obligatione carere censetur (P. I, r
Atqui quod in thesi auctoritati publicae aliquando per a
licere asseritur, aliud non est nisi legitimus usus epieike
spectu legis fundamentalis. Quotiescumque enim non de
cumque vitando rei publicae incommodo vel damno, verum
lute publica contra imminens ruinae periculum in tuto coll
agitur, rationabiliter sane ab auctoritate politica *pra*
*consensus* universi corporis civilis, ut ea omnia prompte
piantur atque exsecutioni mandentur, quae ad capitale pe
efficaciter superandum omnino necessaria videntur, sive
constitutionalibus aliquo modo conciliari queant, sive ea
praetergrediantur. Ergo in dicta hypothesi extraordinariu
modi usus publicae potestatis obiective titulo prudentis epi
sufficienter excusatur.

**Corollaria.**

I. Doctrina in hac thesi proposita, si in suo fundamento conur, apparentem magis quam veram exceptionem a generali ncipio exhibet, quod in thesi proxime praecedente enuntiatum Dicenda est potius eiusdem principii practica applicatio pro urgentis necessitatis. Nam in his quoque adiunctis civile nium non ex iure ordinario publicae auctoritatis ut talis, per „epieikeiam“ *ex rationabiliter praesumpta voluntate totius oris socialis* agere censetur; quae quidem, cum semper ratio- pponenda sit, in salute publica supremam pariter legem scere recte existimatur. Hinc eiusmodi publicae epieikeiae s vulgo „actio salutis publicae“ (rettende That vel [cum aliqua cione politici abusus] etiam Staatsstreich — coup d'Etat) appel- i et [1].

II. Explicita aliqua et sollemnis professio eiusdem principii ex parte gubernii in eo politico usu reperitur, quo, re iam feliciter et cum successu peracta, a conventu repraesentativo populi pro transgressione legis fundamentalis, per accidens necessaria et salutari, per suffragium publicum „indemnitas“ postulatur. Plerumque sane eiusmodi suffragium *consequens* vix aliam nisi formae rationem habet, quia iudicium publicum approbans, non secus ac vulgi opinio, felici ac glorioso successu magis quam ulla alia consideratione determinari solet. Est nihilominus haec usu imposita condicio et praevisa necessitas petendi indemnitatem, si quacumque de causa legi fundamentali per epieikeiam derogatum fuerit, non plane spernenda cautio, qua aliquando levior regentium audacia intra providae sapientiae limites cohibeatur.

466. **Scholium.** Aliud est *theoretice* et in abstracto de iuris condicionibus disserere, quibus legitime aliquando lex fundamentalis mutari possit, aliud *practicam* de hac re regulam statuere. Quemadmodum enim philosophice negari nequit posse aliquando legitimam esse rationem, illam sive modificandi sive mutandi, adeoque penes eos, ad quos pertinet, ius esse intuitu boni communis eiusmodi mutationem consulto intendendi eamque iustis mediis atque intra limites recti ordinis promovendi, ita historica experientia certum est constitutionem populi vel fere ex integro mutatam vel novam quasi ex abrupto et subito inductam, quantumvis ceteroquin secundum formas iuris legitimam, vix umquam

[1] Cf. *Walter,* Naturrecht u. Politik § 295. — Luculenter et bene de eadem re agit *Bluntschli,* Allg. Staatsrecht II, l. 6, c. 20.

reipublicae proficuam, immo non raro valde periculosam acci
Multo magis etiam saluti publicae certissimum damnum imminea
cesse est, si, posthabita omni legitima via, seditiosa politica fact
multuarie innovandae constitutionis negotium sibi arrogaverit et
tempto sapientium consilio sua temeraria placita vi extorquere
caeco experimento in fundamentalem legem rei publicae erigere v
Saeculum certe proxime elapsum abundat experientiae docu
istam veritatem confirment atque illustrent. Ideo iam *Burke* [1], ]
rerum politicarum aestimator, affirmare non dubitavit: „A f
omni continuitate et unitate in societate humana, si umquam invale
ista perniciosa facilitas statum publicum transformandi, quantoties,
radicaliter et quam multipliciter pro vicissitudine opinionum et l
animorum studio placuerit." Idem scriptor alia complura in han
pretiosa monita tradidit, quae potissimum in eodem eius libro de
lutione gallica variis in locis consignata sunt. Et vero,
praeclare exponit, civitatis fundandae, restaurandae vel n
scientia a priori construi nequit, sed experientiam supponit ea
brevem. Innumerae scilicet sunt modificationes, quas civitat
stitutiones recipere possunt; quae vero cuique conveniant, id
ex cuiusvis nationis particulari ingenio et condicione, terrae u,
moribus, introductis iam civium nexibus tum inter se t c
gentibus etc. desumi potest. Ut igitur generalia iurisprude e
cipia recte cuique nationi applicentur, horum omnium diutur
perientia praesupponitur. Hinc duplex oritur

Practica conclusio:

1. Neque veram naturam neque finem civilium constituti
gnoscunt qui promiscue cunctis fere gentibus eandem consti
obtrudere volunt, eo quod hanc a gente aliqua particulari
successu et magno politico fructu usurpari vident.

2. Uti generatim loquendo imprudentiam politicam arguit in
novam constitutionem uno tempore conflare velle, ita pericul
est eam nullo adhibito temporis et experientiae moderamine
subito introducere. Quaecumque enim nova excogitetur constituti
innumeris status anterioris adiunctis atque internis civium relat
intimo et multiplici nexu cohaereat necesse est. Ne igitur intents
ordinis emendatio ab eiusdem destructione incipiat et per infinitas i
et violentias continuetur, iuvat potius praecipuis quae in publicis
tionibus deprehenduntur incommodis et morbis cum verecundia
suaviter et lente mederi, atque ita subitaneae et periculosae m
salutarem potius constitutionis *evolutionem ac progressum* substit

---

[1] Reflexions on the Revolution in France 1790, edit. germ. Gentz

[2] Huc potissimum pertinet, quod *F. Walter* (Naturrecht und

## Articulus 2.

### *De fundamentali lege successionis in specie.*

Societas civilis qua talis non moritur sed inter continuas ionum vices perennis manet; unde simili perennitate auctatem quoque publicam praeditam esse oportet. Ratione autem ti in sola democratia potestas publica, utpote populo iugiter rstiti inhaerens, per se absque interruptione perrennis est; in alia regiminis forma, maxime autem in monarchia, illius itas, ne deficiat, positiva aliqua legis providentia indiget. cum persona principis immortalis non sit, necesse est,

---

§ 291—294) de scriptis legibus fundamentalibus, *quatenus* scilicet, ut plerumque pr sistentium institutionum modificationem et emendationem ex- r animadvertit: „Deshalb dürfen sie (die geschriebenen Staats- ) nicht tiefer einschneiden, als zur Ergänzung eines schadhaften o zur Beseitigung des krankhaften Stoffes nöthig ist; was noch , bedarf der Hand des Arztes nicht. Auf diesem Wege der organi- n ung haben sich die Verfassungen gebildet, die durch ihre Kraft, Dauer vor allem gerühmt werden, die des alten Roms und von England. . . . (Es) müssen die neuen Grundgesetze dem Bedürfnisse, Geiste und Bildungszustande des Volkes genau entsprechen; es muss sich dafür interessiren können und sie in seine Sitten aufnehmen; sonst bleiben sie ein todter Buchstabe. Ganz falsch ist es daher, wenn man die Verfassungsurkunde von einem andern Staate entlehnt, gleichsam als ob ein solches Modell überall passen müsste. Zweitens muss man von der möglichsten Achtung der historischen Rechte ausgehen und solche nicht einseitig als Opfer fallen lassen, weil man sonst der Verfassung gleich von vornherein in den Verletzten Gegner erweckt. . . . Es können allerdings im Staatsleben eines Volkes, besonders durch das Versäumniss zeitgemässer Reformen, grosse Krankheitszustände eintreten, welche tiefgreifende und umfassende Gegenmittel nothwendig machen; jedoch muss man sich auch dann, wenn man etwas Dauerhaftes schaffen will, auf das Nothwendigste und Nächste beschränken und davon die Wirkung abwarten. . . . (Uebrigens) darf man von den constitutionellen Formen und Einrichtungen allein, seien sie auch noch so klug ausgedacht, das Heil eines Volkes nicht erwarten; die Hauptsache bleibt immer der politische Geist der Nation; durch diesen können auch sehr mangelhafte Formen ergänzt werden, nicht aber umgekehrt; es kommt daher wesentlich auf die Erziehung derselben an. . . . (Auch) können durch die constitutionellen Formen die innern religiösen und sittlichen Beschränkungen der Gewalt nicht entbehrlich gemacht werden. Denn wenn zur höchsten Macht Gewissenlosigkeit und böser Wille hinzukommen, auf seiten der Volksvertreter aber statt des Pflichtgefühls Corruption und feile Gesinnung herrschen, so wird trotz aller Gesetze doch mehr oder weniger Willkürherrschaft sein, und die constitutionellen Formen nur zur bequemen Handhabung derselben dienen.“

ut vi alicuius ordinationis stabilis et iuris publici minime
in decedentis locum et potestatem alia persona quam pri
succedat.

Et vero duplici via et ratione id fieri potest, *aut* l
*electione,* qua sive totus populus sive ad hoc deputatum colle
electorum successoris personam designet, *aut* stabili *iure l*
*tatis,* quo potestas intra familiam principis naturali succe
lege iugiter transmittatur. Hinc monarchia aut *electoralis*
*hereditaria* dicitur, prout in ea tamquam lex successionis aut p
cipium electionis aut hereditatis viget.

Neutrum per se iniustum vel alicui naturae iuri cont
immo utrumque *per se* aptum medium est, quo necessarius
finis adimpleatur, nimirum continuitas et perennitas publicae
toritatis. Quod si autem utraque institutio non tam theor
in abstracto, quam in sua *practica et historica* applicatione
sideratur, dubium non est alteram ratione utilitatis publicae
ratim loquendo multum praestare.

468. **Thesis L. Successio in regimine**
**ratim longe felicius secundum principium l**
**cundum principium electionis ordinatur.**

Praenotandum. Dicitur „generatim" seu secundum
ralem humanae societatis condicionem et populorum in
adiuncta externa plerumque et communiter contingen
vero negatur in casu particulari eam alicuius societatis
minis condicionem esse posse, qua principium electionis prae
hereditatis vel opportunius vel etiam necessarium comprob
Aevum christianum eius exemplum clarissimum habet in co
tione „romani imperii", maxime autem in modo successio
premae auctoritatis ecclesiasticae.

Probatur I. *Testimonio historico prope universali popul*
Principium hereditatis ab antiquissimis temporibus passim in
bus populorum receptum et conservatum, immo etiam a toto
timo saeculo, adeo ceteroquin augendis democraticis institutionib
dedito, respectu monarchiae vix umquam repudiatum — mire pr
fecto consentientem hominum persuasionem de practica illius
stantia demonstrat. Quae quidem persuasio admodum im
explicatur dicendo: in ea vestigia contineri patriarchalis vel pat
monialis originis primorum principatuum atque regnorum, in q
bus regiminis successio natura duce cum successione in patriarch

ilia et cum hereditario iure dominii congruebat. Quidquid sit primitivo nexu historico illius communis moris gentium cum rali constitutione societatis domesticae atque herilis, negari potest in illo simul practicum quendam et sapientissimum n naturae rationalis tum divinae providentiae ductum mani-ri.

469. **Probatur II.** *Ex comparativa aestimatione utriusque modi successionis.* Namque utriusque commoda et incommoda politica perpendendo, quae et recta ratio et experientia historica suppeditat, assertio theseos etiam directe sufficienter demonstratur. Sunt autem haec potissimum momenta, quibus monarchia hereditaria prae electorali commendatur[1]:

1. Salutis publicae plurimum interest, ut supremae auctoritatis continuitas quam perfectissime servetur, ac proinde, quantum fieri potest, omnis throni vacatio excludatur; quae si diutius protrahitur, raro magnis incommodis et anarchiae periculis caret. Iam vero huic gravissimo fini sola successio hereditaria suapte natura perfecte accommodatur.

2. Ad conservandam et consolidandam internam unitatem corporis civilis non mediocriter confert, quod auctoritatis publicae perennitas non solum in abstracto agnoscatur, verum insuper in *stabili dynastia* quodammodo in concreto visibilis cernatur.

3. Hinc autem aliud vix satis aestimandum commodum oritur soli successioni hereditariae proprium, nimirum individua illa populi cum sua dynastia coniunctio et quasi concretio, non tam legis quam *animorum* vinculis fundata et pietatis instinctu iugiter nutrita, qua princeps, ubi primum tamquam legitimus heres regnum suscipit, illud illico iam ratione dynastiae historice radicatum et organice firmum reperit.

4. Id ipsum porro salutarem illam communionem et solidaritatem fortunae sive prosperae sive adversae inter regem et populum gignit, qua nullum humanum remedium efficacius, nulla cautio certior adversus tyrannicum potestatis abusum excogitari potest. E contrario rex *electus* et hinc nonnisi personali et transitoria sorte in thronum elevatus, quanto tempore supremam potestatem tenet, plerumque gravissimae tentationi obiicitur, ut

[1] Cf. *Dahlmann*, Politik § 101—103. *Walter*, Naturrecht und Politik § 276—282.

plus aequo *sibi* suaeque familiae in detrimentum rei publicae p spiciat.

5. Princeps *natus* ad regnum futurum a pueritia cong educatione praeparari potest et cum experientia sibi a maio tradita ad illud accedit. Princeps autem *electus* plerumque h novus eiusmodi praeparationis beneficio caret nec raro no ambiguis experimentis maturae experientiae documenta su conatur.

6. Quod si denique pax interna et tranquillitas reipu quaeritur, nemo est, qui non videat eam longe securius in ditaria quam in electorali monarchia exspectari posse. A electionis regii successoris vix non semper magna civium motio, ferventium passionum tumultus partiumque confli fraudulentae machinationes praecedunt et comitantur, odia vidiae et insanabiles discordiae consequuntur nec raro i belli civilis. Quae mala eo magis timenda sunt, quo plures regno conspicuae procerum familiae exstant, quae vel suis d vel in patriam meritis electoribus commendantur. Atque ita ut id ipsum, quod in monarchia hereditaria throno regio et reipublicae praecipuum ornamentum ac praesidium esse solet, in monarchia electorali in magnum potius impedimentum pacis et grave civitatis periculum convertatur.

## Notanda ad solvendas difficultates.

470. 1. In thesi nequaquam asseritur successionem hereditariam ab omni omnino politico incommodo immunem esse, quod manifesta esset exaggeratio. Et sane leviter contemnendum non est, quod illi inprimis obiicitur: eam nullo causali nexu sed plane *indifferenter* ad eum ipsum internum finem referri, ad quem ex se *positive* ordinari deberet, et ad quem revera solum principium electionis suapte natura perfecte ordinatur, nempe *ad constituendum subiectum auctoritatis dignum et regimini aptissimum.* Hanc enim naturae intentionem in omni institutione publicae potestatis per se implicitam contineri, nec raro ab eiusmodi quaestione personali aut summam regni felicitatem aut irreparabilem ruinam dependere. Ut autem tam ancipiti eventui occurratur et il li naturae fini satisfiat, nullum aliud medium per se aptum hom nibus praesto esse nisi *liberam electionem;* principium vero her ditatis vel ideo per se ineptum esse, quod tanti illius boni pla e

ırtam et accidentalem possibilitatem omnemque prosperum entum a felici casu exspectandum relinquat; nam etiamnunc ' ım esse, quod iam *Aristoteles*[1] monuit, accidere posse, ut „regi ı inepti filii nascantur, quos regnare perniciosum esse".

Sit igitur hoc grave incommodum, dempta tamen exaggeratione qua exornari solet, revera hereditariae monarchiae inhaerere, non propterea proposita assertio labefactatur, nisi simul probetur illud politice *maioris fieri* debere quam cuncta gravissima incommoda et pericula, quae regis electionem necessario comitantur, simul autem plurima et maxima commoda politica, quibus aliunde hereditaria successio teste historia excellit, propter illud *unum,* quo a perfectione deficit, penitus elidi et, seposita omni practica ratione politica, spernenda esse. Quis autem sano hominis iudicio talia persuadebit?

Sunt praeterea *duo* in hac re probe notanda:

a) Fictio est abstractione fulta mere ideali, qua supponitur ope electionis semper aut plerumque optimum ac dignissimum virum regno potiri, cum longe frequentius ambitio potentior aut in arte demagogica versatior omni genere corruptionis ac fraudulentae sollicitationis eiusmodi victoriam celebret.

b) Propterea, si sobria mente res in concreto spectatur, generatim populus non ideo peioris condicionis dicendus est, quod non a multiplici humanarum passionum lucta sed e manu divinae providentiae (caecus enim „casus" inter christianos excluditur), a supremo rerum gubernatore, a quo omnis potestas descendit, cum religiosa fiducia suum regem exspectat. Estque hic sensus religiosae dependentiae a Deo, qui novit et nativitatem regii successoris ad sapientissimos fines, aliquando quidem ad benedictionem et consolationem, aliquando vero etiam ad salutarem castigationem (cf. Os. 13, 11) disponere, longe felicior ac pretiosior populi hereditas, quam superba illa sui sufficientia, quam recens naturalismus politicus inspirat.

471. 2. Sed dices *S. Thomam* satis aperte monarchiam non solum aristocratice et democratice temperatam sed insuper *electoralem* tamquam optimam regiminis formam commendare. Ita enim s. Doctor[2] scribit: „Optima ordinatio principum est in ali-

[1] Polit. l. 3, c. 15 (1286 b. 24).
[2] S. theol. 1, 2, q. 105, a. 1.

qua civitate vel regno, in quo unus praeficitur secundum vi
qui omnibus praesit; et sub ipso sunt aliqui principantes
dum virtutem; et tamen talis principatus ad omnes pertinet, t
quia ex omnibus eligi possunt, tum quia etiam ab omni
guntur. Talis vero est omnis politia bene commixta re
in quantum unus praeest, ex *aristocratia,* in quantum multi p
cipantur secundum virtutem, et ex *democratia,* i. e.
populi, in quantum ex popularibus possunt eligi principes et
populum pertinet electio principum." — Quod igitur di r in
tali optima ordinatione unum praefici *„secundum virtutem"*,
manifeste insinuari videtur id fieri per *electionem* etiam
principis seu regis, non solum principum subordinatorum.

Ita sane, si haec verba sola et a suo contextu seiuncti
leguntur. At vero, ut vera mens S. Thomae ea de re hau-
riatur, *totus* legendus est articulus, qui inscribitur: „Utrum con-
venienter lex vetus de principibus ordinaverit", et qui inte
multa alia etiam hunc locum continet. Itaque quemadmodum i
quaestio 105 de lege veteri et quidem „de ratione iudi
praeceptorum" veteris legis agit, ita totus hic articulus nihil
directe intendit nisi iustam ostendere veteris legis ordina
de principibus populi Ex. 18, 21, Num. 11, 16 et Deut. 1, 13
Ad hunc igitur finem angelicus Doctor pro more suo ab
generali principio proficiscitur, quod in diiudicanda conveni
illius ordinationis merito ut quaedam norma rectae rationis
possit. Et hic quidem utitur supra dicto principio *philo* ic
*politico,* partim sequens vestigia Aristotelis (Polit. l. 3, c. 5), q
citat et a quo etiam istam expressionem „secundum vir
(*κατ' ἀρετήν*), quae illi et alibi vulgaris est, assumpsisse vid
Dein in particulari ostendit huic ipsi principio illam ordinatio
veteris legis satis perfecte congruere atque hinc revera eius co
venientiam intellegi. — Iam vero tale ratiocinium omnino v
tate careret, si in principio generali illud verbum *„secun*
*virtutem"* summum principem exclusive *per homines eligendum e*
supponeret. Nam neque Moyses neque Iosue neque post
iudices, qui sub Deo supremo rege principatum tenebant in
pulo Israel, tali electione sed divina ordinatione constituti su
ut ipse *S. Thomas* ibidem exponit et explicite subdit: „Ideo eti
electionem *regis* non commisit Dominus populo, sed sibi res
vavit, ut patet Deut. 17, 15: Eum constitues regem, quem I
minus Deus tuus elegerit."

Ceterum sententia. allata s. Doctoris, etiam in sensu obiectionis accepta, principium continet *per se philosophice verissimum* et, verificata eius suppositione („secundum virtutem"), etiam politice tutum. In societate autem civili, qualis *realiter* exsistit, praecipua difficultas, plerumque fere insuperabilis, in ipsa illa condicione adimplenda sita est. Unde nihil impedit, quominus institutio *theoretice* et philosophice optima, *practice* tamen et politice minus commendetur.

## Articulus 3.

### *De „systemate constitutionali"*.

### § 1. Praeviae notiones historicae.

472. Vulgare „constitutionis" vocabulum ab exeunte saeculo XVIII in iuris publici scientia a suo nativo et latiori significandi ambitu ad *specialem* et arctius definitam significationem transferri coepit. Et vero „constitutio" hoc novo sensu accepta non iam qualiscumque legis fundamentalis forma sive scripta sive non scripta, qua unaquaeque societas civilis suum proprium exsistendi modum tenet, vulgo appellari solet, sed in specie definitum scriptumque *complexum quarundam fundamentalium institutionum* denotat, quae, secundum theoreticam normam in unum politicum systema coniunctae, ope cuiusdam aequilibrii virium id quodammodo mechanice efficiant, ut usus potestatis despoticus excludatur et quam maxima populi civiumque libertas cum ordinato quolibet etiam monarchico regimine apte concilietur. Itaque pro hac sua indole *artificiali* etiam „systema constitutionale" audit, cui in iuris scientia respondet „ius publicum constitutionale".

Huic commutationi primum impulsum praebuit *Montesquieu*[1] (1689—1755) notissimo suo opere „De l'esprit des lois", quod primum 1748, magis completum 1757 et deinceps innumeris editionibus vulgatum est. Iste vir studiis historicis et ethnologicis addictus, cum multas Europae partes itineribus lustrasset ac praesertim in Anglia diutius commoratus esset, suarum observa-

[1] De ideali cognatione trium virorum *Machiavelli*, *Locke* et *Montesquieu* in rebus politicis et de eorum cooperatione ad *ideam „Liberalismi"* successive exsequendam: ad totam scilicet vitam politicam a Deo et divina lege emancipandam, principio autem *materialistico* utilitarismi informandam — enucleatius scripsimus in libro: „Die Grundsätze der Sittlichkeit u. des Rechts n. 188—199.

[illegible] inde hauserat, simul cum propriis philo-
[illegible] in unum denique quasi fasciculum collegit,
[illegible]ematico ordine digestum. Ita non paucas novas
[illegible]tidiem semina politicae reformationis in Gallia
[illegible] suscepta. quo latius eo tempore iam animorum
[illegible]ipathia, nec non critica iudicia et anonymi
[illegible] absoluti regiminis abusus serpebant. Prae
[illegible] partibus magnum politicum influxum unicum
[illegible] 11. c. 6, quo auctor *politicam constitutionem*
[illegible] exemplar felicissimi regiminis civilis commen-
[illegible] nisi imperfecte genuinam eius naturam et
[illegible]er realia eius elementa penetrasse videtur.
[illegible] veluti *unum* aliquod ideale systema in-
[illegible] sed per complura saecula ex multis internis
[illegible]finibus tamquam forma historice et organice
[illegible] genti in individuo propria succreverat[1].
[illegible] partim erronea aestimatio eiusmodi idealis
[illegible] primum feliciter inventae, effectum psy-
[illegible] lectoribus libri nil retardabat. „En, quo
[illegible] hanc vocem deinceps innumeri consentie-
[illegible] est, nisi ut exemplar, quantum fieri potest,
[illegible] Et ipse quidem Montesquieu, licet in eodem
[illegible] uniuscuiusque regionis leges et institutiones
[illegible] eius natura et indole determinari, nihil
[illegible] quominus ex *uno facto historico* constitutionis
[illegible] *universalem* aliquam theoriam constitutionalem
[illegible] instar dogmatis politici venerandam.

[illegible] pertinet eius theoria de *divisione et separatione*
[illegible] quae in omni civili regimine distinguitur, sci-
[illegible] *exsecutivae* et *iudicialis*, in eaque *funda-*
[illegible] systematis constitutionalis agnoscenda est
[illegible] singulas eas potestates conveniens illud aequi-
[illegible] quo solo in favorem communis libertatis civili
[illegible] suae iustae activitatis et efficaciae tut
[illegible] ex peculiari distributione illius triplicis pote

[illegible] Die englische Verfassung. Freiburg i. Br. 1882. –
[illegible] periodos in historica evolutione constitutionis Anglia
[illegible] Philosophia moralis p. 708.
[illegible] l. 1. c. 3.

inter regem et populi ordines, qualis obiter consideranti exemplari Angliae constitutione apparebat, aliud insuper docum politicum summi momenti quasi sponte se offerebat, nium practica methodus, salva monarchia hereditaria, *principium matiae populi* sin minus formaliter, tamen *realiter* sanciendi. namque praxis constitutionalis Angliae theoriam democraticam ii satis fideliter iam exhibere videbatur. Cum igitur Montesi non solum ut historicus sed magis ut philosophus ad interandum ius publicum Anglorum accederet, suorum philosopheim inde argumenta petiturus, mirum non est eum in aestimarerum non raro a simplici et obiectiva veritate aberrasse[1].

---

[1] *Rob. v. Mohl* (Geschichte und Literatur der Staatswissenschaften II [1856], 38 sq.) de huius viri influxu in posteriorem „literaturam" de iure publico Angliae ita scribit: „Montesquieu . . . führt (in l. 9, c. 6) den Satz durch: Warum sich theoretisch abmühen mit der Aufsuchung der besten Verfassung, da sie thatsächlich bereits besteht, und zwar in England? In diesem Staate ist einmal Trennung der Gewalten, und zweitens findet eine wohlgeordnete und dieser Trennung entsprechende Theilnahme des monarchischen, des aristokratischen und des demokratischen Elementes an der Leitung des Staates statt. Diese Auffassung wird dann ohne tieferes Eingehen in die Einzelheiten und ohne Beachtung des positiven Rechtes in seiner thatsächlichen Wirklichkeit, ja selbst unter Einmischung geradezu falscher Sätze, aber mit grosser Zuversicht, in glänzender Darstellung und mit grossem Lobe der Engländer weiter entwickelt. Die neue Lehre galt den Zeitgenossen fast als eine Offenbarung. Namentlich in England selbst wurde sie mit dankbarer und selbstgefälliger Zustimmung anerkannt. Man fand sich geschmeichelt, das Ideal einer Staatsverfassung zu besitzen . . ., es wurde der Grundgedanke aller wissenschaftlichen Bearbeitung. Dies kann nicht anders denn als ein wirkliches Unglück angesehen werden. Es ist allerdings wahr, Montesquieu hat das Verdienst um das englische Staatsrecht, dass er dasselbe unter oberste staatsrechtliche und politische Grundsätze stellte, . . . während es bisher nur als ein Aggregat positiver, wunderlicher und nirgends sonst in der Welt bestehender Gewohnheiten und Einrichtungen betrachtet worden war. . . . Allein leider ist dieses Verdienst mehr als aufgewogen durch den falschen Gedanken, welcher der ganzen neuen Auffassung zu Grunde liegt und dessen Annahme und Durchführung dem richtigen Verständniss der englischen Staatsrechte unendlich geschadet hat. Es ist eine der Sünden Montesquieus, dass er die Verfassung Englands als ein schlagendes Beispiel seiner Theorie darstellte und dessen Einrichtungen auf ein Prokrustesbett legte, um eine Gewaltentrennung und eine entsprechende Theilnahme von Monarchie, Aristokratie und Demokratie aus den Thatsachen herauszufoltern. Dadurch verführte er denn auch seine Nachtreter, an der Wahrheit vorüberzugehen und Verkehrtes und Erzwungenes an deren Stelle zu setzen. Die wahre Aufgabe war, zu zeigen, wie hier ein Lehensstaat durch fortschreitende staatliche Bildung des Volkes in einen

nai nque societatem secundum ideam philosophicam mere abs-
n funditus reconstruendam proponeret. Nihilominus negari
potest utrumque virum, etsi inaequali cooperatione et in-
n, alterum magis indirecte alterum directe, revolutionem galli-
r iter praeparasse. Ipsi namque patroni monarchiae con-
ıalis huius ideam, primitus ab exemplari anglico depromptam,
ı gis praevalentibus principiis Rousseavii accommodabant[1];
ı insigne specimen exstat in constitutione anni 1791 aperte
cratica cum ornamento monarchico satis superfluo ac fere
lo, quapropter a nativitate mortua mansit. Eam excepit
ɔlica parricida, rempublicam autem dictatura et personale
ium Napoleonis titulo salutis publicae et nationalis volun-
Quare toto hoc temporis intervallo idea constitutionalis
nis a Montesquieu delineata, tametsi non exstincta, mortuae
t ı similis in Gallia latere coacta est.

:tra Galliam vero iam a secundo decennio saeculi XIX
n idea in reconstruendis variis civitatibus vel regnis, quae
nationales commotiones illius temporis subierant, aliquam sui
am iterum exercuit, plerumque tamen non iam pura sed
mentis constitutionis gallicae anni 1791 commixta. Huc
enda sunt experimenta constitutionum plus minusve transi-
ı in *Sicilia* (1812), in *Hispania* (1812), in *Lusitania* (1822), cui
ı anno 1826 rex *Dom Pedro* novam constitutionem substituit
potestati magis faventem et in qua non tres sed *quattuor*
ici regiminis potestates enumerantur: 1. *legislativa* collata re-
ɔntationi populi sub sanctione regia; 2. *potestas moderatrix,*
e regi ut supremo capiti competit ad sustentandam harmoniam
r reliquas omnes politicas potestates; 3. *exsecutiva,* quae regi
i. e. regio ministerio attribuitur; 4. *iudicialis,* quae ab indepen-
dentibus tribunalibus exercetur. Eandem fere constitutionem mox
et Brasilia imitata est.

[1] Id v. g. satis manifestant scripta politica *Sieyes* et aliorum complurium scriptorum sub finem saeculi XVIII, ut *Target, Condorcet, Gudin* etc. Quam quidem conversionem opinionis publicae ad plenam democratiam non tantum theoriae Rousseavii, sed etiam practico exemplo modo nascentis reipublicae americanae attribuendam esse censet *Bluntschli,* Allg. Staatsrecht I (1857), 372: „Die Rousseausche Theorie von der Volkssouveranetät und den zwei Gewalten, und das Vorbild der nordamerikanischen Constitution, welche eine *constitutionelle Demokratie* mit drei unabhängigen, aber durch die Einheit des souveränen Volkes zusammengehaltenen Gewalten ins Dasein gerufen hatte, übten auf die Geister der Franzosen einen stärkern Einfluss aus als die englische Verfassung."

Nihilominus a Gallia potissimum, sicuti primus impulsus pri que practicus conatus, ita et progressus et perfectior theo evolutio systematis constitutionalis indeque prope universa Europam propagatio processit. Facta restitutione regni l vicus XVIII volens civiles libertates, quas tempus et opini blica postulabat, cum recuperato iure historico coronae conci ex sola plenitudine suae regiae auctoritatis tamquam lib donum novam legem fundamentalem vulgo *„chartam“* (1814) mulgavit. Et haec quidem forma aliquam similitudinem anglica constitutione referebat, huius autem spiritum imita minus poterat, quod ea non Anglis sed mobilioribus Gallis in sinu revolutionis adultis proponebatur. Relativa tamen stabi „charta“ non caruit, utpote quae etiam anno 1830 everso histo legitimitatis throno sub Ludovico Philippo usque ad annum etsi in nonnullis modificata, essentialem tamen mutationem subiit. Partim eius influxu et exemplo in Germania quoque, pri meridionali, repraesentativae constitutiones, *integre tu vato monarchico principio,* institui coeperunt, ut in Bava in M-ducatu Badensi 1818, in regno Württembergensi 181 M-ducatu Hassiae 1820, in aliis partibus Germaniae nonnisi motus politicos anni 1830, ut in regno Saxoniae 1831, in Hannovriae 1833, constanter interim respuentibus et Austr Borussia istam politicam novitatem fere usque ad popula multus anni 1848. A medio autem saeculo XIX, ubicumqu gradum civilis culturae licuit, monarchia constitutionalis iam omni alia monarchiae forma dominium obtinuit.

473. Itaque utcumque aliquis philosophice et critice de hoc novo systemate senserit, ipsum hoc factum historicum pletum qua tale a philosophica scientia iuris publici neque ign neque ut eventus fortuitus et a providentiali ductu supremi G natoris rerum alienus considerari debet. Mirum propterea nequit, simul cum externo illo systematis progressu mox in crescentem numerum voluminum prodiisse, quibus variarum ge scriptores pro sua fere quisque politica indole novum *„ius cum constitutionale“* systematice construere conarentur[1]. O autem istae theoreticae constructiones spiritu, a quo proce non parum inter se differunt ac diversam faciem exhibent,

[1] Copiosam ea de re „literaturam“ perlustrat *Rob. v. Mohl*, Gesc und Literatur der Staatswissenschaften I (1855), 293 sqq.

il idea democratica aut monarchica, aut aristocratico-demo-
i aut aristocratico-monarchica praedominatur. Ex *duobus*
*talibus elementis,* quibus systema Montesquieu componitur,
icet 1° divisione potestatum et 2° harmonica mixtione *triplicis*
regiminis, monarchici, aristocratici, democratici, multi
ptores, praesertim sub immediato influxu gallicae Revolutionis
i, fere *primum* tantum ut maxime essentiale considerant,
*um* vero, utpote suo civilis aequalitatis principio contrarium,
*uso omni elemento populi aristocratico* mutilant, *aequalium civium*
itudinem veluti anorganicum acervum atomorum alicui centro
hico coniungentes. Alii vero, maturescente paulatim politico
io, in illo *primo* elemento debiliorem partem totius systematis,
nimirum experimentum opportunitatis quam verum prin-
n philosophice et historice probatum agnoscentes, in *altero*
elemento excolendo praecipuam operam collocare coeperunt.
denique quorum aestimatione monarchia constitutionalis
e natura aliud non est nisi necessaria aliqua *intermedia*
in invincibili, ut putant, populorum tendentia versus futuram
craticam rempublicam simulque eorum ad hanc suscipiendam
a et paedagogica praeparatio. Quibus isti principiis suum
publicum constitutionale informatum velint, dicere super-
n est. Nihil quippe magis inculcant quam essentialem
ematiam „nationis", a qua tamquam communi fonte omnis
in regno potestas descendat, atque ita aperte socialismo prolu-
dunt. Contra quicumque monarchiam constitutionalem tamquam
veram et tempori consentaneam emendationem absoluti regiminis
commendant, ita illam theoretice et practice instituere nituntur,
ut veri nominis monarchia permaneat, tametsi in usu regiminis
lege fundamentali temperata et cirumscripta; et hac quidem
condicione constitutionalem monarchiam non solum per se sta-
bilem et ad fines publicos ordinate prosequendos efficacem,
verum et hac aetate generatim ceteris formis praeferendam esse
confidunt.

Sunt autem, ut diximus, imprimis scriptores Galli, qui theoriam constitutionalem a tertio fere decennio saeculi XIX diligentius excolere coeperunt, inter quos praesertim nominandi videntur *B. Constant* [1],

[1] Collection complète des ouvrages publiés sur le gouvernement représentatif ou Cours de politique constitutionnelle. 4 voll. (ed. 2 Paris. 1820). Vol. I: „Esquisse d'une constitution."

*Guizot*[1], *Rossi*[2], *Daunou*[3], *Schützenberger*[4], alii, qui etsi in se varie differunt, plurimum tamen ad evolutionis et perfectic gradum, quem ista theoria in scientia iuris publici hodie occu suis scriptis contulerunt[5].

## § 2. Critica systematis aestimatio.

### A. Consideratio generalis.

**474.** Systema constitutionale, licet in sua practica appli non paucas variationes admittat atque ita quodammodo mult plex videri possit, habet tamen inter has etiam varieta specificam unitatem non solum ratione communis originis idealis verum et ratione theoriae fundamentalis, quae latiore n mine *„moderni constitutionalismi"* vulgo comprehendi solet.

Huius autem *communis et quasi essentialis character*, q quam pro variis adiunctis vario gradu evolutus, etiam nunc idem dicendus est, quem iam a Montesquieu praelineatum mus. Ad *tria* videlicet fundamentalia theoriae capita r quorum *primum* est generale *principium* quod vocant *„dit potestatum"*, vi cuius politice nefas esse ducitur triplicem statem, legislativam, exsecutivam, iudicialem, umc am eodemque subiecto (sive principe sive collegio) simul

[1] Histoire des origines du gouvernement réprésentatif t. I. II. Bru et Leipzig 1851.

[2] Cours de droit constitutionnel. Paris 1836.

[3] Essai sur les garanties individuelles, que réclame l'état a de société. Paris 1819. Cf. *Cherbuliez*, Théorie des garanties c t. I. II. Paris et Genève 1838.

[4] Lois de l'ordre social t. I. II (1850).

[5] Cf. *Rob. v. Mohl*, Geschichte u. Literatur der Staatswissenschaften I, „Französische Staatsrechtslehrer sind es gewesen, welche die Theorie . . . durch Volksvertretung beschränkten Fürstenthumes vollständig ausbil so zwar, dass in dieser Richtung kaum eine weitere Vervollkommnung treten möchte. Man mag den ganzen Gedanken aus theoretischen oder p tischen Gründen, bedingt oder unbedingt, verwerfen; allein w er zugeg ist, so müssen die Begründungen und Entwicklungen von B. Co , ( Rossi, Daunou, Schützenberger u. v. a. als in sich vollendet erk v Dass unter diesen Schriftstellern etwas verschiedene Abschattungen tin und zum Beispiel Constant der Gleichheit und negativen Freiheit hr hold auf den Mechanismus der Staatseinrichtungen mehr hält, als wie zum Be die sogenannten Doctrinairs, also Guizot, Cherbuliez, Rossi u. s. w., ander Wesen nichts."

e aut ab eo quoad exercitium dependere; contra positive tur, ut scripta conventione inter regem et populum publice ita (constitutione) potestas *exsecutiva* regi, *legislativa* principa- toti populo legitime repraesentato, reservata tamen regia ctione, tribuatur, *iudicialis* autem utrique coordinata et sub legum quoad exercitium ab utraque quantum fieri possit pendens subsistat.

*Alterum* theoriae caput praecipit harmonicam *mixtionem tri- is formae regiminis.* Huic ut satisfiat, repraesentatio populi mbra complectitur, *collegium procerum,* elementa populi cratica et quasi-aristocratica in se continens, et *collegium de itorum* civium suffragiis electorum, elementum suapte natura iocraticum exhibens.

*Tertium* denique momentum, quo constitutionalis theoria di- uitur, est ipsa *ratio finalis,* quam tota haec dispositio proxime t et a qua communem suam normam et mensuram habet. Finis namque immediate propositus est: *externas et quasi mecha- nicas stabilire condiciones aequilibrii* inter varia studiorum et virium momenta, quae in omni corpore politico naturaliter sibi opponi et sese mutuo a libera expansione impedire solent, qualia imprimis sunt, ampliandae potestatis studium in rege, ambitio et tenax privilegiorum custodia in proceribus, iugi impatiens et vigil zelus libertatis in promiscua civium multitudine. Ideo enim coer- cendae regiae potestati repraesentatio legislativa populi, in hac ipsa autem elemento per se democratico et progressivo collegii depu- tatorum elementum aristocraticum et conservativum collegii pro- cerum, utrique iterum frenum regiae sanctionis opponitur. Ipse rex in suis actibus publicis adstringitur consilio Ministrorum, qui cum ipso exsecutivum gubernium constituunt. Sunt quidem ministri regis, non populi, et qua tales a rege et eliguntur et dimittuntur; attamen ne rex, cuius persona tamquam immobile centrum totius publicae auctoritatis sola inviolabilis et sacrosancta habetur, ar- bitrarie suorum ministrorum opera uti possit, hi etiam populo repraesentato, ubi postulatum fuerit, rationem reddere debent. Immo vero eadem ratio aequilibrii partim usque ad materialia potentiae subsidia extenditur. Nam quoniam exercitus suapte na- tura exsecutivae potestati adeoque regis imperio subordinatur, per theoriam constitutionalem perfectius evolutam provisum est, ut et populus non plane inermis illi subiiciatur. Ad hunc finem

*Guizot*[1], *Rossi*[2], *Daunou*[3], *Schil*[illegible] civium armatorum (garde
se varie differunt, plurimum tam[illegible] populi iura constitutionalia
gradum, quem ista theoria in [illegible] urbibus in sustentando vel
suis scriptis contulerunt[5]. [illegible] praesidium supplere. Haec
[illegible] neglegi solet, ubicumque ipse
[illegible] armatum repraesentat, eo quod
[illegible] ex omni ordine civium conscrip-
A. Con[illegible] militari officio defunctam negotiis

**474.** Systema constitution[illegible] armorum usum iugiter exer-
non paucas variationes adm[illegible]
plex videri possit, habet [illegible] iudicium merito enuntiari potest:
specificam unitatem non [illegible] **[illegible]ma constitutionale" quod vulgo**
idealis verum et ratione [illegible] **[illegible]a sanis principiis socialibus nulla-**
mine *„moderni constitutio*[illegible] **[illegible]men abnormi societatis civilis, qui**
Huius autem *comm*[illegible] **[illegible]itabatur, per decursum saeculi XIX**
quam pro variis adiunc[illegible] **[illegible]ractica utilitate neque relativa oppor-**
idem dicendus est, qu[illegible] **est.**
mus. Ad *tria* videlic[illegible] interim examine critico de parti-
quorum *primum* est [illegible] *prima* pars theseos generale tantum
*potestatum*", vi cuius [illegible] totius systematis continet, *altera*
statem, legislativam [illegible] [illegible]orem considerat, quatenus „generatim
eodemque subiecto [illegible] potest. Assertio enim non omnem ex-
[illegible]lari excludit, praesertim cum talis
[illegible] per rationes ipsi systemati externas
et Leipzig 1851. [illegible] adiunctis fundatas.

[1] Histoire des [illegible]
[2] Cours de [illegible]
[3] Essai sur [illegible] principiis socialibus nihil magis per
société. Paris [illegible] [illegible]trarium esse intellegitur, quam leges
t. I. II. Paris [illegible] [illegible] principia *materialistica* corpori sociali
[4] Lois de l'[illegible] propria applicari. Atqui systema con-
[5] Cf. [illegible] *se materialistica* ordinando et regendo
„Französische [illegible] [illegible]uic consentanea methodice applicat, licet
durch Volksver[illegible] [illegible] ex potiore sua parte pertineat ad mun
se zwar, da[illegible]
treten [illegible]
tischen [illegible]
let, [illegible] [illegible]cipia socialia eatenus sana et philosophic
Rossi, [illegible] [illegible]tenus in genuina natura societatis humana
Dass [illegible] [illegible]s humana essentialiter rationalis est, ut
und [illegible] ex morali unione hominum rationaliu
auf [illegible] [illegible] principiis socialibus per se contrariu
die [illegible] [illegible]aturae mere materialis vel sensualis reger
Wesen [illegible]

te in aliqua societate per
a rationalis naturae sub na-
ax et quasi suffocata iaceret.
s est convenientibus remediis
ersalia principia depromi possint.

ficit hos potissimum characteres
utionalismi superius descripta mani-

rginis et primorum auctorum totum sy-
ad immerito praesumi potest aliquo modo
philosophiae illius naturalisticae et partim
quae saeculo XVIII ex Anglia potissimum
scientias morales et politicas ab ideis et normis
magisque emancipare et profanare suscepit.
influxum cum multis suis coaetaneis etiam Montes-
scripta testantur, abunde hauserat.

dum idem systema suprema auctoritas civilis eo ipso,
ipsius legiferae potestatis in factores diversos et
asi aemulos distrahitur, saltem *externe* illo sancti-
ctere exuitur, quo *tota* censetur non ex humana sed
mmissione, neque secundum arbitrium mere humanum
paliter secundum praefinitas divinae sapientiae et iustitiae
Dei nomine rempublicam ad verum commune bonum

onstitutionalismus (saltem si mere *theoretice* et *logice*
ur) fere negative tantum et *per se* indifferenter se habet
civilis regiminis ex obiectivo naturae ordine *positive* pro-
n; nihil enim aliud *per se* intendere videtur, nisi im-
ominus exercitium potestatis a formis constitutionalibus
quamquam *practice* hanc abstinentiam sibi *logice* pro-
citer superare solet.

ectato similiter fundamento *logico,* cui systema theore-
struitur, pessimistica quadam aestimatione supponuntur
li homines tum hominum classes non tam lege conscien-
orali officio sincere prosequendi boni communis, quam
egoismo duci atque in sua propria amplificanda com-
ri, quantum viribus pollent neque externis obstaculis
Quae societatis humanae aestimatio manifeste a philo-
obbesii manavit.

5. Ideo varia in civitate agentia, quae in actus publicos quem influxum exercere valent, proxime saltem ac princi non tam ut motores rationales considerantur, quorum comm rectio sit *lex moralis* divinitus sancita et per totius populi c tiam publice agnita, sed potius tamquam *vires physicae* et m mechanica computantur, quorum aliud factum resultans exs nequeat, nisi quod respectivae potentiae quantitati proporti

6. Huic igitur materialisticae hypothesi artificialis mech accommodatur, cuius propria functio est diversas et o egoisticas expansiones mutua frictione compescere atque ita internum corporis politici aequilibrium stabilire.

**476. Probatur pars II.** In hac parte non tam doctri quam factum experientiae asseritur per se satis manif quod ii etiam infitiari nequeunt, qui interna systematis vi abstracto exaggerant. Praeterea autem eiusdem facti ratio ex rerum ac temporum adiunctis sat facile potest. Quis optimo et ideali statu, quem per insuperabiles externas diffi tates adipisci nequeat, aliquam condicionem longe imperfectiorem (artificialiter ad tempus illi surrogatam) non libenter accepta aut non relative utilem et opportunam iudicet, si ea interim inserviat ad gravissima mala, quae alias certo ingruerent, feliciter arcenda, simulque spem faciat, fore ut imperfectum paulatim transitum ad perfectius praebeat? — Talis autem relativa utilitas et opportunitas merito praedicatur de repraesentativa et constitutionali monarchia, quae, repudiato regimine absoluto, fere ab ineunte saeculo XIX magis magisque invaluit.

Status societatis civilis, qualis nominatim in Gallia per decenni magnam Revolutionem praecedentia apparuit, nihil minus sane quam normalis et sanus erat. Et primo quidem gravis ille *morbus politico-socialis* notandus est, qui magno suo nec transitorio influxu iam ipsum vitalem organismum corporis socialis sensim vitiaverat. regium dico *absolutismum*, qui regimini monarchico sincere christiano et salutari. partim Macchiavellio praeceptore, partim exemplo caesareopapismi principum ab unitate Ecclesiae dissidentium, paulatim sese substituit, illius interim sacris insignibus per hypocrisin sollicite se exornans. Quemadmodum autem in vitali corpore individuo, ita et in corpore sociali omnis morbus organismo infestus salutarem naturae reactionem provocare solet. Similem aliquam reactionem procul dubio illa politica studia per se signabant, quae

*uieu* in excogitandis industriis versabantur, quibus
*il* et *iusta civilis libertas* contra absolutum *arbitrium* in
c lo entur. Non sane, prout ante omnia opus erat, reac-
n iritus libertatis christianae contra eius politicam nega-
n medendi conatus exhibebat, sed in forma constitutio-
i r edium fere mechanicum parabat. Id ipsum tamen non
i aliquo fundamento, quod *alius* morbus non minus gravis
em corporis socialis suppeditabat, *morbus* scilicet *moralis,*
bo politico-sociali superadditus. Ex quo enim pseudophilo-
ia illi suum virus impietatis et lasciviae morum per materia-
theorias innumeris canalibus instillavit et magnam partem
christianae hereditatis corrupit, etiam viscera societatis,
spiritu christiano informata, in dies magis dominium impii
aralismi subire coacta sunt. Huic igitur statui *abnormi* cor-
socialis mechanismus constitutionalis natura sua satis ana-
et consentaneus apparuit.

Multo magis autem post magnae Revolutionis ruinas eadem institutio practice quidem commendari videbatur. Nam cum revolutionis turbo simul cum exoso absolutismo ipsam quoque historicam monarchiam funditus evertisset, corpus politicum non iam morbo tantum sed letali vulnere decubuit. Magis fere post haec resuscitatione quam sanatione opus erat. Quominus autem eiusmodi resuscitatio ex vero et ideali fonte vitae socialis, ex spiritu christiano et christianis principiis in his rerum adiunctis sperari posset, obstabat duplex materiae socialis incapacitas: altera *moralis* illa, de qua supra dictum est, adhuc permanens et aucta, altera *socialis*, per violentam *dissolutionem organicae structurae societatis inducta.* Hanc mortiferam dissolutionem ipse regius absolutismus iam dudum systematice promoverat, omnem fere vitalem autonomiam *membrorum,* quibus totum corpus civile historice constabat, in favorem omnipotentiae *unius centralis voluntatis* absorbens. Idem opus destructionis, primum nomine *absolutismi* coeptum, mox revolutio nomine *principii aequalitatis civilis* complevit, adeo ut deinceps non iam corpus civile organicum et qua ale vivens, sed *numerus* aequalium atomorum glorioso nomine nationis" appellaretur. Atque hanc infelicem societatis conicionem etiam ferreus caesarismus gubernacula „nationis" arriiens continuavit potius quam diminuit, tametsi beluinos revoitionis instinctus forti manu compescens ordinatae alicui politicae estaurationi viam parabat.

Iam vero consideratis his omnibus rerum adiunctis vix paret, quis alius politicae restaurationis modus sive *rebus acc datior* sive reipublicae *relative utilior* tentari potuisset, institutionem *constitutionalis et repraesentativae monarchiae.*

Restitutionem antiqui regiminis absoluti „publica opinio" horruit. Verum ne nova institutio ab historicis fundi tus avelleretur atque ita a praecipua stabilitatis condic cideret, plurimum intererat, ut saltem forma monarchi e fragio salva maneret. Huic igitur ut reconciliarentur civium necesse erat eam ab omni specie absolutismi exutam legis fundamentalis publica populi cooperatione temperat proponere. Et populi quidem repraesentatio, quamdiu fere mero tantum aequalium civium constabat, non poterat imperfectissima, i. e. valde incerto et variabili *numero* su rum electa, sed erat interim *sola* possibilis et ad finem pr melior quam nulla, simulque in futurum secundum pr organicae reconstructionis societatis videbatur perfectibilis.

Unde merito *concludimus:*

*Systema constitutionale, quantumvis in se neque perfectum neque normale, pro interrupto tamen et paulatim restituendo normali statu societatis, non sine benevola et sapienti Dei providentia, in moribus politicis populorum invaluit, duplici interim malo publico, nempe absolutismo imperantium et radicalismo democratico, aequaliter aditus praecludens.*

**477. Scholium.** Sunt qui in systemate constitutionali, ut iam supra (n. 473) monuimus, vix quicquam aliud agnoscunt nisi methodum astute inventam, qua transitus a vetere regimine monarchico ad futurum regimen democraticum tam principibus quam populis minus sensibilis reddatur, *aut*, ut alii malunt, compensationem aliquam „reipublicae", ubi vel quamdiu haec ipsa per adiuncta impossibilis vel non opportuna appareat [1]. Secundum utramque acceptionem concludere pronum est systema constitutionale eo magis suam idealem perfectionem attingere, quo propius sub formali nomine et velamine monarchico realiter ad regimen democraticum accedat. Hoc igitur sensu evolvere et perficere systema constitutionale non aliud fere significat, quam ita distribuere publicae auctoritatis partes et functiones, ut realiter suprema potestas soli populo repraesentato permaneat, regis autem personalis influxus ad mini-

[1] Ita fere inter alios *H. Zöpfl*, Constitutionelle Monarchie und Volkssouveränetät. Frankfurt 1848.

reducatur, integra interim manente maiestate regia hereditaria, supra omnium partium studia evecta, sacrosancta et inviolabilis m iugiter symbolum ac centrum exhibeat nationalis unitatis (se- ıum tritum axioma „Le rois règne, mais il ne gouverne pas"). Quae ria *si tamquam genuinum ius constitutionale admittatur,* nemo est qui intellegat totum eiusmodi systema re vera non tam ad conservandam n ad labefactandam institutionem monarchicam destinari, utpote quae . fere ut appendix tantum vel ornamentum satis supervacaneum in- ıtionis democraticae aestimetur necesse est. Quare transitus a tali ›narchia constitutionali" ad veram „rempublicam" eo facilior erit, d illa ab hac iam nonnisi „praeside *hereditario*" differat [1].

Alii contra, iique gravissimi iuris publici doctores, qui, maxime lem pro populis tota sua historica traditione monarchicis, conserva- ım *stabilitatem* merito maioris faciunt quam ambigua democratica ex- imenta, systematis constitutionalis *vim finalem* et essentialem charac- em in eo potius reponunt, ut illius ope historica monarchia secundum gentias temporis in favorem iustae civilis libertatis ita reformetur et ›dammodo regeneretur, ut deinceps novis et arctioribus cum populo ıibus coniuncta eo *stabilior* atque ad bonum commune procurandum *tior* evadat. Secundum hos igitur „monarchia constitutionalis", tam- ıi legitima cooperatione populi multipliciter temperata, *vera* tamen ›narchia manere debet. Quapropter sollicite cavendum existimant, ne ıquam ipsa suprema civilis potestas, quae per se non obstante con- ıtutione *soli* regi competat vel theoretice vel de facto in sinum „parla- ›nti" transferatur, cuius decisionibus vix non semper ipse rex se sub- ›ere cogatur [2].

[1] Cf. *Bluntschli,* Allg. Staatsrecht I, l. 4, c. 21: „Falsche Vorstellungen."

[2] Cf. *Rob. v. Mohl,* Geschichte u. Lit. der Staatswissenschaften I, 288: 'on der parlamentarischen und der dualistischen Handhabung des constitu- nellen Systems." — *Thiers* (Hist. de la révol. franç. I, 97) referens tesseram ›stitutionalem tempore revolutionis: *„La nation veut, le roi fait",* haec sub- it: „Les esprits ne sortaient pas des éléments simples, et ils croyaient vouloir monarchie, parce qu'ils laissaient un roi comme exécuteur des volontés tionales. *La monarchie réelle,* telle qu'elle existe même dans les états libres, *la domination d'un seul,* à laquelle on met *des bornes au moyen du con- ›rs national.* — Mais dès l'instant que la nation peut ordonner tout ce 'elle veut, sans que le roi puisse s'y opposer, par le veto, ce roi n'est plus un magistrat. C'est alors *la république* avec un seul consul au lieu de ›sieurs." — Similiter *Bluntschli* l. c. c. 22, p. 361: „Die constitutionelle ›narchie will und soll eine Wahrheit sein. Demgemäss muss sie eine *wahre* l darf keine *Scheinmonarchie* sein." — Idea principis *Bismarck:* „Mir hat mer als Ideal eine monarchische Gewalt vorgeschwebt, welche durch eine abhängige, nach meiner Meinung ständische oder berufsgenossenschaftliche ndesvertretung soweit controllirt wäre, dass Monarch oder Parlament der

Huic diversitati iudiciorum in aestimanda natura et in
natione systematis constitutionalis *historica* quoque di r
quae in practica applicatione et evolutione iuris cons t lis in
Europae partibus apparet. Prout nimirum in aliquo po
democraticus aut conservative-monarchicus in reb li co
naliter ordinandis prae altero praesidium gessit aut t cius r it
quoque constitutio indolem prae se fert aut democ e-pr
aut monarchice-conservativam, qualis v. g. in Statib
valuit.

B. **De quibusdam constitutionalibus principiis in specie.**

I. *De principio „separationis potestatum“.*

478. Suprema civilis potestas procul dubio per varias int *diversas functiones* exercetur; quare nihil obest, quominus i totidem *partiales potestates* distinguantur, quae hisce respo ab iisque denominantur. Et vulgo quidem tres potissimum modi potestates enumerantur, *legislativa, exsecutiva* et *iudic* Utrum omnino adaequate haec nomina essentiales supre minis functiones exprimant atque exhauriant, hoc loco supersedemus; neque enim haec quaestio praesens pr tangit. In praesenti potius quaeritur: *utrum et qua cond recte vi generalis principii „separatio“ vel, ut mitius dicitur, visio“ illarum partialium potestatum exigi possit?*

479. **Thesis LII. Separatio ac distributio potestatum diversa subiecta talis, qua vitalis unitas supremae auctor civilis eiusque proprii subiecti realiter solvitur, iure reprobatur.**

Praenotandum. Dicitur „vitalis unitas“, i. e. non mere logica et abstracta, sed concreta et ad usum poli practica.

**Probatur I.** Iuri naturae manifeste contraria est politic stitutio, quae ipsi essentiae corporis politici, immo omnis orga socialis contradicit. Atqui talis est illa separatio potestatum, *tenus* tollit vitalem unitatem supremae auctoritatis civilis ei proprii subiecti.

---

bestehenden gesetzlichen Rechtszustand nicht einseitig, sondern nur co consensu ändern können, bei Oeffentlichkeit und öffentlicher Kritik aller lichen Vorgänge durch Presse und Landtag“ (Principis Bismarck „Ge und Erinnerungen“).

N ad essentiam omnis socialis organismi, maxime autem i i politici, qui est societas perfecta, pertinet *unitas auc-* is eaque vitalis, qua corpus sociale ut tale in concreto ı et agere possit; unitas vero auctoritatis essentialiter re- t *itatem subiecti,* sive physicam sive moralem, cui exclusivo ı in ɔreat (P. I, n. 351). Ergo . . .

**Probatur II.** *Ex analogia personae moralis cum persona phy- ica.* Quod in homine individuo est anima rationalis cum suis ıltatibus, id secundum aliquam analogiam in societate civili auctoritas publica cum variis suis functionibus, quibus totidem ɔ ia iura et quasi facultates eiusdem auctoritatis respondent. modum igitur singulae facultates animae, sive ad opera- ı intellectuales et directivas sive ad actus voluntatis et ıutivos pertineant, in *una* anima rationali iugiter radicentur ı est, ita et in societate civili, qua persona morali, *com- fons et radix* potestatis tum legislativae tum èxsecutivae tum alis iugiter manere debet *suprema civilis auctoritas* ac proinde ıcreto ipsum legitimum *subiectum* huius auctoritatis vel phy- vel moraliter *unum.* Quidquid huic vitali unitati contrarium eo ipso essentiali *unitati* personae moralis et hinc iuri na- repugnat.

480. **Corollarium.** Iisdem rationibus, quibus realis *separatio* potestatum tamquam vitali unitati corporis socialis contraria ex- cluditur, earundem quoque *coordinatio* seu quasi parallela et gradu aequalis coexsistentia reprobatur. Haec enim, ut recte monet *Bluntschli*[1], naturae *organicae* societatis publicae plane repugnat. Nempe quemadmodum in organismo physico varia membra et variae facultates certa inter se *finali subordinatione* ad communem vitae finem cooperentur oportet, ita etiam inter varia functionum

[1] Allg. Staatsrecht I, 399: „Die Vorstellung von der *Gleichstellung* der verschiedenen Gewalten widerspricht der *organischen* Natur des Staates. In dem organischen Körper hat jedes Glied die ihm eigenthümliche, aber keines mit dem andern gleiche Stellung. Vielmehr ist das eine dem andern über- oder unter- oder zugeordnet. Nur so wird *Zusammenhang* und *Einheit* des Ganzen erhalten. Dasselbe gilt vom Staat. Würden die obersten Gewalten in diesem wirklich — nicht bloss der äussern Form und dem Scheine nach wie in Nordamerika — sich gleichgestellt, so müsste solche Spaltung und Gleichstellung der höchsten Staatsmacht den Staat selbst in ihren Consequenzen in Stücke reissen. Man kann den Kopf nicht von dem Leibe trennen und diesem gleichstellen, ohne das Leben des Menschen zu tödten."

organa, praesertim suprema, corporis socialis similis subor necessaria est, ut unitas organica consistere possit.

**481. Thesis LIII. Est autem ( [illegible] ce [illegible] ens, ad finem boni ac moderati regiminis g[illegible] [illegible] ce diversa illa munia auctoritatis publicae salva l[illegible] us vi tate quoad exercitium stabili institutione to[illegible] [illegible] sub inter se distinctis inhaereant.**

[illegible] patet ex natura auctoritatis eiusque essentiali r[illegible] [illegible] societatis (P. I, n. 350; P. II, n. 317). Ex eo[illegible] re[illegible] [illegible] finem liquet ius auctoritatis non oriri absque [illegible] officio. Et si quidem in ipso hoc officio proprie re[illegible] [illegible] illius iuris tamquam potestatis ad officium [illegible] [illegible] necessaria continetur, dicendum est in subiecto auctori[illegible] [illegible] logice etiam ius praecedere, sicuti ratio rationatum (cf. [illegible] n. 473).

502. IV. Suprema auctoritas politica, in quacumque forma [illegible] consideratur, iure naturae *neque est ex-lex neque illimi[illegible]*, sed essentialiter ipsa ratione correlati officii restringitur ad [illegible] movendam mediis honestis et iustis prosperitatem publicam.

[illegible] *ratio* est, quia auctoritas per eundem naturae ordinem divi[illegible] sancitum, per quem exsistit, et cui respondet conexum [illegible], similiter mensuretur et limitetur necesse est. Ad media [illegible] generatim loquendo modus quoque gubernandi legi [illegible] conformis pertinet.

503. V. *Officium civilis subiectionis et oboedientiae,* quo corpus [illegible] eiusque membra capiti politico obstringuntur, *adaequate* [illegible] *iuris iuri auctoritatis* secundum obiectivam eius ex[illegible].

[illegible] inter ius et correspondens iuris officium perfecta cor[illegible] [illegible] (P. I, n. 458). Ideo *manifesta* transgressio iuris in [illegible] *per se* numquam parit officium oboediendi in subditis: [illegible] varia materia talis imperii vel ius vel etiam obliga[illegible] [illegible] potest, obsequium illi positive denegandi. Quod si [illegible] aliquando evenit, ut subditi etiam iniuste imperatum [illegible] subire teneantur, id non ex officio oboedientiae [illegible], sed unice ex concursu altioris naturalis obliga[illegible] [illegible] secundum est, qua tenemur potius aliquod damnum pr[illegible] [illegible] grave pati, quam malum publicum et longe gravius [illegible] resistentia forte oriturum praevidetur, admittere (P. [illegible] n. 298).

VI. Officium, quo caput societatis politicae ad iustum et
tum usum auctoritatis tenetur, *primario* quidem officium est
*Deum,* regem regum et auctorem omnis potestatis, quae
mini non ut liberum donum sed per modum *divini mandati*
unicatur. Simul autem est *officium respectivum iuridicum*
*a mbra societatis,* quae ut talia ius habent, ut iuste ad com-
bonum regantur.

*Namque* mundum spiritualem vel aliquam eius partem, entia
licet rationalia et libertate praedita, per obligationem moralem
debitum finem ordinare *per se divini muneris est.* Verum in
muneris aliquam partem Deus ut auctor naturae ad socia-
er ordinandum genus humanum etiam homines vocare dignatus
qui, ipsius nomine et mandato, divino regimini cooperentur.
de et Deo principaliter rationem reddere debent eiusque iu-
cio subsunt (cf. n. 389). At si quidem divino mandato talis
testas homini non in proprium commodum sed *ad bonum totius*
*rporis socialis communicatur,* neque ad alium finem civilis sub-
tio divinitus praecipitur, manifestum est subiectum publicae
testatis quoad rectum huius usum etiam *corpori civili* seu populo
n solum officio benevolae caritatis sed *vi naturalis ordinis*
*titiae* obstringi [1].

## Notanda ad solvendas difficultates.

1. Dixerit fortasse aliquis patronus *absolutismi regii,* mu-
istam iuris relationem, quam definivimus, non tam uni-
rsalem esse, ut pro quacumque regiminis forma aequaliter
nveniat. Aliquo speciali namque privilegio potestatis et inde-
itiae iuridicae erga subditos praeditum videri qui regnum
quod possideat cum plenitudine regiae potestatis. Immo dicen-
m esse hanc institutionem positiva Dei providentia et ordina-
ne regendis populis applicatam fuisse, secundum verba S. Scrip-
ae 1 Reg. 8, 11, quibus Samuel nomine Dei populo Israel
enti regem ita ius regium denuntiat: „Hoc erit ius regis, qui
eraturus est vobis: Filios vestros tollet et ponet in curribus
s, facietque sibi equites et praecursores quadrigarum suarum;
constituet sibi tribunos et centuriones et aratores agrorum
rum et messores segetum et fabros armorum et curruum suo-
n.... Sed et segetes vestras et vinearum reditus addecimabit,

[1] De eodem argumento cf. *Stöckl,* Lehrbuch der Philosophie II, § 213.

ut det eunuchis et famulis suis . . . greges quoque
decimabit, vosque eritis ei servi." — His igitur ver
videtur Deus regiam potestatem, quam populus at,
fore absolutam nec subditorum iuribus aut libertati li
longe scilicet illa maiorem et pleniorem, qua p diti
quicumque hactenus sub Dei regimine absque suo
iure populum Israel gubernaverant.

Cui insinuationi Deo iniuriosae respondemus: Non approbando, multo minus per se instituendo Deus per Samuelem hanc futuram regiam arrogantiam ac tyrannidem populo annuntiat, sed factum se permittente in poenam ingrati animi et infidelitatis eventurum praedicit. Ita de eadem re *S. Thomas*[1]: „Illud ius non debebatur regi ex institutione divina, sed magis praenuntiabatur usurpatio regum, qui sibi ius iniquum constituunt, in tyrannidem degenerantes et subditos depraedantes; et hoc patet per hoc, quod in fine subdit: *Vosque eritis ei servi;* quod proprie pertinet ad ty nidem; quia tyranni suis subditis principantur ut servis. hoc dicebat Samuel ad terrendum eos, ne regem peterent. enim: *Noluit autem audire populus vocem Samuelis.*"
Deus, ut idem s. Doctor dicit[2], „regem ad petitionem p quasi indignatus concessit, ut patet per hoc, quod dixit ad muel 1 Reg. 8, 7: *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super e* Ingrata et valde inverecunda quippe haec petitio populi e non tam quod regem petebat, quam quod taedio immediati minis divini regem humanum ad similitudinem aliarum g postulabat.

Ceterum etiam pro hoc casu ab initio praeviso Dom *verum ius regium* pridem delineaverat, ut legitur Deut. 17, 14— Hinc iterum *S. Thomas*[3]: „Instituit tamen a principio circa instituendum *primo* quidem *modum eligendi,* in quo duo dete navit, ut scilicet in eius electione exspectarent iudicium Dc et ut non facerent regem alterius gentis, quia tales r s parum affici ad gentem, cui praeficiuntur, et per co que curare de ea. *Secundo* ordinavit circa re *i os,* q deberent se habere quantum *ad se ipsos,* ut lic n plicarent currus et equos, neque uxores neque in divi quia ex cupiditate horum principes ad tyra declinant iustitiam derelinquunt. Instituit etiam, qualiter deberent

[1] S. theol. 1, 2, q. 105. a. 1 ad 5. [2] Ibid. ad 2. [3] Ibid.

e *Deum,* ut scilicet semper legerent et cogitarent de lege semper essent in Dei timore et oboedientia. Instituit etiam iter se haberent ad subditos suos, ut scilicet non superbe c nerent aut opprimerent neque etiam a iustitia decli-
."

Quod si igitur sub iugo legis antiquae regibus populi iudaici cervicis" haec praecepta in eius favorem et contra arbi-
m abusum potestatis divinitus inculcata sunt, eadem et a profecto a fortiori pro principibus populi christiani valent, i ex idea legis evangelicae non solum non absoluti domini sed s ad commune bonum fratrum suorum tamquam primi inter Dei ministri esse debent.

2. Distinguenda est relatio inter caput et membra socie-
ivilis, quae *iure naturae* subsistit et de qua sola hic directe r, ab ea, quae praeterea ope legis fundamentalis *positivo* e fundatur. Illa per se, utpote essentialis, omni civitati cuius-
mque formae communis est, necessaria et constans. Nil tamen quominus legitima conventione aut consuetudine legitima p laribus civitatibus variae insuper iuris positivi determi-
pro varia cuiusque populi indole addantur, ut patet ex q supra de lege fundamentali dicta sunt. Omnis tamen di lex fundamentalis *positiva* illam essentialem tamquam denter iure naturae validam praesupponere debet. Unde ic quidem tamquam eius particularis applicatio aut declaratio addi, non autem tamquam illi *formaliter contraria* pro arbi-
io et *iure valido* substitui potest.

## Articulus 2.

### *De eadem relatione in hypothesi „usurpationis".*

### § 1. Notio et criterium usurpationis.

7. *Usurpatio* latius accepta est omnis possessio politicae po-
non legitima, i. e. via facti sine legitimo iuris titulo . Strictiore sensu *usurpator* dicitur qui arcens legiti-
p orem eius loco publicam potestatem iniuste sibi t, sive eam facto iam occupet ac detineat, sive dolo vel praeripere conetur. In casu attentatae usurpationis non-
completae usurpator, si extraneus sit, *invasor,* si subditus, *ellis* vocatur.

bi de iure *successionis* in potestatem legitimi praedecessoris quaeritur. Illae iuris naturalis sunt saltem mediati seu remotioris iuris gentium"); hae autem ex lege fundamentali cuiusque reipublicae propria cognoscendae sunt, sive haec iure positivo scripto sive legitima historica consuetudine nititur. Unde hoc loco ad rem praesentem nihil aliud opus esse videtur, nisi ut ad *generalia principia* iam exposita et stabilita remittamus, quae in ista quaestione certam rectae rationis mensuram et practicam iudicii regulam communi iustitiae sensui conformem suppeditant.

At vero quoniam his contraria quaedam politica dogmata, quae „novi iuris publici" nomine gloriantur, nostro aevo mira audacia circumferuntur, ad praesens propositum sane pertinet, ut illa hic praevio critico examine perstringamus.

### A. De praetenso iure „facti completi".

508. Philosophia iuris materialistica, de qua fusius actum est P. I, n. 515 sqq., „qualemcumque scientiae formam aut civilis humanitatis ac moralitatis hypocrisin prae se ferat, interrogata de iure et iuris obligatione, in hanc demum sententiam convenire logice adigitur: *nullo reali discrimine ius a physica potestate distingui*". Ab hoc ipso materialistico principio ad ius publicum applicato tamquam a suo proprio fonte recens quoque politica theoria manavit, qua censetur *omne factum (politicum) feliciter completum legitimi iuris titulum in semet ipso continere;* quod propterea „ius facti completi" (das Recht der vollendeten Thatsache) appellare nil dubitant [1]. Atque ita quidem quomodocumque per hypocrisin rem belle vestitam proponere veramque faciem dissimulare norunt, nihil revera aliud quam *ius fortioris,* quod solis brutis proprium est, etiam in humana societate vigere volunt, prae-

„6. Gegen eine auf dem einen oder andern Wege schon zu Recht *bestehende* Legitimität ist eine spätere willkürliche Berufung an den ‚Willen der Nation' durch *Volksabstimmung* rechtlich nicht zulässig. Das hiesse entweder den nationalen Willen zur eigentlichen Quelle der Gewalt erheben, oder den Träger der öffentlichen Gewalt zu einem blossen Beamten des mit wesentlich immanenter Souveränetät bekleideten Volkes herabdrücken."

[1] Huc referuntur sequentes errores a Pio IX in „Syllabo" confixi: Thes. 59: „Ius in materiali facto consistit, et omnia hominum officia sunt nomen inane, et omnia humana facta iuris vim habent." — Thes. 61: „Fortunata facti iniustitia nullum iuris sanctitati detrimentum affert."

valentem potentiam et felicem successum supremum iuris ac mitatis criterium facientes. Nullum profecto faci sive invasionis sive perduellionis ac rebellionis ta potest, quod isto principio non iustificari et ve a o iu mine ornari possit, quam primum illud quibuscu ue m phante successu coronari contigerit. Consequ s est, ut eiusmodi theoria tota ars politica arti mechanicae con sit, cui tamquam *suprema regula* praesidet *utilitas*, p *virium aestimatio.*

Non est sane, cur in tam crasso errore refutando immoremur, quippe qui per se a professione atheismi et a festa negatione omnis moralitatis vix differre cognoscitur[1].

Alius potius error, obiective quidem huic aliqua similitudine propinquus, verum ex fonte nobiliore ortus, hic praeterea notandus videtur. Constat is exaggerata quadam et *superstitiosa aestimatione momenti historici* in rebus et eventibus humanis tamquam *positivae* cuiusdam *divinae providentiae ordinationis;* unde concluditur, quidquid in rebus humanis historice perfectum subsistat, eo ipso quodammodo divinitus ordinatum et tamquam *„ius historicum"* reverendum esse. Eiusmodi cultu exaggerato et parum discreto „iuris historici" in Germania potissimum nonnulli viri e schola protestantismi „conservativi" spiritum revolutionis, omnis iuris historici contemptorem, efficaciter expugnari et a labefactandis institutionibus monarchicis arceri posse existimabant. Non sane adverterunt, quam anceps principium nomine „iuris historici" tam *vagi* ac *promiscui* erigerent, nullo alio dato veri et legitimi iuris criterio nisi *facto historice completo.* Talem quippe iuris titulum revolutio aliquando feliciter victrix aeque opportune ac monarchia historice legitima pro se invocare potest. Et vero inter eiusdem scholae viros haud raro inveniuntur qui factum „reformationis" a Luthero et aliis saeculo XVI contra unitatem Ecclesiae susceptae minime probant, immo tamquam veram „revolutionem" condemnant, et nihilominus nunc eidem usque adhaerendum esse arbitrantur — reverentes scilicet „ius historicum divinitus ratum", quo illa iam ut institutio separata antiquae Ecclesiae coordinetur. Non immerito propterea haec „conservatismi" aliquatenus nomine „fatalismi historici" n n- setur (cf. n. 283), partim etiam propterea, quod a vestigiis co-

[1] Cf. *Balmes*, Le protestantisme comparé au catholicisme III, c. 55.

philosophiae pantheisticae sive Schellingii sive Hegelii pta videtur.

Enim vero nemo non sentit secundum ius publicum christia- quod isti profitentur, non posse citra periculum blasphemiae ue facta historica, non raro hominum sceleribus con-, Deo auctori adscribi aut positiva Dei providentia inducta . Quae autem per hominum malitiam contra Dei legem ntur ac Deo permittente, i. e. *non impedienti*, externo complentur, non ideo inhaerentem sibi sceleris naturam uunt que umquam *immediate* aliquod „ius historicum" divi- ratum constituere possunt. Utrum autem et qua condicione do contingat, ut ex eiusmodi factis vel ex usurpatione iis a per externa quaedam adiuncta consequenter aliquod ius m oriri queat, inferius dicendum erit. Hic interim sta- sufficiat:

**Thesis LIV. Nullum factum humanum ea sola ratione, storice completum exstat, vim iuris legitimi confert.**

**Probatur I.** *Ex natura et origine omnis iuris* (P. I, n. 497). cundum thesim ibidem probatam „omne ius *formaliter qua tale,* e. secundum irrefragabilem suum vigorem consideratum, e quo- mque fonte immediato manaverit, vel undecumque in particulari realem determinationem acceperit, a *divina demum aucto- descendit eaque sola subsistit*". Nempe in omni iure, quod er exsistit, duplex elementum probe distinguendum est, alte- *for le,* alterum quodammodo *materiale.* Illud communem em rationem omnis iuris exhibet, ei tribuens ut vere *ius* t, i. e. iuris officio *conscientias moraliter ligans,* unde manifeste *sola divina auctoritate* sive immediata sive mediata fundari Hoc autem, quod materiale dicimus, concretam et indivi- alem iuris determinationem quoad personas et obiectum denotat, fit, ut id, quod iudicio rationis *veri* iuris ideam continet, in- per in individuo exsistat qua ius *tale* et non aliud.

Atqui, licet ad genesin iuris realis semper aliquod factum ex- num concurrat, non tamen utrumque iuris elementum, sed solum *te le,* a facto causaliter dependet. Ergo nullum factum hu- m qualecumque *per se* moralem iuri characterem tribuere veri ac legitimi iuris ratio esse potest.

**Probatur II.** *Ex natura tituli iuris* (P. I, n. 468). „Iuris ulus proprie et stricte acceptus est id, in quo iuris potestas

simul cum iuris officio proxime moraliter fundatur, seu *obie ratio, ex qua alicuius iuris in individuo determinati eff a ralis in rationales intellegentias et voluntates proxime o r.*" omnis iuris titulus est quaedam *exhibitio practicae veri* , lex naturalis ad casum particularem aliquo facto determ applicatur, et quam mens sincere recta, ubi primum e clare propositam habet, non potest non agnoscere. Pro suapte natura est quasi *instrumentum spirituale,* quo i al particulare cum ipso universali ordine rationali, divinitus et cunctis reverendo, individue conexum esse ostenditur; proin aliunde suam asserendi iuris efficaciam et influxum in mentes rationales haurit, nisi ex eo, quod per modum minis rationis *vim legis naturalis* prae se fert.

Atqui hunc characterem, qui omni iuris titulo communis est et essentialis, nullum factum humanum per se et ratione sui participat. Quamquam enim titulus iuris latiore sensu et vulgari usu loquendi etiam pro ipso *facto particulari* accipi solet, quo illud rationis dictamen in casu particulari applicabile fit et sic ius in individuo qua tale determinatur, per hoc tamen loquendi compendium nihil plane dictis detrahitur. Ita v. g. si emptio rite facta tamquam iuris titulus allegatur ad probandam legitimam rei possessionem, revera non tam materiale illud factum quam notum *rationis principium* per illud applicatum implicite invocatur, hoc fere syllogismo tacite instituto: Ius dominii in rem iusta emptione acquisitam recta ratione agnoscendum ac reverendum est — atqui N. N. hanc rem iusta emptione acquisivit — ergo eam legitimo iure possidet. Quo in discurso principium ut evidens merito subintellegitur, neque ad certam conclusionem aliud requiritur nisi ut de *facto* emptionis constet — non ratione sui sed ratione *practicae veritatis,* cuius actualitatem determinat. Porro idem perinde in ordine iuris publico et privato valere manifestum est [1].

[1] „Nie wird ein Recht *ohne* eine bestimmende Thatsache *verwirklicht,* aber nie wird *durch* diese bestimmende Thatsache als solche das Recht selbst *geschaffen;* und auch auf die Verwirklichung des Rechtes kann sie nur insofern bestimmend Einfluss üben, als sie durch ihre Beziehung zur ewigen Ordnung der Träger einer *sittlichen Idee,* einer sittlichen Nothwendigkeit wird, kraft deren das Recht sowohl wie die damit verbundene Rechtspflicht aus dem *ewigen Gesetz* emanirt. Nie ist also eine materielle Thatsache, von welcher Beschaffenheit sie sein möge, *an und für sich* ein Rechtstitel; dieser ru

Ergo nullum factum humanum, quantumvis historice com-
ım, *per se et ratione sui* iuris legitimi titulus est; utrum autem
ɜm titulum aliquo modo sibi conexum habeat, ab aliquo criterio
*rali* illi extrinseco dependet.

**Probatur III.** *Ex absurdis.* Falsitas alicuius principii theoretici
la re magis ad oculum demonstratur quam absurdis consequen-
quae logica necessitate ex illo promanant. Iam vero prin-
ium, quo sine ullo respectu moralis ordinis simplici facto hu-
o *qua tali* vis iuris attribuitur, ubicumque inter homines prac-
e vigeret, necessario omnia recti socialis ordinis et iustitiae
amenta destrueret; esset enim abdicatio naturae rationalis in
ɔorem naturae brutae [1].

l. **Corollarium.** Hinc apparet, quid secundum principia iusti-
: ıtiendum sit de *„possessione iure belli“* quam vocant, si
di ius („Eroberungsrecht“) indefinite et sine respectu ad *con-*
*ıo)* aliunde requisitas accipitur. Superioritas armorum in bello
fortunata victoria nequaquam *per se et ratione sui* ius victoris
ımum constituunt quodlibet expugnatum territorium suae po-
ti subiiciendi; talis enim iuris titulus in favorem potentiorum
contra debiles publicum latrocinium legitimaret. Potest uti-
e, ut suo loco explicandum erit, etiam ex bello prospere gesto
quando legitima potestas in ditionem devicti hostis oriri. At
ro id *primo* quidem numquam evenire potest nisi ex bello *iusto*;
*secundo* non vi facti materialis, puta superioritatis armorum
evalentis potentiae, sed vel titulo *indemnitatis* pro iniusta
ı ione, vel *iustae repressionis* ac diminutionis, qua in poste-

---

: und allein in der *sittlichen Idee*, die sich an die erstere anlehnt, in der
wendigen Beziehung zur ewigen Ordnung, der sie den bestimmten Ausdruck
fft. Viel weniger also kann eine thatsächliche Ungerechtigkeit, eine
ɜ he, die sich mit der ewigen Ordnung in directen Widerspruch setzt,
*solche* ein Recht begründen. Es steht somit fest, dass jede menschliche
ıtsache — in unserem Falle jede thatsächlich bestehende Gewalt — eine
ıere Norm anerkennen muss, nach der sie entweder als *zu Recht* oder als
ıt *zu Recht* bestehend erscheint“ (*Th. Meyer*, Die Grundsätze der Sittlichkeit
des Rechts n. 208). Cf. *Taparelli*, Diritto naturale I, 342. *Ahrens*, Rechts-
osophie (Wien 1852) p. 285.

[1] *Balmes* l. c. id ipsum his verbis enuntiat: „Le simple fait ne crée le
t, ni dans l'ordre privé ni dans l'ordre public; le jour où un pareil principe
it reconnu, ce jour même les idées de raison et de justice disparaîtraient
monde.“

rum similis aggressionis facilitas adimatur, quae per modum condicionis pacis a victore imp pı utrimque acceptari et firmari solent.

B. Utrum omnis possessio potestatis publicae „suffragio populi" legitimetur.

511. Si hac de re *„ius novum"* quod vocant, a saeculo pr tum, consulimus, responsum ad propositam quaestionem n p esse nisi simpliciter *affirmativum*. *Nam* quemadmodum ri x supremum principium auctoritatis publicae secundum illud sola *„suprematia populi"*, essentialis et inalienabilis, ita conseq *fons omnis iuris publici* sola est publice expressa *„nationis tas"*. Haec igitur et iura antiqua hactenus agnita abro nova inducere legitime valet. Et si quidem omnes, qui civili munitati cum imperio praesunt, sive per modum regiminis mo chici sive democratici, revera non sunt nisi summi populi, qui eius nomine et mandato rempublicam min et potestatem *„nationi"* ipsi semper propriam et i ei inhaerentem exerceant, consequitur eosdem ad nutum totius p puli deponi et alios illis subrogari legitime posse. Itaque et tamdiu princeps suam potestatem legitime possidebit, qı et quamdiu „voluntas nationalis" illam ratam habuerit. E i procul dubio *secundum „ius novum"*, cui publicam nativi annus 1789, explicitum *„populi suffragium"* aut unice verus certe ita praevalens et supremus *legitimitatis titulus*, cui alius quomodocumque probatus cedere debeat; unde aliud crim iniustae insurrectionis aut rebellionis in societate civili non scitur, nisi quod vel a principe vel a minore parte populi co voluntatem *totius* aut quasi totius nationis susciperetur.

Verum hoc fundamentale „revolutionis" principi refutandum non est, cum in superioribus id multiplici iam sit. Interest autem hoc loco *peculiarem aliquem eiusd pı cipii usum et fructificationem politicam* attentius conside e, in decursu saeculi inventa est, et qua nova suggeritur ı fines regnorum dilatandi — per operationes publicas, q ıhc stice *„annexiones"* vulgo appellant. Habet haec ars pol ca, i Macchiavellii ingenio haud indigna, suum satis constantem *cedendi modum*, nemini hodie ignotum. In eo *tria fere temp seu momenta distinguuntur*. Quam primum enim aliquod reg „historica missione" fretum, suum corpus politicum a nativi angustius hoc modo extrinsece complere parat, *haec tria* ce

rallis successive evenire solent: *Primum* opus est, ut in „annec-
aliena ditione animi praeparentur, quod negotium proxime
ipsorum civium factioni incumbit. Horum est, et verbo
iptis libellis contra suum legitimum principem et traditi
ninis institutiones cuncta suis querimoniis, calumniis, seditiosis
rmurationibus implere, quibus in dies latius civilis fidelitatis
ctionis vincula solvantur. Interim vero regnum vicinum,
d „liberalibus“ institutionibus gloriatur, suum affectum natura-
sym thicum erga causam illam libertatis civilis dissimulare
po nec vult, eam potius moraliter animare et „moralibus“
iuvare non dedignatur. Ita paulatim obfirmata civili
ione nihil iam obest, quominus organa publica cunctis na-
misero statu illius civitatis, de instante periculo belli
civilis et anarchiae tragice referant, eo quod respectivum guber-
nium ordini publico tuendo iam plane *impar* videatur. Quibus
omnibus feliciter praeparatis, iam ad *alterum* procedendi hora est.
Namque deficiente interno efficaci ordinis praesidio non remanet,
nisi ut regnum vicinum pro sua benevolentia ad tempus quasi
vices subeat gubernii et forti manu praesto sit ad praevenienda
mala anarchiae quae timentur. Igitur militares copiae aut finibus
admovendae aut, si res postulaverit, in ipso territorio pacificando
collocandae sunt, praemissa sollemni proclamatione ad populum,
qua amicissimis verbis non hostium sed fratrum et protectorum
adventus annuntietur. Quo facto „opinionis publicae“ est reliqua
praeparare. Nec vero huic sua selecta organa desunt, quae dein-
ceps libera voce non solum pacis restituendae verum etiam in
posterum *solidius confirmandae* saluberrima consilia promant. Quae
quidem omnia ab hac communi declarata persuasione exordium
sumunt: pristinum statum rerum ac pristinum regimen amodo
factum esse impossibile et iam nunc quasi pro abrogato habendum
esse. Quare non minus unisono *sua* tamquam „populi“ universi
vota ad magnanimum regium protectorem cum supplici petitione
deferunt, ut sibi liceat ipsum deinceps suum quoque regem con-
salutare eiusque regno stabili unione coniungi. Reliquum est,
ut *tertium* compleatur, in quo desideratus denique fructus simul
et publica legitimatio totius ambitiosae hypocrisis continetur. Ne-
gatur quippe in ea re quicquam definitive statui posse, nisi *se-
cundum populi voluntatem authentice expressam*, utpote ad quem
solum pertineat de se ipso legitime disponere. Igitur statuto die
*sollemne populi suffragium* indicitur et in conspectu armatorum

custodum publici ordinis celebratur. Exitus nemini d
potest; quare ab hac die „annexio“ perfecta et iure firmata -
Huic autem et omni simili politicae arti nomine iustitiae p
opponenda est:

512. **Thesis LV.** **Alienae legitimae ditionis „annexio“ mali titulo suffragii popularis facta ab usurpationis nota n tenus eximitur.**

**Probatur I.** *Ex conceptu usurpationis.* Vera usurpatio p dubio dicenda est omnis assumptio et possessio potestatis pu quae nullo legitimo iuris titulo nititur. Atqui „annexio“ in supposita, qua potestas publica suo legitimo possessori s assumitur et tamquam propria possidetur, omni legiti titulo caret. Ergo verae usurpationis characterem habet.

Prob. min. Suffragium populi, quo suprema potestas i eius legitimo possessore in alium transferre attentatur, in nullius valoris est, ac proin per se novum ius legitimum fun nequit. Atque id etiam tum valeret, si eiusmodi suff ium ut fieri solet, fraudulento artificio vel metu extortum , sed revera totius vel quasi totius populi voluntatem referret. N actui vim iuris publici attribuere idem est ac profiteri cum l seavio principium formaliter revolutionarium, quo suprema po *omni tempore et inalienabiliter* in populo residere docetur, quod minus a sana philosophia quam a doctrina christiana reprob

Sunt certe adiuncta, in quibus suffragium populi praecipuus fons iuris haberi possit ac debeat; verum numquam haec adiuncta adesse continget, nisi populus suffragium ferens ab omni obligatione erga potestatem *legitime iam constitutam* immunis et hinc libera facultate semet ipsum constituendi praeditus fuerit.

513. **Probatur II.** *Habita ratione praetextus, qui insuper a „iure unionis nationalis“ petitur.* Politica praxis annexionum non solum cum praedicto principio „revolutionis“, sed insuper cum opportune invento *„principio nationalitatis“* tum historice tum philosophice intime conectitur. Vi huius principii unicuique nationalitati ethnologice distinctae a natura ius inesse perhibetur se tamquam unum corpus nationale etiam politice constituendi, ac proin omnia sua membra, quae temporum decursu dispersa et politice separata sunt, data opportunitate iterum recuperandi et ad fraternam *nationalis corporis unitatem* colligendi. Esse porro hoc ius, ita

; fingitur, utpote nationi congenitum, antiquius et *validius* is iuribus historico-politicis, quibus illud per iniuriam a suo tu impediatur. Ita fit, ut politicae „annexiones", quae ad nplendam nationalem unitatem suscipiuntur, speciem quandam ti et opportuni medii ad finem iustum referre videantur. Quibus nissis ita argumentamur:

Ex hoc fonte eatenus aliquis qualiscumque iuris titulus pro politica praxi derivari posset, quatenus de originario et iugiter uali iure nationum, quod praetenditur, et cui in casu collisionis ; ius politicum historice inductum cedere debeat, certo con- t. Atqui 1° nulla ratio neque philosophica neque positiva ertur aut afferri potest, qua illud probatur; immo 2° idem cer- ıis rationibus refutatur. Ergo eiusmodi iuris praetextus vanus confictus censeri debet.

Prob. min. ad 1. Asserendi talis privilegii iuris nulla alia tiva ratio sufficiens excogitari potest, nisi certo cognitum quod *praeceptum divinum* naturale vel positivum, quo omnis tio, incipiendo a sua origine, ita suam homogeneam unitatem iter conservare teneatur, ut nulla eius pars cum alia natione um- stabiles et organicos nexus sociales licite et cum legitimo effectu contrahere valeat. Nisi enim praeceptum divinum veniat, quo usus iuris ad illum effectum ligetur, „ius nationali- tis", quod adeo exaggeratur, aliud non est quam *originaria* dam *libertas* cuiusque gentis nationalem unitatem conservandi t non conservandi, prout opportunius fuerit et rerum adiuncta stulaverint. In utroque igitur casu *politici nexus,* qui inde resul- aequali *iuris inviolabilitate gaudent,* neque deinceps pro ar- rio iterum solvi aut in alios converti possunt. — Iam vero nullum di praeceptum divinum neque naturale neque positivum ex- tit, neque cum constanti providentiali ordine societatis humanae liari posset, ut ex sequentibus patet.

Prob. min. ad 2. Huc referendae sunt rationes, quibus iam (n. 342 sq.) exclusivum aut exaggeratum *„principium natio- itatis"* naturae sociali et organicae structurae societatis divi- ıs intentae contrarium esse ostendimus.

Nimirum quamquam consanguinitas necnon communis natio- itas inter naturalia momenta socialis unionis et moralis co- sionis ac proinde etiam unionis politicae stabiliter efficiendae ecipuum locum occupat, nequaquam tamen unicum neque semper

prae ceteris fortissimum sociale vinculum est. Immo „longe non raro vinculum socialis cohaesionis oritur ex co cinia, ex mutua indigentia et necessitudine, et praese ex muni historia, i. e. ex longiore coexsistentia sub eodem r et iisdem publicis institutionibus, e communibus periculis et bus, triumphis et casibus, e communibus etiam virtutum e et gloriae monumentis contexta". Ideo spectato ordine et secluso violento hominum artificio fieri plane non po iidem ubique fines sint populorum qui et nationum.

Atque id ipsum experientia quoque historica generatim firmat. Vel ex eo solo iam non immerito concludere li structura societatis humanae congruam quandam organicam tionem ex heterogeneis nationalibus elementis ab ipso a naturae tamquam ordinariam intentam esse, cui pure alis coalitio aliquando veluti exceptio quaedam accedat. Et vero dispositione praecipuis quibusdam finibus socialibus sapien provisum esse ipsam quoque aestimationem philosophicam m fugit, ut n. 343 ad 3 enucleatius ostensum est.

514. **Scholium.** Novum „legitimitatis" fundamentum, quod e perstrinximus, ideo etiam hoc loco omnem nostram attentio quia politicae et historicae evolutioni „novi iuris" per decur saeculi singularem lucem aspergit (cf. n. 430). Signat enim illa inventio, melius quam ulla descriptio, veram indolem *„liberali* non iunioris illius, qui sub finem saeculi XVIII iuvenili ar aperta facie „antiquo iuri" cruentum bellum indixit, sed i adulti et multiplici experientia ditati. Hic namque, tametsi trinae principiis et studiis idealibus ductus, practice tamen longe div operandi viam inire coepit. Deposito igitur illo furore antimon quo olim aestuaverat, cum monarchia — interim quidem in co io- nalem transformata — non solum reconciliari, verum etiam ic iungere, eius ambire fiduciam ac demum suprema inter regios ist subsellia conscendere omni captata occasione satagebat. Libera non tam amoris affectus quam provida industria eiusmodi cum ia conubium persuasit. Eam nempe primo quidem quantum fieri posset spiritu democratico afflare, deinde sollicite conservare et assentationibus fovere, sibi suisque consiliis magis magisque devincire, atque ita demum regiam auctoritatem et regium apparatum potentiae ad suos proprios complendos fines usurpare pro temporum adiunctis prudentissimum iudicavit. Inter istos fines autem numerabatur non solum „novi iuris" loco antiqui propagatio et publica receptio, verum et organismi populorum antiqui, i. e. organico-historici, solutio in favorem novae politicae distri-

nis, futuro aliquando regimini socialistico-democratico magis conneae, scilicet secundum terminos nationum seu linguarum (cf. P. I, 9, p. 349 sq. nota). Haec omnia autem vires privatas, quantumvis s, manifeste excedebant. Quid igitur felicius contingere liberapoterat, quam regios nancisci patronos, qui ad eosdem promoos et realiter exsequendos fines suam operam et potentiam commo? — Et rei quidem cum successu gerendae unum prae ceteris ım efficacissimum ultro se offerre videbatur, postquam „princinationalitatis" ex occultis officinis eiusdem liberalismi iam in ı prodiit et prelo publico accommodatam tesseram subministravit. enim simul opportunum apparuit regio protectori consilium pro-e: gloriosum nationalitatis vexillum audacter erigendi, sub quo ta „nationis" membra politice disiuncta paulatim ad unum conflanmagnum nationale regnum colligantur, atque ita simul ope „anneım" regiam potestatem hereditate acceptam novo legitimitatis titulo nsum augendi, *titulo voluntatis et iuris nationalis.* Quo consilio inepte sane et regiae ambitioni idealis stimulus et impenso labori um reale praemium proponebatur. Et res quidem in Italia primum, *non sola* voluntate nationali, mirifice successit, plaudente ubique rum propagine revolutionis et operis architectos excelsis encomiis rante. Et revera „revolutio" *sola* de illo successu tamquam de ria *sua* sibi congratulari non immerito poterat, dum contra mohia ambiguis laureolis ornata et magnifice aucta cladem potius irrebilem inscia subibat. *Uno quippe „annexionum" consilio regiis auis peracto liberalismus quadruplicem de „antiquo iure" et in specie de ito iure monarchico triumphum celebravit. Primus* fuit, quod hac ra- programma politicum internationalis revolutionis („principium naalitatis") ex parte iam realiter effectum vidit et pro futuris actionibus lo firmatum; *alter,* quod summum principium revolutionis, scilicet *et essentialis suprematia populi,* contra ius antiquum „legitimi-" publico et sollemni actu (instituto suffragio populari) assertum et itum est, ita ut prae illo deinceps consequenter primatum sibi vint; *tertius* triumphus, imprimis iucundus, quod non aliqua respublica ocratica sed monarchia antiquo iure historico celebris ac veneranda omnia sponte praestitit, id quod, logice aestimatum, *monarchiae ricae suicidio* in favorem novi iuris aequivalet; *quartus* denique, qui articulari nationalem unionem Italiae comitatur, quod eadem occa- supremum mundi *catholici* caput et exosum divini iuris vindicem historico principatu et externo praesidio spoliari licuit.

### C. Utrum ex usurpatione potestas legitima aliquando oriri possit.

Malefactum humanum, quo aliqua usurpatio publicae potes inducta est, procul dubio nec infectum reddi neque suam

qualitatem moralem exuere aut in benefactum converti potest. Iniusto autem facinore qua tali ius obiective quemadmodum ab initio, ita et post saeculi decursum fundari nequit. Unde ad convertendam usurpationem in possessionem legitimam potestatis alia via non remanet, nisi ut aliquo modo, fieri possit, aliunde accedente *vero* iuris titulo primum iuris vi tollatur. Tota igitur quaestio proposita eo redit: *utrum non obstante prima usurpationis iniustitia successu temporis aliunde legitimus iuris titulus oriri possit?*

Et primo quidem ipsum *factum possessionis certo tempore continuatum*, ita ut historice completum censeri possit, *per se* modi titulum nequaquam suppeditare supra demonstrat Verum etiam quominus ob longissimi temporis interventum titulum *„praescriptionis"* formaliter acceptum recurratur, gravissima ratio obstat. Nam praeterquam quod generatim et secundum rationabilem aestimationem possessio „malae fidei" coepta et continuata, beneficio praescriptionis merito indigna existimatur, institutio praescriptionis non iure naturae sed *positivo* eoque ci tantum valet; quare et eius condiciones requisitae variae varias gentes esse solent, neque alias per se nisi *privati* iuri relationes spectant. Internationalis autem positiva conventio a determinatio iuris gentium non exstat, qua *praescriptio* tamquam legitimus acquirendi titulus etiam *respectu iuris publici* communite agnitus aestimari possit.

**516.** Nihilominus *certum est et in scientia iuris publici* [illegible] *admissum successu temporis per rerum adiuncta fieri posse* [illegible] *reapse non raro fieri, ut originaria potestatis usurpatio sanetur* [illegible] *in ius actualiter legitimum convertatur.* Cuius veritatis fundamentum et philosophica ratio in iis implicite iam continetur, quae superiu de *genesi omnis iuris* et de *vera natura tituli iuris* dicta (cf. n. 509). Quare assertio non indiget nisi ut corollarii ex iisdem rationum fontibus aliunde certo stabilitis explicetur:

Spectata *communi genesi omnis iuris* ius quoque auctoritat publicae formaliter ut tale legitime subsistere nequit, nisi a) v mediate vel immediate a divina auctoritate emanet et divin legis sanctionem participet, b) idque praeterea humanae intell gentiae, determinantibus quibusdam factis vel adiunctis extern tamquam in individuo applicatum manifestetur. Defectu *pri* condicionis legitimi iuris ratio neganda esset, v. g. si illud per

ione obiecti vel quomodocumque divinae sanctitati repugnaret; tu *alterius* vero, si ex parte factorum vel nullum vel insuf- fundamentum exstet, quo iudicium rationale de actualitate iuris nitatur. Sic in casu usurpationis evenit, quamdiu nul- aliud factum determinans occurrit, nisi iniusta occupatio et s possessio auctoritatis publicae.

At vero quis neget ex eiusmodi facto per se vitioso suc- temporis alia multiplicia facta per se indifferentia consequi sse, quae intima viscera reipublicae afficiant, ac deinceps cum organica et historica evolutione quodammodo concrescant et parabili nexu cohaereant? Quae rerum adiuncta ubi ita in esenti publico regimine radicata apparent, ut absque gravis- no discrimine reipublicae rescindi nequeant, iudicio rectae ra- *ipsa aequivalent facto determinanti ius legitimum potestatis,* apud ipsum supremum Rectorem societatis ratificatum merito r, quod stabili necessitate factum est realis condicio salutis blicae [1].

Idem facile intellegitur, si *veram naturam tituli iuris* consi- s. Namque, ut ostensum est, nullum factum *per se et ratione* i iuris titulum constituit, utpote qui essentialiter in *idea morali*

---

[1] De eadem re ita disserit *v. Radowitz* (Gesammelte Schriften [Berlin 1853] , 71 sqq.): „Geschehenes Unrecht wird nie Recht, aber aus ursprünglichem recht können sich im Verlauf der Zeit Rechte entwickeln. Ja es wird dieses : jedesmal eintreten, und binnen kurzem kann es dahin kommen, dass mand mehr vorhanden ist, welcher befugt wäre, den ursprünglich unrecht- ssigen Besitzer in seinem Besitze zu stören. . . . Wie schwach auch ein ss aus Befürchtung oder Zwang hervorgegangenes Band ist, so kann man doch nicht als null betrachten; es ist immer ein Keim, an den weiteres ı anlegt. . . . Nach wenigen Generationen steht schon die Gesamtmasse Unterthanen in positiver Verpflichtung gegen die Nachkommen des Usur- ›rs. . . . So kann es nicht fehlen, dass nach Ablauf einer mässigen Zeit Herrschaft des Usurpators für niemanden mehr unrechtmässig ist als für vertriebene Dynastie. Stirbt diese aus oder verdunkelt sich in Jahr- derten ihr Recht dergestalt, dass kein Anspruch mehr darzuthun ist, oder tehen Transactionen, durch welche sie, wenn auch indirect, die neue Herr- ıft anerkennt, so tritt das Haus des Usurpators in die Fülle der unter :hen erreichbaren Legitimität ein. An dem ursprünglichen Unrechte wird durch gar nichts geändert, die Sünde des Usurpators bleibt genau dieselbe, Verbrechen, die er hierbei begangen, finden ihren vollen Lohn, aber seine ıkommen sind dennoch legitim, weil niemand existirt, dem ein besseres ıt auf die Herrschaft zusteht als ihnen. Niemand ist daher auch befugt, ı vitiösen Ursprung gegen sie geltend zu machen."

consistit, veritate scilicet seu *dictamine rationis practicae* ir gabili, quo exsistentia actualis alicuius iuris vi universalis o rationalis et hinc ipsius *legis naturalis* asseritur. Itaque aliquod factum ad ius realiter constituendum concurrit, illius *veritatis moralis* in particulari determinandae qu *ext quoddam vehiculum* est. Iam vero, tametsi factum ini m pationis *per se et pro sua qualitate morali* tale vehiculum quam esse potest, nihil tamen obest, quominus in suis *con tiis historicis et realibus effectibus* id aliquando fiat, ut modo plicatum est.

*Criterium* denique, quo tuto iudicari possit aliquam potestatem publicam a statu „possessionis facti" ad statum „possessionis iuris" revera transiisse, ex dictis iam satis apparet et hac *disiunctiva condicione* consistit: *si transactione pacifica ab iis, quorum ius per usurpationem laesum fuerat, voluntaria iuris cessio obtenta sit, de eaque publice constet;* aut *si legitimi subiecti potestatis vel legitimae dynastiae restitutio quacumque ex causa facta sit impossibilis*[1]. Ita v. g. *physice* impossibilis illa evasisse intellegitur, quando nemo iam superstes est, qui legitimum iuris titulum contra actualem „possessionem facti" (praesertim longo tempore pacifice continuatam) invocare possit; *moraliter* impossibilis dicenda est restitutio, quae, sincere spectatis praesentibus rerum populique adiunctis, longiore historico influxu stabilitis, non nisi cum certo et gravissimo discrimine salutis publicae tentari posset.

Quamdiu igitur neutra ex his condicionibus intervenerit, usurpatio, quantumvis feliciter completa, totam suam qualitatem publicae iniustitiae retinet, atque coram Deo et hominibus obligationi restitutionis obnoxia manet.

## § 2. De iusta civium ad usurpatorem habitudine.

517. Usurpatio sive attentata sive completa pro ipsis civibus, de quorum supremo regimine agitur, ansa gravissimae perturbationis nec raro moralium perplexitatum esse solet, simul autem praecipua quaedam occasio, qua vera et solida *civilis fidelitas eo*

---

[1] r. *Moy de Sons* (Recht ausserhalb der Volksabstimmung § 100, p. 187), quoad rem vix aliud intellegere videtur, cum in specie loquens de violenta occupatione terrae alienae dicit: „dieselbe gehe aus dem Zustande der blossen Thatsache in den des Rechtes über nur durch die Einwilligung oder die gänzliche Vernichtung des Gegners."

ıs et lucidius comprobetur, quo graviorem tentationem subire ıtur. Quaestio igitur practice gravissima haec oboritur: *quid-eiusmodi adiunctis civibus praestandum sit, ut fidelitatis sincere satisfaciant?*

Et res quidem disceptatione non indiget, quamdiu solum de tione *actu attentata,* sive per invasionem sive per rebellionem, dum completa quaeritur. Nam citra omne dubium manifestum in tali discrimine subditos suae legitimae auctoritati adhuc ı stenti contra hostem sive externum sive internum eam omnem realem quam personalem cooperationem praestare debere, ıuam illa generatim pro bello iusto suo iure exigere potest.

Magis complexa quaestio evadit, ubi usurpator devicta omni ıa resistentia *iam pacifice summam potestatem facto possidet;* ə in hac potissimum hypothesi praesens inquisitio versari et:

Qua in re rectam procedendi viam in antecessum indicat analytica distinctio *duplicis* elementi, *formalis* et *materialis,* quo omnis auctoritas socialis in concreto determinata constat (cf. P. I, n. 351. 358; II, n. 392). Secundum hanc enim similiter *duo* iura in omni subiecto legitimo auctoritatis probe distinguenda sunt, quorum *primum* est ipsa *auctoritas* per se spectata seu ius, *quod* per subiectum possidetur, *alterum* vero ius, *quo* illud possidetur et quo possessio legitima esse cognoscitur. *Illud,* utpote ius membra societatis ad finem communem vinculo obligationis dirigendi, per se societati realiter constitutae *essentiale* est nec ea manente deficere potest, sed vi ordinis naturalis semper *alicubi* in societate ıubsistere debet. Manet quoque essentialiter *idem,* aeque validum ıt sanctum, quamcumque externam et materialem determinationem ɔrtiatur et a quocumque subiecto actu possideatur, ideoque per ɔ independens est ab *altero* iure, quod in subiecto requiritur, ut ɔn tantum facto verum et legitimo iure auctoritatem possideat.

Quibus praenotatis fere corollarii instar sequitur:

8. **Thesis LVI. Regimini usurpatoris iam pacifica possessione stabilito cives in iis omnibus civilem oboedientiam praeare tenentur, quae ad servandum ordinem publicum et ad ordiıriam reipublicae administrationem in bonum corporis socialis rtinent; actibus autem publicis, qui directe ipsam usurpationem ntra ius legitimum obfirmandam respiciunt, positive cooperari ıc debent nec per se licite possunt.**

Praenotanda. Supponitur usurpatio notorie certa ullo adhuc legitimo iuris titulo sanata. — Quod in al theseos dicitur *„per se“*, refertur ad casus possibil cept qui aliquando ob rationes graves *rei ipsi extrinsecas* evenire p

**Probatur pars I.**

*Argum. 1.* Omne officium oboediendi respectivo iuri p cipiendi correlatum est eique obiective et extensive correspon Atqui quicumque in societate civili supremam potestatem (sive legitime sive illegitime) *actu* possidet, eandem etiam, eam tenet, exercere *iure naturae* non solum potest sed *debet, ne* interim respublica essentiali bono frustretur, ad quod illi conferendum auctoritas publica suapte natura divinitus destinatur. Ergo civibus officium oboedientiae incumbit in iis omnibus praeceptis et ordinationibus publicis, quae a tali exercitio potestatis emanant et quae „ad servandum ordinem publicum et ad ordinariam reipublicae administrationem in bonum corporis socialis pertinent“.

*Argum. 2.* Vi „iustitiae legalis“, i. e. ex iuridica relatione, qua singula membra erga totam societatem qua talem naturaliter obligantur, cives etiam in hypothesi usurpationis respectu *boni communis totius societatis* ad eadem officia civilia, quae ipsis sub legitimo regimine incumberent, naturaliter tenentur, quatenus haec citra omnem positivam agnitionem usurpationis praestari possunt. Atqui ad haec officia spectat oboedientia et civilis cooperatio in iis, quae ad ordinem publicum et ordinariam administrationem reipublicae referuntur. Ista enim perinde iugiter ad bonum commune necessaria sunt, cuicumque subiecto auctoritas publica facto inhaereat; ac propterea oboedientia non tam personae usurpatoris quam *auctoritati publicae* praestatur, quae *per se spectata* semper intacta manet, licet ab illo iniuste detineatur[1]. Ergo . . .

**Probatur pars II.**

Usurpator vi auctoritatis socialis, quam facto possidet, nullum ius sibi vindicare potest obligandi cives ad ea praestanda, quae

[1] Cf. *Zallinger*, Instit. iur. nat. I, l. 3, § 210, ubi citatur *Martini* dicens: „Quia rex eiectus rempublicam administrare nequit, ideo subditi, qui sese invasori subiecerunt, ubi is in quieta fuerit possessione, eidem tenentur oboedire non quidem ex invasoris iure, quod nullum est, sed *ob universale bonum;* ex quo ille etiam, qui ius imperandi habet, velle non potest, ut populus intereat potius quam invasori se submittat.

se ad ipsius tantum proprium commodum mere particulare nt, maxime si per ea insuper certo iuri tertii iniuste detra-:. Atqui utrumque manifeste dicendum est de imperatis in suppositis. Ergo iis obtemperare cives *nullatenus tenentur;* mo per se *nec licite possunt,* quia esset positiva cooperatio ad blicam iniustitiam, quam usurpator committit, non solum de-ıdo verum etiam in sua manu communiendo rapinam, quam ;imo possessori restituere tenetur[1].

Hanc ipsam doctrinam et practice illustratam et veneranda ctoritate confirmatam reperimus in instructione Pii VII Papae regis, ad suos subditos data die 22 Maii 1807, pro tem-re usurpationis in Statu pontificio. In ea Rex-Pontifex vi trusus declarat non licere iuramentum fidelitatis usurpatori *sque restrictione* praestare, utpote quod contradiceret iuri legi-principis; licere autem ad *passivam* oboedientiam iuramento obligare, talem scilicet, qua tantum actuale gubernium *de to* agnoscitur. Ideo etiam prohibet ea munera ab usurpatore pere, quae suapte natura agnitionem ipsius usurpationis in-lverent.

9. **Corollarium.** Usurpatio, quemadmodum per se non tollit egitimi principis, sed, quo tempore manet, eius exercitium im-dit, ita et mutuam iuris relationem inter legitimum principem subditum populum non solvit, sed eius actualitatem suspendit. ıod enim populus interim usurpatori se subiicit, necessitate com-ılsus et ad cavendum maius malum volens quidem facit, simul men „secundum quid" nolens. Hinc facile intellegitur evenire iquando posse, ut, per rerum adiuncta cessante illa necessitate ıt notabiliter attenuata, pristina iuris relatio ad legitimum prin-pem in sua actualitate reviviscat, ita ut populus derelicto usur-ıtore ad eum redire eique contra illum adhaerere teneatur.

Quod si moralis regula quaeritur, qua in casu particulari tuto :ari possit, utrum consideratis omnibus rerum adiunctis hic et nc eiusmodi obligatio asserenda aut neganda videatur, in hoc idem *generali criterio* partim positivo partim negativo graves is doctores communiter conveniunt:

1. Quamdiu consideratis viribus et subsidiis, quae utrimque ıesto sunt, successus alicuius actionis publicae ad illum finem

[1] Cf. *Taparelli,* Diritto nat. I, § 659—672. *Walter,* Naturrecht u. Politik :50 sq. *Meyer,* Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechts § 227—230.

susceptae admodum dubius apparet, ex ipso conatu autem sacrificia et pericula pro civibus consecutura praevidentur, iustam proportionem ad bonum commune reipublicae e ad talem actionem neque princeps subditos licite sollici , subditi obligari possunt. Ratio est, quia non ex t propter principem, sed princeps propter populum.

2. Contra vero evocantis legitimi principis ca subditi procul dubio ex officio suscipere et activa c sustentare tenentur, ubi per adiuncta et de felici succ et sua suorumque efficaci tutela satis securi esse possunt[1].

At vero quoniam raro contingit, ut in aliquo casu omnes condiciones adaequate alterutri parti huius criterii r deant, et sic practicum iudicium sive affirmativum sive n statim cunctis aeque liquidum praesto sit, magna cau est, ne perniciosa animorum divisio causam publica crimini obiiciat. Ad viros matura prudentia et auctorita pol pertinebit hanc calamitatem suo publico influxu et silio praevenire. Definitive in causa tam gravi quicq m statuere generatim committendum non est promiscuae multi variis passionibus turbatae; sed neque est *solius* iustitiae et r interpretationis iurium, sed simul cum ea sociatae *christi prudentiae,* quae, ubi de iure certo constat, insuper de *usu* sollicite inquirere debet, utrum pro tempore *opportunus,* ut considerato discrimine gravi et ancipite, quod sive pro ipsius reipublicae sive pro civibus forte instare possit, moralit *licitus* an vero *illicitus,* quia nimis temerarius, censendus sit.

## Articulus 3.

### *De hypothesi tyrannici abusus potestatis in se legitimae.*

### § 1. Documentum praevium.

520. Omne ius, quod per homines exercetur, quantumvis se sanctum, possibili abusui obnoxium est, ergo et suprema ci potestas. Nihilominus Deus humano ministerio tam impe et labili in regenda hominum societate uti voluit; simul monemur: „Nolite confidere in principibus" (Ps. 145, 2). Q

[1] *Martini*, Posit. de iur. civit. § 500, hanc solam condicionem re „Quamprimum subditi ab imperante defendi possunt" (apud *Zallinger* l. Cf. *H. Grotius,* De iure belli ac pacis l. 1, c. 4, § 16. 19.

l insinuari videtur altius istius defectus complementum repe-
m esse, neque putandum hominibus in aliquam partem re-
vocatis absolutum et a Deo ipso independens arbitrium
ı committi; populos iugiter potius memores esse debere
emi illius rerum omnium Gubernatoris, cuius providae sapien-
et iusto iudicio subsunt universa, et qui, teste S. Thoma [1],
i „quantum pertinet ad exsecutionem gubernationis, gubernat
lam mediantibus aliis", tamen „quantum ad rationem guber-
ıis (quae est ipsa providentia) pertinet, immediate omnia
nat". Et ab hac quidem divinae providentiae lege etiam
na libertas cum omnibus suis erroribus et excessibus non
tur, quominus Deus cuncta, et bona et mala, quibus humani
is historia contexitur, suis denique altissimis finibus apte
dinare noverit. Huc igitur et tyrannici abusus potestatis
ıi inde vicissim consequi solent, rebellium populorum tumultus
ır pertinent. Quamquam enim Deus peccata et scelera
que commissa pro sua sanctitate non potest non condemnare,
ni tamen eorum effectus sive sociales sive politici per Dei
dentiam in saeculari rerum humanarum oeconomia suum
isum locum occupant nec raro in historia populorum veluti
ımenta apparent vel iustae retributionis vel salutaris exer-
onis miserentis Dei et maiora inde bona praeparantis.
Et vero si in hac re, omissa disquisitione morali et iuridica,
interim quaestio *facti,* ordinaria scilicet politicorum eventuum
ecutio, consideratur, historia fere omnium temporum satis
ıune responsum subministrat. Testatur enim iugum arbi-
et tyrannici regiminis interdum quidem a subiectis populis
dibili patientia diu tolerari, plerumque autem serius ocius
occasione publico quodam irarum incendio et armata insur-
ıne confringi. Apparet in hoc *lex quaedam historico-provi-
alis,* qua summus mundi Gubernator utitur modo ad populos
ıuos principes exercendos vel castigandos, modo ad principes
bia tumidos et in Deum rebelles vicissim rebellione sub-
ım puniendos [2]. Est haec lex naturae hominum accommodata,

---

[1] S. theol. 1, q. 103, a. 6.

[2] Cf. *Stahl,* Staatslehre (1856) § 150, p. 546: „Die Empörung ist zwar
ich und nach christlichem Sittengebote unstatthaft; allein sie ist that-
h die nothwendige Folge der Tyrannei, und ist als solche thatsächliche
in der göttlichen Oekonomie und Weltlenkung allerdings begründet. . . .
rd den Regenten und den Unterthanen gesagt: die Völker *sollen* sich

non sane ideali, qualis sub perfecto regimine rationis esse
sed reali et imperfectae, qualis generatim in historia
Eam in particulari applicare solius Dei est, qua proviso
iudicis universalis; ad hominem autem ea tantum ut obi
salutaris contemplationis et reverentialis timoris pertinet.

521. Itaque ab hac quaestione historico-providentiali p
distinguenda est quaestio *iuridico-moralis*, quae tota practica
et in qua sola praesens nostrum propositum versatur. Et
ralissime quidem haec quaestio ita fere enuntiari potest:

*Quaenam iura legitimae defensionis populo contra manifestam tyrannidem competant?*

Si quidem inter populum et subiectum auctoritatis poli
*mutua* intercedit *iuris relatio* naturaliter et independenter a
quod forte accesserit, valida (cf. n. 500), negari non pote
solum principi sed et populo subiecto sua esse iura q t
*inviolabilia*. Unde procul dubio consequitur eadem a po
efficaciter quoque asseri ac *modo congruo* contra iniustam
tionem *defendi legitime posse*. Itaque ante omnem disc
haec conclusio certa et liquida est, non quamlibet populi r
*tiam defensivam* etiam seriam et invictam contra imperium
feste tyrannicum[1] iure naturae illegitimam vel ab apostolo
hibitam censeri posse illis verbis: „Qui resistit potestati, Dei
ordinationi resistit" (Rom. 13, 2). Tyrannicum enim imperantis

nicht empören; es wird ihnen aber nicht gesagt: die Völker *werden* sich nicht empören. Im Gegentheil, so oft ein König zu seinen Unterthanen sprechen wird: ‚Mein Vater hat euch mit Peitschen gezüchtigt, ich will euch mit Skorpionen züchtigen' — so oft werden die Völker von ihm abfallen, das ist der Lauf der Welt von jeher."

[1] Apud veteres nomen tyranni promiscue et usurpatori et principi legitimo sua potestate iniuste et crudeliter abutenti tribui solet; quare distinguitur „tyrannus in titulo" et „tyrannus in regimine". Hinc *Suarez*, Def. fid. cath. l. 6, c. 4, § 1, monet, „Duplex a theologis tyrannus distinguitur: *unus* est, qui non iusto titulo sed vi et iniuste regnum occupavit, qui revera non est rex nec dominus, sed locum illius occupat et umbram eius gerit; *alter* est, qui, licet verus dominus sit et iusto titulo regnum possideat, tyrannice regnat quoad usum et gubernationem, quia videlicet aut omnia in proprium commodum, communi contempto, convertit, vel subditos iniuste affligit, spoliando, occidendo, pervertendo vel alia similia publice et frequenter iniuste perpetrando. Talis fuit verbi gratia Nero. . . . Et inter *christianos* maxime est in hoc ordine numerandus *princeps, qui subditos suos in haeresim vel aliud apostasiae genus vel publicum schisma inducit.*" — De altero tantum genere hic quaeritur.

bitrium neque cum „potestate“, quae a Deo est, neque cum Dei ordinatione“ confundenda est.

Interest igitur imprimis, ut legitima resistentia ab illegitima ernatur, ea scilicet, *quae iustae et congruae defensionis limites cedit* et ordini laeso altera graviore inordinatione mederi condit. Quare iuvat hoc loco, eodem praelucente criterio, quosdam sistentiae modos, qui practice in considerationem venire possint, l rectae rationis trutinam revocare [1].

## § 2. De rebellione.

### A. Definitio.

22. Quoniam hoc nomen vulgari usu non raro latius de quaet fere etiam defensiva resistentia contra legitimam potestatem pari solet, ante omnia opus est, ut genuinus eius conceptus ictior significatio definiatur.

Itaque stricte accepta *rebellio* (seditio — Empörung), de qua hic agere intendimus, recte dicitur *violentia legitimo principi rnio) a subditis illata sive ad illum deponendum sive ad tandam constitutionem sive ad postulata quaedam publica exrquenda.* Nempe ad rationem *propriam* rebellionis stricte dictae ertinet, ut aliquo modo characterem *active-aggressivum,* non tanpassivum aut mere defensivum, prae se ferat. Unde non etiam *„activa resistentia“* cum rebellione stricte dicta conenda est.

### B. Quaestio iuris.

23. Ad quaestionem: *utrum rebellio aliquando iure naturae cita censeri possit,* imprimis nobis occurrit sententia eorum, qui um *Rousseavio* essentialem et inalienabilem suprematiam universo opulo vindicant. Secundum hanc theoriam Revolutionis sane nulla alis actio etiam armata, quoties a generali populi voluntate proedit, recte rebellio dici potest, cum potius dici debeat sollemne xercitium supremae potestatis civilis per eius subiectum unice essentialiter legitimum et cui semper competit principes a se elegatos non solum deponere sed et iudicare et punire. Atque

[1] Cf. de eodem argumento *Balmes,* Le protestantisme comparé au caolicisme III, c. 54. — *C. L. v. Haller,* Restauration der Staatswissenschaft I, 15, p. 414 sq.; II, c. 41, p. 450 sq., qui in eo sane errat, quod causam is *publici* fere causis iuris *privati* adaequat. Ceterum ad rem multa affert issima et consideratione digna.

ita quidem ipse conceptus rebellionis coarctatur ad solam vic[illegible] tam oppositionem alicuius factionis *contra voluntatem general[illegible] totius populi*, sive illa a civibus sive a principe attentetur; sensu rebellio utique „crimen laesae maiestatis populi" constit[illegible] Similiter fere sentiant necesse est qui cum *Lockio* ius nat[illegible]le tribuunt populo potestatem principi a se libere traditam sibi, ubi res postulaverit, reposcendi.

Verum ad haec notissima *Revolutionis axiomata*, in anterioribus iam satis exclusa, hic redeundum non est. Quare his neglectis inter eos potius ista quaestio veluti interna utiliter examinabitur, qui generatim communia sanioris philosophiae principia profitentur; quamquam ea perperam applicando nonnulli graviter errarunt.

Omnes quidem in eo satis conveniunt, ut sapienter *negent* violentam insurrectionem censeri posse remedium *ordinarium* contra tyrannidem et eatenus *universim* iure naturae legitimum. Idem communiter nefas esse docent contra legitimam potestatem propter eius abusum admodum transitorium aut in suis sequelis non valde perniciosum violentam actionem moliri, immo, saltem extra casum [illegible] necessitatis, id semper illicitum esse arbitrantur.

Itaque practice praesens quaestio eo demum redit: *utrum* [illegible] ubi exhaustis mediis pacificis et legalibus [illegible] tyrannica oppressio obfirmata perdurat) [illegible] *[illegible]ctionem iure naturae admitti* [illegible]

In casu eiusmodi extremo quid *practice* revera eventurum sit, spectatis moribus hominum, ut iam supra dictum est, certe vix [illegible] manere potest. Sed *theoretice* obiectivam [illegible] regulam statuere, qua sic propositae quaestioni omni ex [illegible] satisfiat, gravi difficultate non caret, nec propterea [illegible] etiam christianos immo et theologos [illegible] consensum viguisse.

[illegible] ad sententiam affirmativam [illegible] complures *auctores medii aevi* et [illegible] eius potissimum temporis iure [illegible] sunt, qui temere etiam licitam [illegible] tanquam hostis publici declararent[1], cum alii

[illegible] „Polycraticus" III, 15: „Porro ty[illegible] sed aequum et iustum." Confer quoque

ue non nisi *toti* populo tamquam legitimae in *iis adiunctis* ıitati publicae violentam in illum actionem permitterent[1].

De quorum opinione, saltem communiore, haud immerito ıri licet eam generatim loquendo ex mente auctorum non ius rebellionis stricte dictae contra potestatem legitimam, ım ius *activae resistentiae* seu violentae sui ipsius defensionis iniustum aggressorem in casu extremae necessitatis asse-. Idque ex duplici momento colligitur:

1. Nihil plane detractum volunt gravissimo praecepto apoico, quo potestas legitima semper reverenda sit tamquam „l ɔrdinatio", cui nefas sit resistere. At in hypothesi intolera-

---

IV, 1; VIII, 17: „Est tyrannus, qui violenta dominatione populum premit, sicut, qui legibus regit, princeps est." — Verumtamen VIII, 20 hoc sententiae moderamen subiungit: „Et hic quidem modus delendi tyrannos utilissimus est et tutissimus: si, qui premuntur, ad patrocinium clementiae Dei humiliati confugiant, et puras manus levantes ad Dominum devotis precibus flagellum, quo affliguntur, avertant."

[1] Praecipuam de hac re „litteraturam" tam veterum quam recentiorum luculentius refert Cardinalis *Ios. Hergenröther* in opere „Katholische Kirche und christlicher Staat" (1872), c. 9: Recht des Widerstandes gegen die weltliche Gewalt, p. 475—510. Inde nominatim etiam apparet, quo iure nonnulli inter recentiores scriptores protestantes de singulari protestantismi fidelitate ac devotione erga principes glorientur, dum e contrario scholam catholicam, propter paucorum liberiorem opinionem a communi ceterorum omnium sententia evagantem, veluti inventricem theoriae revolutionis accusare non verentur. Ad quod illustrandum sufficit nominare scriptores protestantes Pufendorf, Thomasium, Kant, Buchanan, Languet, Milton, Algernon Sidney, Locke, quos magistros secutus est Rousseau. Auctoritate doctrinae calvinianae iusta aestimabantur bella civilia in Gallia sub Carolo IX et Henrico III, rebelliones in Scotia, in Anglia, in Neerlandia, ubi a multis calvinianis propugnabatur principium: propter periculum suae religionis (novitatis calvinianae) licere populo arma capere et ei infensos malosque principes deponere, expellere aut secus e medio tollere. Et generatim, ut idem cl. auctor animadvertit (p. 485), solebant adulari principibus novae doctrinae faventibus et severissimam erga eos oboedientiam inculcare, simul autem armatam praedicare resistentiam contra ea gubernia, quae illius propagationi se opponebant. — Satis nota praeterea sunt effata ipsius *Lutheri*, varia quidem vario tempore, prout sui „evangelii" magis intererat. *Melanchthon* etiam tyrannicidium certis in adiunctis licitum declarabat. Cf. *Döllinger*, Die Reformation I, 352, not. 6, ubi ex litteris Melanchthon ad amicum datis haec verba referuntur: „Anglicus tyrannus Cromwellum interfecit, et conatur divortium facere cum Iuliacensi puella. Quam vere dixit ille in tragoedia: non gratiorem victimam Deo mactari posse quam tyrannum! Utinam Deus alicui forti viro hanc mentem inserat!"

bilis tyrannidis existimant casum oriri obiectivae collisionis officium submissionis et ius primigenium naturale sui i] s ( servandi et hinc cum moderamine inculpatae tutelae effic defendendi; id enim quemadmodum individuis hominib ita communitati hominum semper a natura competere et offi submissionis praevalere.

2. Accedit, quod plerique statum quaestionis supponunt, conceptum *proprie dictae* rebellionis excludit. Etenim in illo extremo tyrannidis subiectum publicae auctoritatis *iam suo l timo iure excidisse existimant: sive* quod praecedente *interr Summi Pontificis,* supremi in his terris custodis ordi populus ab omni vinculo oboedientiae solutus sit; *sive* quod e citra talem positivi iuris interventum auctoritas publica, qui quae per se *essentialiter* in bonum commune divinitus ord r, iure naturae dicenda sit *desiisse* obiective *ut talis* leg sistere, ex quo *tota* in sui contrarium, in *commune exiti populi* conversa fuerit; *sive* denique quod in iis adiunctis *na rale* iectum auctoritatis censeri debeat *tota communitas,* utpote a princeps eam primitus acceperit, non ut tyrannice sed ut politice regeret.

**524.** Ex his capitibus facile explicantur quaecumque a *veteris scholae* auctoribus in hanc rem dicta afferri solent et quae revera rebellionem stricte dictam vel seditionem quam vulgo appellant nullatenus attingunt, quia theoretice nusquam aliquam actionem aggressivam supponunt eo consilio susceptam, ut publicus ordo regendi et oboediendi inter caput et membra corporis civilis legitime subsistens *in contrarium* invertatur. Huc inter alia pertinent:

Verba *S. Thomae Aquinatis*[1]: „Regimen tyrannicum non est iustum, quia non ordinatur ad bonum commmune, sed ad bonum privatum regentis. Et ideo perturbatio huius regiminis non habet rationem seditionis; nisi forte quando sic inordinate perturbatur tyranni regimen, quod multitudo subiecta maius detrimentum patitur ex perturbatione consequente quam ex tyranni regimine.“ Quibus addendum est, quod in opusculo *De regimine principum*[2] legimus in ea parte, quae etiamnum non sine probabilitate Angelico Doctori aut certe eius discipulo adscribitur: „Demum vero curandum est, si rex in tyrannidem diverteret, qualiter posset occurri. Et quidem si non fuerit excessus tyran-

[1] S. theol. 2, 2, q. 42, a. 2. [2] L. 1, c. 6.

utilius est remissam tyrannidem tolerare ad tempus, quam
ra tyrannum agendo multis implicari periculis, quae sunt gra-
a ipsa tyrannide. . . . Et si sit intolerabilis excessus tyran-
quibusdam visum fuit, ut ad fortium virorum virtutem per-
tyrannum interimere, seque pro liberatione multitudinis
xponere periculis mortis: cuius rei exemplum etiam in Veteri
amento habetur. Nam Aioth quidam Eglon regem Moab, qui
vi servitute populum Dei premebat, sica infixa in eius femore
emit, et factus est populi iudex. Sed *hoc apostolicae doctrinae*
*c ruit.* Docet enim nos Petrus non bonis tantum et mo-
verum etiam discolis dominis reverenter subditos esse
1 Petr. 2, 18). Haec est enim gratia, si propter conscientiam Dei
neat quis tristitias patiens iniuste.“ Allato dein exemplo mar-
yrum sub imperatoribus romanis haec subiiciuntur: „Magisque
ioth iudicandus est hostem interemisse quam populi rectorem,
cet tyrannum. Unde et in Veteri Testamento leguntur occisi
nisse hi, qui occiderunt Ioas regem Iuda, quamvis a cultu Dei
ecedentem. . . . Esset autem hoc multitudini periculosum et eius
ectoribus, si privata praesumptione aliqui attentarent praesiden-
ium necem, etiam tyrannorum.“. . . Videtur autem magis contra
yrannorum saevitiam non privata praesumptione aliquorum sed
*oritate publica* procedendum. Primo quidem si ad ius multi-
alicuius pertineat sibi providere de rege, non iniuste ab
rex institutus potest destitui, vel refrenari eius potestas,
pot te regia tyrannice abutatur. Nec putanda est talis
tudo infideliter agere tyrannum destituens, etiamsi eidem in
o se ante subiecerat, quia hoc ipse meruit in multitudinis
re e se non fideliter gerens, ut exigit regis officium, quod
m a subditis non servetur. . . . Si vero ad ius alicuius
st o pertineat multitudini providere de rege, exspectandum
b eo remedium contra tyranni nequitiam. . . . Quod si omnino
tyrannum auxilium humanum haberi non potest, recurren-
est ad regem omnium Deum, qui est adiutor in opportuni-
in tribulatione. Eius enim potentiae subest, ut cor tyranni
cru e convertat in mansuetudinem secundum Salomonis senten-
(Prov. 21, 1). . . . Tyrannos vero quos reputat conver-
indignos, potest auferre de medio vel ad infimum statum
educere secundum illud Sapientis (Eccli. 10, 17): ‚Sedem ducum
superborum destruxit Deus, et sedere fecit mites pro eis.‘ . . .
ut hoc beneficium populus a Deo consequi mereatur, debet

a peccatis cessare, quia in ultionem peccati divina p
impii accipiunt principatum, dicente Domino per O 13, 11.
‚Dabo tibi regem in furore meo', et in Iob 34, 30 dicitur,
‚regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi'. T
lenda est igitur culpa, ut cesset a tyrannorum plaga."

*Auctores scholastici posteriores,* ubi de eadem re disputati
instituunt, fere eandem sententiam communiter tenent. Nil
autem 1° *auctoritate S. Thomae* plerumque cum expresso
ad textum duplicem modo allatum et nominatim etiam ad
De regim. princ. I, 6, de cuius origine minus certa sane n
adhuc vel suspicio subierat; 2° *communi eo tempore philos*
*opinione de origine proxime democratica omnis potestatis civilis;*
3° recursu quoque ad iudicium Summi Pontificis, qua po
habentis etiam in principes christianos.

Itaque loco multorum sufficit audire *Suarezium,* qui
in specie de tyranno per abusum regiminis ita scribit[1]: „Certa
veritas est contra huiusmodi tyrannum *nullam privatam per*
*aut potestatem imperfectam* posse iuste movere bellum aggre
atque illud esset proprie seditio. Probatur, quoniam ille, ut
ponitur, verus est dominus; inferiores autem ius non
indicendi bellum, sed defendendi se tantum, quod non ha
in hoc tyranno. Namque ille non semper singulis facit i
atque si invaderentur, id solum possent efficere, quod ad
defensionem sufficeret. At vero *tota respublica* posset
surgere contra eiusmodi tyrannum, neque tunc excitaretur
seditio (hoc si quidem nomen in malam partem sumi cor it).
Ratio est, quia tunc tota respublica superior est rege;
ipsa dederit illi potestatem, ea condicione dedisse cen
politice, non tyrannice regeret, alias ab ipsa posse deponi.
tamen observandum, ut ille vere et manifeste tyrannice
concurrantque aliae condiciones ad honestatem belli p
Lege divum Thomam De regimine principum I c. 6." —
autem auctor lectorem ad alium locum suorum operum[2] re tit,
in quo magis directe eandem rem pertractat, occasione
controversiae contra regem Angliae. Eo scilicet contradic
ostendere suscipit regem tyrannice gubernantem etiam *regno pri*
*vari* posse, et „potestatem hanc deponendi regem esse posse vel

[1] Tractatus de caritate disp. 13, sect. 8, c. 2.
[2] Defensio fidei cath. l. 6, c. 4, § 15—17.

ipsa republica vel in Summo Pontifice, diverso tamen modo“ ans pro hac doctrina et alios probatos scriptores, ut Soto l. 5 iust. q. 1, a. 3). „Nam“, inquit, „*in republica* solum per modum ensionis necessariae ad conservationem suam. Ideoque si rex itimus tyrannice gubernet, et regno nullum aliud subsit remem ad se defendendum nisi regem expellere ac deponere, poit respublica tota, publico et communi consilio civitatum et ›cerum, regem deponere, tum ex vi iuris naturalis, quo licet n vi repellere, tum quia semper hic casus, ad propriam reiblicae conservationem necessarius, intellegitur exceptus in primo › foedere, quo respublica potestatem suam in regem transtulit. ; hoc modo accipiendum est, quod ait divus Thomas 2, 2, q. 42, 2 et 3, non esse seditiosum resistere regi tyrannice guberıti, utique si legitima potestate ipsius communitatis, et pruınter sine maiori populi detrimento fiat. Ita etiam exposuit vus Thomas De regim. princ. I c. 6 et discipuli eius“. . . (quoım complures nominat ac citat). — „At vero in *Summo Pontifice* haec potestas tamquam in Superiori habente iurisdictionem d corripiendum reges etiam supremos tamquam sibi subditos. Inde si crimina sint in materia spirituali, ut est crimen haeresis, ›otest *directe* illa punire in rege, etiam usque ad depositionem a egno, si pertinacia regis et providentia communis boni Ecclesiae ta postulent. Si vero vitia sint in materia temporali, quatenus ›eccata sunt, etiam potest illa corripere per directam potestatem: quatenus vero fuerint temporaliter nociva reipublicae christianae, *indirecte* saltem poterit ea punire, quatenus tyrannicum regimen temporalis principis semper etiam est saluti animarum perniciosum. — Immo addendum ulterius, licet respublica seu regnum hominum, ex sola rei natura spectatum, prout fuit inter gentiles et nunc est inter ethnicos, habeat potestatem, quam diximus, se defendendi a tyranno rege et illum deponendi in eum finem, si necessarium fuerit, nihilominus regna *christiana* quoad hoc habere aliquam dependentiam et subordinationem ad Pontificem Summum. *Primo*, quia potest Pontifex alicui regno praecipere, ut se inconsulto contra regem suum non insurgat vel illum non deponat, nisi prius causa et ratione ab ipso cognita, propter moralia pericula et animarum dispendia, quae in his tumultibus popularibus moraliter interveniunt, et ad vitandas seditiones et iniustas rebeliones. . . . *Secundo* pendet regnum christianum a Pontifice in hoc, ut possit Pontifex non solum consulere aut consentire, ut

regnum regem sibi perniciosum deponat, sed etiam praecipere et cogere, ut id faciat, quando saluti spirituali regni et praesertim ad vitandas haereses vel schismata necessarium esse iudicaverit. Quia tunc maxime habet locum usus potestatis *indirectae* circa temporalia propter spiritualem finem, et quia potest per se immediate regem deponere in tali casu; ergo potest cogere regnum, ut id exsequatur, si necessarium sit, alias esset eius potestas non solum inefficax sed etiam insufficiens. Denique quia tale praeceptum in illo casu iustissimum est."

525. Quae omnia si ex mente auctorum et ex eorum principiis aliunde notis aestimentur, id certe probant, neque a *S. Thoma* neque ab eius discipulis et *Scholae doctoribus* rebellionem proprie dictam seu seditionem *umquam permitti ut licitam.* Tametsi enim quibusdam in adiunctis et *resistentiam activam* contra tyranni iniurias et *positivam eius depositionem* iustam et licitam esse arbitrantur, semper tamen tamquam condicionem necessariam supponunt omnem talem actionem aut esse *mere defensivam* aut *a superiore publica potestate* in iis adiunctis vere legitima contra inferiorem suscipi et exsecutioni mandari; quod quidem utrumque conceptum rebellionis proprie dictae et seditionis plane excludit.

Neque vero hic interest inquirere, utrum veterum hypothesis, qua „totus populus" in casu manifestae tyrannidis supremam potestatem sibi vindicare posse censetur, fundamento nitatur omni ex parte tuto an ex parte labili — quatenus scilicet principes potestatem *semper et ubique* non aliunde nisi *a populo* sibi delatam legitime possidere supponitur. Ab eo enim theoreticum et formale principium veterum, de quo hic agitur, nullo modo dependet, cum inde nonnisi materialiter attingatur. Idem autem de altera hypothesi dicendum est, quae respectu principum christianorum a potestate Summi Pontificis petitur, quae cum tota *theologica* sit, vel ideo a nobis hic praetereunda videtur, quod quaestionem *iuris naturalis,* in qua sola versamur, manifeste excedit.

Itaque ex communi consensu philosophiae christianae haec merito pro thesi statui possunt:

526. **Thesis LVII. Omnis rebellio proprie dicta iuri naturae repugnat.**

Praenotanda. Notionem rebellionis seu seditionis proprie dictae collige ex dictis supra n. 522. Nempe ut aliqua etiam activa violentia vel insurrectio stricte rebellio seu seditio dic

, haec tria requiruntur: 1° ut sit ex natura sua et fine in-
;o non mere defensiva ad actualem iniuriam arcendam, sed
quo modo *aggressiva;* 2° ut dirigatur *contra auctoritatem publicam*
:*ali iure legitimam,* non iam ante quacumque de causa iure
tutam; 3° ut *ab iis procedat, qui actuali iure eidem auctoritati*
*sunt,* sive maiorem sive minorem partem totius populi
ituunt [1].

**Probatur I.** Iuri naturae procul dubio repugnat quidquid ex
ıra sua directe opponitur ordini sociali divinitus sancito. Atqui
n manifeste dicendum est de omni rebellione proprie dicta.

Prob. min. 1. Rebellio suapte natura est practica ne-
) et totalis inversio ordinis, quem Deus iure naturae inter
ra et caput societatis civilis, inter subditos et legitimum
tum auctoritatis stabilitum voluit, si quidem *membra* sibi
ınt supremam auctoritatem, ut *caput* sibi subditum faciant.

2. Rebellio suapte natura *tendit in dissolutionem et mortem*
*ganismi socialis,* ad cuius conservationem et vitalem stabilitatem
ıctoritas publica naturaliter instituta et civilis subiectio prae-
, est. Quemadmodum enim in organismo individuali, ita et
sociali mutua harmonia functionum capitis et membrorum con-
icio vitae dicenda est.

3. Rebellis multitudo, dum in legitimo principe qualemcumque
annidem persequitur, veram interim usurpationem et tyrannidem
rigit et exercet, quia absque iuris titulo gravissimas publicas
iones, quae exclusive soli supremae auctoritati civili com-
et sibi assumit, qualis est bellum indicere et gerere, et ideo
arbitrio cives ad gravissima onera et sacrificia subeunda, ut
ıre fit, terrore compellit; immo in causa sua cum principe legi-
mo ex parte litigante se supremum iudicem simulque iudicii
ısecutorem constituit. Quae omnia usurpationem quandam tyran-
icam denotant [2].

---

[1] Cf. *Th. Meyer,* Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechts § 231—242. Thesis 63 in Syllabo proscripta sic sonat: „Legitimis principibus oboedientiam rectare, immo et rebellare licet."

[2] Hinc et S. Alphonsus de Ligorio (Homo apost. tract. 8, c. 2, § 18) inordinationem acriter perstringit scribens: „Nimis perniciosum in hac re principium Ioannis Gersonis, qui ausus est asserere, quod monarcha potest itime a tota natione iudicari, si regnum iniuste regat; dicebat enim, quod, ı natio sit totum regni respectu ad principem, qui est tantum pars, apud ım necessario debet suprema auctoritas exsistere. Principium, inquio, non

regnum regem sibi perniciosum d
cogere, ut id faciat, quando salut
vitandas haereses vel schismata n
tunc maxime habet locum usus
ralia propter spiritualem finem.
regem deponere in tali casu:
exsequatur, si necessarium sit.
inefficax sed etiam insuffici
in illo casu iustissimum est.

**525.** Quae omnia si ex
aliunde notis aestimentur,
neque ab eius discipulis et
dictam seu seditionem *un*
quibusdam in adiunctis
iurias et *positivam eius*
trantur, semper tamen ta Atq
omnem talem actionem rebellio
*publica potestate* in ii *adiunct*
suscipi et exsecutioni hoc respect
rebellionis proprie di

Neque vero hic Ad 1. Ius
qua „totus populus" absurdam cont
testatem sibi vindi pote quod sine omn
ex parte tuto an praecipit, verun
potestatem *semper* ordini sociali let
legitime possidere abusus potestatis in
male principium tum inductus umquan
cum inde nonni m saeculum elapsum m
hypothesi dicend
a potestate Si landi *certis condicionibus*
sit, vel ideo a parenter principium revolut
*iuris naturalis*. *practice* tamen a pr
Itaque ex
merito pro

**526.** Th se iuris normam admittit, e
turae repu rebellio licita, quando i
Prae gravissimam quaestionem fere ser
dictae
activa v sed perniciosissimum: nam hoc modo
inde enormissima evenirent schism

ex ferventibus passionibus
ut *omnis* demum rebellio,
tudine suscepta, maxime
iusta et licita sed etiam
*ista theoretica,* facultati re-
*nis* est, quia nullius auctori-
terpretationi ipsius perturbatae
mortiferum societatis malum, quod
am legitimam necessario comitatur,
aquam evitatur.

onis", etsi theoretice condicionatum,
*ione omni norma iuris et rectae rationis*
si seditiosa insurrectio, ut non raro fit,
ratione subito oriatur, audacissimi quique,
rem gerendam sibi assumunt, eique pro de-
fere modum suamque mensuram imprimunt;
coniurationem praeparata fuerit, ducum consilio
quidem incipiet, sed semel excitata a turbulentis
inuabitur ad multiplices excessus violentiae et vin-
. Tot enim eiusmodi occasione multitudinis passiones
lent, ut rebellionis auctores, etiamsi vellent, furori
ere non possint. Quae omnia si in casu quodam raris-
accidant, notandum est non ex raris eventibus sed ex
ni rerum humanarum condicione desumi debere quid iuris
permittat.

**Confirmatur** denique thesis, iam philosophicis rationibus certa,
edente gravissimo christianae religionis praecepto. Sollemnia
im verba Apostoli Rom. 13, 2: „Qui resistit potestati, Dei
dinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem
quirunt" — ad minimum certe de ea saltem resistentia contra
itimam potestatem intellegenda sunt, quae in rebellione seu
litione proprie dicta consistit.

Et vero contra thesin hac definitione circumscriptam non
quod, rite observato eodem statu quaestionis, serio obiicia-
, nisi quis essentialia fundamenta omnis societatis publicae
are voluerit.

**Corollarium.** Si quidem ex probatis omnis subditorum
ellio in legitimum principem et iuri naturali et legi christianae
traria est, *a fortiori* et absque ulteriore discussione liquet

*tyrannicidium,* i. e. occisionem legitimi principis propter tyran sive ab homine privato sive a seditiosa multitudine s semper et iure naturae et lege christiana reprobari. Q de re utiliter legitur discursus S. Alphonsi de Ligorio (Homo tract. 8, c. 2, § 13), quo temerarias nonnullorum opini refutat iisque gravissima summorum theologorum testimonia mit.

## § 3. De iuris praesidio contra abusum potestatis.

528. Exclusa rebellione merito ulterius quaeritur, quodnam igitur iuris praesidium populo iniuste oppresso reliquum sit, quo se contra tantam publicam iniuriam ordinate et efficaciter t Absurdum enim videtur in universo naturalis iustitiae ord a supremo legislatore hanc *unam* exceptionem statutam es , cum ceteris omnibus strictis iuribus coactiva inviolabili haereat (P. I, n. 476), sola iura subditorum in societate ci veluti mere precaria et inermia arbitrio principum mancipentur. Necesse est igitur his quoque suum congruum iuris praesidium non deesse, et quidem vi ordinis iuridici naturalis seu *iure naturae*[1]. Neque impedit, quod quis cum gravibus auctoribus ca-

[1] Huc pertinet quod alibi (Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechts § 243) scripsimus: „Von dem verwerflichen Ungehorsam und von der *Empörung* ist jedoch *die gesetzliche und geordnete Rechtsbehauptung* der Unterthanen gegen einen notorisch ungerechten Eingriff der öffentlichen Gewalt wohl zu unterscheiden. Es wäre ebenso ungereimt als dem Geist des christlichen Staates zuwider, der Obrigkeit die Gesamtheit der Unterthanen wie eine stumme, rechtlose Herde gegenüberstellen zu wollen. Haben aber letztere der obrigkeitlichen Gewalt gegenüber bestimmte und selbst unveräusserliche Rechte, so muss ihnen auch gestattet sein, dieselben zu wahren und *durch alle sittlichen und rechtlichen (kein wirkliches Recht verletzenden) Mittel zu schützen und aufrecht zu erhalten.* Es ist dieses Princip in seiner Allgemeinheit unantastbar. Es in Zweifel ziehen, hiesse den Begriff nicht nur des Rechtes überhaupt, sondern auch der persönlichen, zumal der christlichen Würde des Menschen verläugnen, es hiesse das in bestimmte Grenzen gefasste göttliche Recht der Obrigkeit mit der absoluten Willkür verwechseln. Auch ist dieses Rechtsverhältniss zwischen Obrigkeit und Unterthanen an sich betrachtet weder das Ergebniss eines Vertrages noch sonst einer positiven Bestimmung. Es ist wesentlich in der Natur des Menschen und der bürgerlichen Gesellschaft begründet, durch dasselbe ewige Gesetz sanctionirt, welches über der Obrigkeit und über den Unterthanen steht, und welches einerseits das Recht, zu befehlen, gibt und andererseits die Pflicht, zu gehorchen, auferlegt. Es umfasst im wahren Sinne des Wortes die menschheitlichen Grundrechte, welche möglicherweise durch hinzukommende positive Vertragsbestimmungen, durch besondere Fundamentalgesetze und Verfassungen näher bestimmt und angewandt,

licis asserat respectu christianarum gentium huic necessitati ssimum per supremum patrocinium potestatis Pontificiae pro- a esse. Talis enim institutio, qualiscumque supponitur, cum *positiva* et *ordinis supernaturalis,* ordinem naturalem non tollit, supponit et extrinsece complet. Quapropter generalis quaestio *is naturalis* intacta et integra manet.

Est autem duplex resistendi modus, qui hic examinandus proponitur: alter, qui „*resistentia passiva*" vulgo dicitur; alter, qui etiam „*activam*" *resistentiam certis condicionibus munitam* comprehendit.

### A. De resistentia passiva.

529. Haec, ut nomen indicat, in eo consistit, ut subditi legi- principi *suo imperio iniuste abutenti, qua tali oboedientiam er denegent,* interim tamen omnem ceteroquin iure debitam ctionem profitentes et fidelitatem servantes.

Esse talem resistentiam iure naturae *licitam* extra patronos asiatici absolutismi et modernae statolatriae omnes uno ore fatentur. Ratio est, quia obligatio subditorum latius non patet quam ius imperantis (cf. P. I, n. 294—297; P. II, n. 362. 363). Eam etiam non raro *praeceptam* esse, quoties scilicet imperata altiori obligationi contraria sunt, ex pridem dictis manifestum est; „oportet enim Deo magis oboedire quam hominibus". Quo casu et poenae iniuriosae, quae forte infligentur, aequanimiter ferendae sunt (cf. P. I, n. 296. 298)[1].

---

nie aber durch letztere aufgehoben oder ausser Kraft gesetzt werden können." — Idem illustrat *G. Audisio,* Fundam. iur. nat. et gent. (1852) l. 3, tit. 4, § 2, p. 290: „Non Deus princeps, sed Dei minister, cuius iura ex divino ipso iure in recta administrationis limitibus continentur. Est enim lex, non ‚voluntas generalis', ut Rousseavio aliisque placuit, sed ‚quaedam rationis ordinatio ad bonum commune et ab eo, qui curam habet communitatis, promulgata' (*S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 90, a. 4). Unde sequitur: ‚Alioquin voluntas principis (quaecumque sit principatus forma) magis esset iniquitas quam lex' (ibid. a. 1). Divinum scilicet ius, quod imperandi facultatem impertitur, eidem limites figit, ut frustra extra illas exerceatur: quod potius quam hominum tututa fit in libertatis tutelam ac praesidium." — Cf. Civiltà catt. 1863, ser. V, ol. 8, p. 28. *Moy de Sons,* Philosophie des Rechts t. II, § 15. 20.

[1] *Grotius,* De iure belli ac pacis l. 1, c. 4, § 1: „Illud quidem apud omnes nos extra controversiam est, si quid imperent naturali iuri aut divinis praeeptis contrarium, non esse faciendum quod iubent. Nam apostoli cum dixerunt eo magis quam hominibus oboediendum, ad certissimam provocarunt regulam, nnium inscriptam mentibus, quam totidem ferme verbis expressam apud latonem reperias. At si qua ex tali causa aut alioqui, quia summum im-

Quibus insuper addi debet

530. **Thesis LVIII. Resistentia passi[illegible] [illegible] qu[illegible] abusum potestatis remedium est practice fere s[illegible]**

**Probatur.** Practice aptissimum remedium censendum quod 1° per se est ad finem obtinendum sufficiens, 2° inn[illegible] pericula et gravia mala cavet tam privata quam publica, [illegible] cum activa violentia fere necessario coniuncta sunt, et quod 3° christianae sapientiae imprimis conformatur. Atqui haec *tria* resistentia passiva omnino praedicari possunt. Ergo . . .

Prob. min. ad 1. Invictum frenum procul dubio omni tyrannidi per resistentiam passivam paratur, si totus populus vel longe maxima eius pars unanimiter et constanter in ea [illegible] eoque facilius hic consensus et haec constantia obtinetur, quo [illegible] tyrannica gubernatio cunctis subditis intolerabilis et ex[illegible] Est ergo tale remedium *per se* plane sufficiens, dummodo ipse suo iure fortiter utendo sibi non desint. Quotiescumque enim [illegible] sufficientiam aliquatenus deficere contingit, id nonnisi per [illegible] eorum subditorum evenire potest, qui, vel civilem obo[illegible] confundentes cum servili mechanismo, vel metu et ignavia co[illegible] vel impia ambitione ducti, contra cives et rempublicam ta[illegible] vilia instrumenta iniustitiae tyrannicae se offerre non ver[illegible]ur.

Probe enim notandum est, et ius passivae resistentiae et naturale officium, quo subditi *aliquando* ad eam adhibendam stricte obligantur, non minus ad magistratus et officiales sive civiles sive militares quam ad reliquos subditos pertinere, quidquid recentiores quidam iuris publici doctores materialistico iuris mechanismo nimium addicti contra hoc dicunt (cf. P. I, n. 297). Itaque sive tyrannus legi divinae contraria imperat, sive constitutionem civitatis arbitrarie laedit, sive in subditos eorumque bona et statum privatum iura sibi arrogat, quae in suprema civili potestate aperte nullatenus continentur: ministri eius omnesque officiales haec iussa neque exsequi neque promulgare ex officio debent, universus autem populus nec facere quae iusserit, necque omittere quae nefarie prohibuerit, tenetur. Unde apparet resistentiam passivam recte servatam per se solam sufficere ad quamcumque tyrannidem impossibilem reddendam.

---

perium habenti ita libet, iniuria nobis inferatur, ea toleranda est potius quam vi resistendum."

Prob. min. ad 2. Probatione vix opus est, cum ipsa pas-
i resistentiae absque ulla activa violentia praecipuum fontem
:ulorum et calamitatum excludat, quae omnem actionem vio-
ıtam aut aggressivam multitudinis ira ferventis et ad omnem
:essum pronae comitari solent.

Prob. min. ad 3. Lex christiana, quamquam ordinatam
is defensionem etiam activam contra iniustam eius violationem
uaquam prohibet, sed integram in hac re iustitiae naturalis
ılam relinquit, nomine tamen virtutis et perfectionis christianae
ıgulari instantia iis etiam, qui iniuriis afficiuntur, *mansuetudinem,*
*tientiam* invictamque *caritatem* commendat. Itaque populum chri-
ıum iniuste lacessitum prae omni alia sui iuris tuendi via resi-
ntia passiva decet, quae *sola* triplicis illius christianae virtutis
ercitio nihil detrahit, immo non raro magnum splendorem addit,
tim ubi constantia gravia incommoda superat. Propterea mirandum non est prae ceteris hoc potissimum iuris praesidium, historia populorum testante, plerumque optatissimo eventu et fructibus politicis non minus veris ac dignis quam stabilibus coronari. Ita namque ipsa divina providentia hac sua benedictione, quid sibi magis placitum quidque reipublicae utilius sit, fidelibus populis insinuare videtur.

### B. De resistentia activa.

531. Quod resistentia mere passiva in plerisque casibus ad finem obtinendum sufficere ac praeterea semper titulo christianae perfectionis commendari probatur, communem sane et *practice optimam* agendi normam indicat, quae quantum fieri possit semper sollicite sit custodienda. Hinc vero non excluditur ulterior quaestio: quidnam in casu extremo, quando et resistentia passiva per adiuncta inefficax aut practice impossibilis apparet, sin minus secundum omnimodam christianam perfectionem, saltem *ex norma stricti iuris naturalis* licitum atque legitimum censeri possit? utrum speciatim etiam ad *activam* resistentiam aliquando transire ob rationem urgentis necessitatis liceat?[1] — Nil iuvat hanc quaestionem, ut fieri solet, tamquam practice spinosam theoretice ignorare ac tacite circuire. Eo ipso enim, quod eius practica solutio qualiscumque aliquando rerum necessitate ita se obtrudat, ut neque declinari neque differri possit, praestat, ut eadem

[1] Cf. *Balmes*, Le protestantisme comparé au catholicisme t. III, c. 54. v. *Haller* l. c. *Bluntschli*, Allgem. Staatsrecht II (ed. 1857), 528 sq.

in antecessum theoretice ex *principiis rectae rationis* p
Secundum haec autem principia obiective et mat
propositae quaestioni ad mentem S. Thomae aliorum
christianae doctorum ita respondendum videtur:

532. **Thesis LIX. Ea aliquando rer co
potest, qua et activa resistentia contra u
blicae per se spectata iuri naturae cont ia sit.**

Praenotanda. Dicitur *„per se spectata"*, quia
iusta nihilominus ratione *modi* et excessus in e
contra iustitiam et rectum ordinem offendere pot .

**Probatur I.** Tum certe condicio in thesi nota
cenda est, cum ea in aliqua civitate per modum sollem
constitutivi aut legis fundamentalis expresse et con
cipe ad *ius publice sancitum* pertinet pro casu manifesti
abusus potestatis. Si nempe alicubi princeps publice hac
condicione summum imperium suscipiat, ut simul in a
consentiat se illico eo privari aut etiam, nisi sponte c
vim a populo deponi, quam primum illud in tyrannidem
idque sententia eorum authentice declaratum sit, ad qu
fundamentalis pertineat de tali facto iudicare, nemo
qui publicam exsecutionem talis sententiae, dummodo ordi
aut seditionis aut laesionis publici ordinis arguere q .
vera tale aut simile foedus constitutivum inter principem et
compluries intervenisse historia populorum testatur[1]. Nihil
ex parte iuris naturalis impedit, quominus illam co
fundamentalis aliquando legitime sancitam continere p

[1] *v. Haller* l. c. t. II, c. 41, p. 459 sq.

[2] Ideo et secundum S. Thomam vel qualemcumque auctorem libri
*gimine principum"* l. 1, c. 6 in causa populi contra tyrannum inter
distinguere, utrum „ad ius multitudinis pertineat sibi providere de rege",
quia scilicet in illo casu aliqua saltem tacita stipulatio de officio r
implendo praesupponi potest. — *Suarez*, Def. fidei cath. l. 3, c. 2,
postquam varias formas et condiciones enumeravit, quibus v d
gentes regia potestas lege fundamentali adstringi possit, subdit
„recipere posse totam illam varietatem, quae rationi non re et
mano arbitrio cadere possit". Et c. 3, § 3 explicans, quo s d ar
in casibus" populum a potestate regis se eximere posse, hanc
gulam statuit: Qui casus intellegendi sunt vel iuxta condiciones
tractus vel iuxta exigentiam naturalis iustitiae; nam pacta et c
servanda sunt. — Apertius etiam *Grotius*, De iure belli ac pacis l. 1, c. 4

**Probatur II.** Quemadmodum omnis persona individua ius nnatum habet sui ipsius conservandi ac proin contra vim in- › aggressivam, „servato moderamine inculpatae tutelae", vio- ı manu se defendendi, ita et populus, quatenus per socialem itatem naturam induit *personae moralis,* eodem essentiali iure turaliter praeditus sit necesse est. Ius enim naturale defen- ıis sine exceptione ad omnem creaturam rationalem, igitur a i aut a fortiori etiam ad personalitatem humanam collectivam rtinet. Ergo quotiescumque populus per tyrannicum abusum testatis, non transitorium sed constanti consilio systematice ntinuatum, ad eam extremam condicionem se redactum videret, iam manifeste de ipsa sui conservatione agatur, puta, *de immi- ›nte discrimine salutis publicae, de summis et essentialibus bonis ›puli, quorum praecipuum est verae religionis thesaurus, certae e subtrahendis:* iure naturae eiusmodi aggressioni, quantum et necessitas postulaverit, *activam etiam resistentiam opponere* Clarissimum sane exemplum talis actionis defensivae ı historia Machabaeorum Sacris Litteris consignata continetur 1 Mach. c. 2).

Porro hoc ius qua mere defensivum („Recht der Nothwehr") ›x natura sua et ex rationis fundamento, quo nititur, non tantum *›ti* populo civiliter unito, verum etiam particularibus eius mem- ; seu *provinciis,* suo stabili iure ad unitatem corporis organice itutis, per se naturaliter competere dicendum est, si forte

---

„Si principes sub populo sunt, sive ab initio talem acceperunt potestatem sive postea ita convenit, ut Lacedaemone, si peccent in leges ac rempublicam, non tantum vi repelli possunt, sed, si opus sit, puniri, quod Pausaniae regi Lacedaemoniorum contigit. Atque huius generis (censet Grotius) fuisse vetustissima per Italiam regna." Et § 12 pergit: „Si regnum committatur . . . ex clausula posita in ipsa delatione imperii, ut, si hoc aut hoc rex faciat, subditi omni oboedientiae vinculo solvantur, tunc quoque rex in privatam personam recidit." — Similiter *Audisio,* Romae iuris cathedram tenens, in suis „Fundamentis iuris naturalis et gentium" (1852) l. c. § 12 ita habet: „Ubi fundamentalia adsint regni constituta, iisque condicionibus imperium delatum sit, iis tantum limitibus exercendum; illa effringens imperans, sciens ac volens suo excidit iure, titulum pse rescindens, quo imperandi iura deferebantur. Hinc populos novimus a summis Pontificibus, in foedifragos principes iurisiurandi fide solutos; duplici le causa: 1. ex rerum aequitate, 2. ex iure publico, populorum et principum voluntate, apud catholicos universim constituto. Beneficum tribunal, quo civilia rma et bella amovebantur; non arbitrium, ut aliquibus visum, et usurpatio sacerdotalis in populos atque imperantes. . . . Legitimum tribunal, cuius iustitiam t sanctitatem testatur eorum potentia, qui ultro eidem subiiciebantur."

contra eas in particulari tyrannica *aggressio* similiter gra perniciosa dirigatur.

Immo et quaelibet *multitudo civium,* etsi per se neque pletam personam moralem neque organice constitutam uni socialem constituat, vi iuris *personalis,* quo singuli praediti *communi* tamen *defensione* in tali casu *extremo* uti legitime ad *vim iniuste illatam* omnibus communem iunctis viribus pellendam. Ad hoc enim alia moralis unio non requiritur *eiusdem urgentis necessitatis consortium.*

Atque haec quidem si de *iure* quaeritur. Utrum au casu particulari etiam *usus* iuris moraliter licitus sit, sec regulas christianae prudentiae determinandum est. Certe illi erit, ubi mala praesentibus graviora inde eventura praevi eo autem fidentius tum quidem passiva resistentia usur et opportunum denique auxilium a summo Rege regum spe i convenit.

**Probatur III.** Praetermisso etiam recursu ad ius defen insuper veritati et rectae rationi congruit *condicionata* apud veteres communiter recepta, qua asseritur: princi n tenus legitimum, *si* quacumque de causa *modo legitimo* dep vel auctoritate publica privatus fuerit, nec ab ea sponte decedat, illegitimo usurpatori deinceps assimilari. *Sub eadem igitur hypothesi* totus populus absque crimine rebellionis illius resistentiam frangere et aliud caput legitimum via legitima sibi providere potest. Atqui in casu *extremae tyrannidis* ea adiuncta saltem possibilia esse intelleguntur, quibus illa hypothesis aliquando instar facti actualem realitatem obtinere possit, ita ut legitimam potestatem principis *revera exstinctam esse* rationabiliter iudicari debeat. Ergo ubi de tali casu manifeste constat, practice quoque iuris consequentia liquet.

Prob. min. In probanda hac minore, ut facile apparet, tota vis argumenti consistit. Quapropter ipsi probationi, ad statum quaestionis, *haec duo praemittimus:*

1. Inquisitionem istam intra ambitum solius *iuris naturalis* continere volumus: ideo, quidquid theologi scholastici in hanc rem ex potestate Summi Pontificis in christianos principes concludere consueverunt, hic praetermittimus.

2. Verum etiam cunctis rationibus, quae *ex iure naturae* in hanc rem depromi solent, promiscue uti nec possumus nec volu-

Quippe vulgare illud ratiocinium, quo dicitur: „ideo a *toto* *ulo* principem in casu tyrannidis legitime deponi posse, quod *nis* princeps suam legitimam potestatem primitus *a populo ac-* *m* habeat, ea implicita condicione, ut politice, non tyrannice net“, tamquam *universale* principium neque philosophice ue historice admitti posse supra (n. 392—429) satis ostensum . Isto autem principio, per se infirmo, eo libentius caremus, quod ad illum ipsum finem, ad quem assumitur, nullatenus indigemus. stat enim *aliunde* sufficiens iuris naturalis ratio, quae saltem casu aliquo extremo non sine solido et obiective vero fundanto invocari possit, et cuius valor a nullo pacto sive historico e supposito inter populum et principem ullatenus dependeat.

Hinc *ad probandam minorem* ita argumentari licet:

Ut recto rationis iudicio dici possit aliquam institutionem ralem et iuridicam, qualis est regimen civile legitime institutum, et nunc desiisse qua talem exsistere, requiritur et sufficit, ut id non solum in suis accidentibus immutetur, sed ut eius *essentia* l tota auferatur vel substantialiter in aliam convertatur. Atqui aliquando characterem regimen tyrannicum induere potest, non iam abusum accidentalem aut transitorium publicae auctoa sed perfectam eius *negationem* aut ratione *finis essentialis* conversionem in pseudo-institutionem plane contrariam norie prae se ferat. Ergo in tali casu (qui sane non facile sup- us, sed tamen possibilis est) rationabiliter iudicari potest iodi gubernium *ipso facto* et iure naturae divina illa sanctione ivari, qua antea erat legitimum et cuius nunc factum est essenaliter incapax.

*Ad minorem subsumptam* animadvertendum est hic nequaam in dubium vocari sed potius tamquam certum agnosci gene- axioma, quo dicitur: „iuris abusu ius ipsum per se non llitur.“ Propterea quamdiu ius auctoritatis publicae, quod per am essentiam et per ordinationem divinam aliud non est atque *dirigendi et obligandi cives ad bonum commune,* ab eo, qui possidet, formaliter saltem *ut tale* agnoscitur, tametsi ipse ntidem illud materialiter violet et non raro etiam ad actus annicos abutatur, non tamen eo ipso illud amittere putandus . Quod si vero princeps, materiali forte potentia nixus, publice tota agendi ratione *essentialem* illum characterem auctoritatis erte (notorie) contemnat, eique quasi theoretice et practice suum alecumque arbitrium substituat, non in bonum publicum, sed

in communem potius populi *ruinam moralem et poli* m
et systematice complendam: quis negaverit hic n a
de mero aliquo „abusu iuris" ceteroquin legitimi, sed de
*obiectiva et totali* abnegatione aut *essentiali* commuta in
quid prorsus contrarium? — et quis inter haec sibi
eiusmodi imperandi seu potius nocendi systemati, quod
fini auctoritatis et ordini divino, non per accidentalem infi
sed suapte natura, hostiliter opponitur, eandem nihilom
rentiam et religiosam subiectionem *iure naturae* et *„propter scientiam"* deberi, quae legitime deputato organo et inte
ipsius gubernationis divinae debetur? — Ubicumque au n
*exsistentia* publicae auctoritatis revera deficit, dubium i
quin ius se denuo sub alio legitimo capite constituendi ad tc
populum pertineat, nisi lex fundamentalis adhuc vigens a
successione statuat. Unde populus hoc suo iure utens et, si
cesse fuerit, vi illum suum oppressorem expellens, neq
contra *legitimam* auctoritatem insurgere nec proin crimen re
lionis incurrere dicendus est[1].

## Notanda ad solvendas difficultates.

533. 1. Dicetur forte hanc iuris naturalis theoriam, etiamsi forte philosophice probari possit, ideo tamen saltem inter christianos admittendam non videri, quod iuri christiano minime congruat[2]. Quod utrum et quatenus cum aliquo veritatis fundamento dici queat, interest sane pro rei gravitate diligentius examinare.

[1] *Grotius*, De iure belli ac pacis l. 1, c. 4, § 11 recensens varios casus, in quibus activa resistentia a crimine verae rebellionis eximatur, hunc etiam cum Barclajo refert, dicens: „Ait Barclajus, amitti regnum, si rex vere hostili animo in totius populi exitium feratur; quod concedo, consistere enim simul non possunt voluntas imperandi et voluntas perdendi. Quare qui se hostem populi totius profitetur, is eo ipso abdicat regnum."

[2] Ita et *Grotius* l. c. § 4 sq. Sacris Litteris et exemplo primorum christianorum motus existimare videtur, licet *iure naturae* in extremo discrimine defensionis gratia resistentiam contra regimen tyrannicum admittat. Ibidem autem *Gronovius* in annotatione ad hunc locum eius opinioni contradicit, negans illicitum esse „christianis pro religione adversus superiores in ultimo discrimine bellare". „Verum quo *zelo religionis* ipse cum aliis viris protestantibus eius temporis in hac re ducatur, patet ex subiectis verbis, quibus exprobrat Grotio, quod „tot heroum, quorum armis a Deo prosperatis *libertatem conscientiae* in Belgio, Germania, Gallia debemus, causam damnare videatur".

ɔrbis quidem Apostoli in epistola ad Romanos c. 13 id con-
posse, iam supra (n. 521) ostensum est. Sed remanet
ritas gravissima, quae in hac speciali quaestione irre-
estimonio officia christianorum definire videtur, et quam
hic neglegere nefas esset.

ɔrius XVI in Encyclica „Mirari" d. d. 15 Aug. 1832
orbis catholici episcopos ad strenuam vigilantiam et
m exhortans contra impiorum hominum conspirationem,
s ubique novis erroribus depositum fidei diripere ac per-
clesiae pariter publicamque pacem turbare conentur, inter
ı doctrinas seditiosas eius temporis graviter perstringit
'um autem circumlatis in vulgus scriptis doctrinas quas-
ıulgari acceperimus, quibus debita erga principes fides
nissio labefactatur, facesque perduellionis ubique incen-
vendum maxime erit, ne populi inde decepti a recti
lucantur. Animadvertant omnes, non esse, iuxta Apo-
tum, potestatem nisi a Deo . . . (Rom. 13, 2). Quocirca
ɔt humana iura in eos clamant, qui turpissimis perduel-
ionumque machinationibus a fide in principes desciscere
.b imperio deturbare conituntur. Atque hac plane ex
tanta se turpitudine foedarent, veteres christiani, sae-
icet persecutionibus, optime tamen eos de imperatoribus
erii incolumitate meritos fuisse constat, idque nedum
quae sibi mandabantur religioni non contraria, accurate
e perficiendis, sed et constantia et effuso etiam in proe-
ne luculentissime comprobasse. ‚Milites christiani', ait
nus (in Psalt. 124, n. 7), ‚servierunt imperatori in-
veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi
in coelis erat. Distinguebant dominum aeternum a
nporali, et tamen subditi erant propter dominum ae-
iam domino temporali'. . . . Quae quidem veterum
um in principes fides eo etiam illustrior effulget, si
.r cum Tertulliano (in Apolog. c. 37) tunc temporis
non defuisse vim numerorum et copiarum, si hostes
gere voluissent. . . . ‚Cui bello (inquit ipse) non idonei,
ti fuissemus, etiam impares copiis, qui tam libenter
, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret
lere?' Praeclara haec immobilis subiectionis in prin-
ıpla, quae ex sanctissimis christianae religionis prae-
ssario proficiscebantur, detestandam illorum insolentiam

et improbitatem condemnant, qui proiecta effrenataque pro libertatis cupiditate aestuantes, toti in eo sunt, ut iu principatuum labefactent atque convellant, servitutem tatis specie populis illaturi."

Ita quidem Gregorius pro supremo suo veritatis ch magisterio ad universam Ecclesiam. Quod documentum, omn philosopho christiano reverendum, si mature ex ipsis verbis manifesta intentione Summi Pontificis consideratur, ad hanc trinae summam reduci potest:

a) Nova politica principia ab anno 1789 hausta et dei in vulgus sparsa, „quibus debita erga principes fides at missio labefactatur facesque perduellionis ubique incend supremo ecclesiastico iudicio tamquam doctrinae christia versa condemnat, idque invocato testimonio S. Pauli Ap li.

b) Deinde, quantopere illa spiritui christiano contra ulterius illustrat praeclaris et heroicis exemplis veterum norum, de quibus asseritur: *α*) eos *hac plane ex causa,* se turpitudine (i. e. turpissimis perduellionis seditionumq chinationibus) foedarent, saevientibus licet persecutionibus, imperatoribus summa constantia servasse, atque etiam tum o potius quam *armis resistere* maluisse, cum iam numero et id efficaciter poterant; *β*) „praeclara haec immobilis subiec in principes exempla *ex sanctissimis christianae religionis prae necessario profecta esse.*"

*Unde quaeritur:* num revera hic Pontificia auctoritate declaretur in casu tyrannidis etiam extremae omnem aliam praeter mere passivam resistentiam lege christiana prohiberi?

*Resp.* Talem conclusionem sincera interpretatio nequaquam postulare videtur. *Nam* praeterquam quod ratio nulla apparet, cur Summus Pontifex veluti ex improviso et absque explicita mentione voluerit gravissimorum in Ecclesia theologorum sententiam tamquam erroneam notare, omnia cum indole et fine Encyclicae apte cohaerent, si „sanctissima christianae religionis praecepta" secundum plenam suam significationem intelleguntur, i. e. tamquam *cuncta* Christi mandata, non ea tantum, quae strictam obligationem pro singulis inducunt, sed ea etiam, quae *ad christianam perfectionem* pertinent et liberae caritati fidelium per modum consilii commendantur. Et veteres quidem christiani pro sua eximia caritate divini sui magistri patientis vestigia ductu Spi-

Sancti sequentes non solum observatae legis sed et *perfec-*
*christianae* illustria exempla statuerunt, aptissima certe,
ı ad confundendos seditionum magistros nostrae aetatis et
o rmandos in officio christianos populos afferantur. Erant
ı illa submissionis et patientiae exempla *tunc temporis* ad
ıdam et consolidandam Christi Ecclesiam eo maioris mo-
ıti — et fortasse eatenus etiam *ex obligatione necessaria* —,
eo tempore ex parte gentilis superstitionis christiani con-
ores idolorum et publici cultus simul ut *hostes imperii* et
eratorum accusabantur. Unde revera intellegitur veteres
anos *„hac plane ex causa"* repudiata omni resistentia etiam
meritos fuisse de imperatoribus licet in se saevientibus, *ne*
*ulla turpitudine perduellionis foedarent,* i. e. ne vel speciem
ti criminis apud gentiles accusatores contraherent et sic revera
ı nomen christianum peccarent. Hinc vero nullatenus se-
r illos qua christianos *communi naturali iure defensionis*
, sed ad summum, per rerum ac temporum adiuncta mo-
fuisse impeditos, quominus eo tunc licite uterentur. Poste-
b igitur saeculis, late per orbem iam dominante religione
a atque instar supremae cuiusdam legis fundamentalis
um publice sancita, illa specialis ratio prohibens procul
d exsistere desiit. E quibus omnibus merito concludendum
r *verba Gregorii XVI non obstare, quominus ius naturae,*
*in thesi nostra asseritur, generatim populis christianis quoque*
ı *ɟrum maneat, tam in se quam in usu*[1].

---

[1] Card. *Hergenröther* in opere „Katholische Kirche und christlicher Staat" (ed. 2, c. 14, p. 405) de eodem iure resistentiae etiam christianorum his verbis suam mentem exponit: „Aber, könnte man fragen, müssen sich christliche Unterthanen nicht lieber tödten lassen als Widerstand leisten, auch wo sie die Macht dazu besitzen? Das erscheint als christliche Vollkommenheit, aber nicht als eine Pflicht, die unter allen Umständen bestünde. Denn das Naturrecht gestattet eine gerechte Vertheidigung zur Erhaltung des eigenen Lebens und kennt keine Pflicht des unbedingten Verzichtes auf solchen Widerstand. Wo man mit der Religion zugleich das Leben erhalten kann, bietet man gerechterweise alles dafür auf. Das Beispiel der ersten Christen ist hier ohne Beweiskraft. Ihre Lage war eine andere, als nachdem die öffentliche Ordnung dem Christenthum dienstbar geworden war; wer in dieser Zeit die Kirche verfolgt, für den sprechen nicht die Entschuldigungsgründe, die einst für die heidnische Obrigkeit geltend gemacht werden konnten. Zudem wäre eine Erhebung in jenen Zeiten unnütz und sogar dem Christenthum schädlich gewesen. Es bestehen zwei Arten, die Religion zu vertheidigen: 1. nach Art

534. 2. Contra argumentum in tertia probatione allat forte aliqua dubitatio oriri possit, quod deesse videatur *cri* publicum satis certum et obiective determinatum, quo de illa essentiali conversione auctoritatis in sui contr iudicari possit. Hinc enim periculum oriri, ne talis tl ria *iectivo* potius criterio excitatae multitudinis ad subversiv et seditiosos motus usurpetur.

*Resp.* Esset procul dubio in re tam gravi, quae tot po- pulum practice respicit, longe praeferendum aliquod crit modum *iuris positivi* seu per *declarationem alicu* *erioris auctoritatis* determinatum. Immo generatim ius p i , praesto est, prae omni iure mere naturali in lem practice facilius applicari nemo non admittit. Nihilomin est etiam ius naturale sive in re privata sive publi : ex adiuncta vel facta omnibus nota eam in individuo determi obtinere posse, quae practice ad tutum illius usum suffic . ( diu autem de condicione, qua nostra argumentatio nititur, aliquo casu non manifeste constat, eo ipso neque theoretice n practice valet conclusio. Ceterum, cum non de uno alterove mo- mento sed de *integro systemate actionum publicarum*, contemptis bonorum civium precibus et consiliis, per longius tempus constanter producto, publicum iudicium quaeratur, *cognitio causae sufficiens ac certa* haud nimis difficilis apparet. Verum etiamsi hac ratione de proposita condicione revera completa publice constaret, *finalis politica conclusio* nihilominus non a plebis tumultu et excitatae multitudinis clamoribus, sed unice a matura et constanti per- suasione *procerum ac civium ex omni ordine fide et sapientia prae- stantium* prodire deberet. Horum etiam erit in tam gravi rei- publicae discrimine, suo provido influxu, qua exemplo, qua consilio

---

des Eleazar (2 Mach. 6, 18—31) durch das Martyrium; 2. nach Art des Mathathias (1 Mach. 2, 1 sqq.), der sich mit den Seinigen zum Kampfe gegen die heidnische Unterdrückung erhob. Was den Machabäern im Alten Bunde nach dem Naturgesetz erlaubt war, muss es unter gleichen Bedingungen auch im Neuen Bunde sein. Die Kriege gegen die Türken, insbesondere die Kreuzzüge, wurden allgemein als gerechtfertigt angesehen. Luthers Satz, gegen die Türken kämpfen heisse Gott widerstreben, der durch sie die Sünden der Christen heimsuche, ward von Leo X. verdammt." — Et citantur: *Bellarminus*, De Rom. Pont. l. 5, c. 7. *Bianchi* t. I, p. 44 sq. *Leonis X* Const. „Exurge Domine" d. d. 16 Maii 1520, prop. 34 (*Denzinger*, Enchir. defin. n. 658).

toritate *sollicite cavere,* ne organicus populi ordo dissolvatur in speciem anarchiae degeneret.

Quod si nihilominus eiusmodi iuris publici exercitium semper d periculum abusus adiunctum habet, non propterea *ipsum* iunde certis rationibus fundatum negari potest, sed hoc tantum uitur, in quo utique semper insistendum est, illius *usum tum* ad solos casus vere *extremos* restringi atque insuper semper istiana prudentia excludi, ubicumque rationabiliter mala publica ratis bonis maiora eventura praevidentur.

3. Per se manifestum est eandem sententiam nihil plane nmune habere cum condemnata haeretica doctrina Wiclefi et , qua asserebant incapacem esse alicuius publicae potestatis er dae quicumque in peccato mortali versetur, et populum eius- positos peccatores suo iudicio punire posse [1].

**Corollarii** *instar summa huius articuli* apte ad haec doc- nae capita revocatur:

1. *Rebellio seu seditio proprie dicta* et a fortiori tyrannicidium iuri naturae repugnant.
2. Remedium contra tyrannidem obvium, per se honestum, atim efficacissimum, non raro praeceptum et in plerisque is unice licitum, censenda est *resistentia passiva.*
3. Attamen etiam *resistentia activa,* quippe quae cum rebel- proprie dicta confundi non debet, non semper et ubique *to iure* excluditur, quamvis rarius salvo officio caritatis et anae prudentiae suscipiatur.
4. Ut in particulari aliquis populus tyrannice oppressus theo- *iure activae resistentiae* praeditus censeri possit, necesse est alterutra ex his duabus condicionibus publice constet, scilicet: *t* tyrannicum principem interim *vi altioris iuris* (vel positivi vel turalis) sua legitima possessione supremae potestatis actualiter excidisse; *aut* hic et nunc talem adesse casum *extremae ne- atis,* ut eius intuitu activa resistentia populi aestimari tantum sit *defensio naturaliter legitima contra hostilem aggressionem* ipsius conservandi causa et ad essentialia societatis bona ime altioris ordinis, ut verae religionis) sibi et posteris effica- r tuenda.

---

[1] *Hefele,* Conciliengeschichte VII, 171 sqq. 181. *Denzinger,* Enchir. defin. 91. 493. 550.

5. Verum etiam ubi de *iure* ipso dubitari non possit, *caritatis* bene ordinatae et *prudentiae christianae* nihilomin illicitum est illo uti, quamdiu magis forte augmentum malorum eorum abrogatio inde eventurum rationabiliter praevidetur. propter in hoc casu intra limites resistentiae *passivae* et fideliter perseverandum et a rege regum opportunum d auxilium cum fiducia exspectandum.

**536. Scholium 1.** In idearum certamine, non secus ac bellica, natura et modus aggressionis modum quoque defensi accommodatum delectum armorum determinare solet. Ideo, postq ria Revolutionis in Gallia anno 1789 sollemniter promulgata ac late per orbem propagata fuit et ubique fere terrarum la auctoritatem politicas et sociales ruinas paravit, mirum n stianam philosophiam, ut pernicioso „libertatis" delirio oppo occurreret, in eo potissimum suam operam posuisse, ut contrar per traria mederetur. Ad fulciendum namque inter haec tempor rectum ordinem civilem et socialem ante omnia opus esse re non populorum iura, utpote ultra modum iam exaggerata, sed potius fidelitatis et oboedientiae erga legitimam auctorita diligentia contra vulgares perduellionis illecebras communire a subditorum inculcare. Verum hodie ista temporis adiuncta m ex parte mutata apparent. Si socialia pericula excipias, quae ab istico communismo huius aetatis et a factione socialismi quem vocant, minus guberniis quam toti societati imminere e politica certe illa febris popularium insurrectionum, quae in saeculi XIX identidem regnantium pacem ac iura turbavit, hodie sedata et concertationibus partim nationalibus partim oecon et industrialibus locum cessit. Praecipua autem ratio, ob q *politici* tumultus iam rariores facti sunt, inde merito petenda vid quod illorum auctores („liberalismi" sectatores) interim fere pa politicas mutationes, quas postulabant, eumque in publico reg influxum, quem aspirabant, feliciter adepti sunt; quare deterso illo revolutionario „liberalismo" facti sunt „conservativi-liberales". Omnes isti, et sunt numero potentes, ad pristinas coniurationes ac seditiones contra ordinem publicum nequaquam redeunt, quamdiu sua subsellia feliciter occupant et suprema rerum publicarum gubernacula sibi ac suis conservanda habent. Atque utinam illa ita conservarent, ut iis simul utantur ad veram civilem libertatem, quam pridem eloquente adulatione populis promiserunt, sincere promovendam. At vero, si alicubi inter novos istos rerum publicarum rectores viri forte inveniuntur, qui, organa plerumque bene merita subterraneae sectae Murariorum, pro suo quo feruntur odio in religionem christianam, in id omni studio et astutia incumbunt, in id

num apparatum suae potentiae impendunt, ut pro iusta libertate
tyrannidem, eam scilicet, quae etiam conscientias opprimit,
di populis obtrudant, ut eos, qua pollent arte et hypocrisi, partim
l m publicarum partim influxu *scholarum* intra paucas genera-
s tota sua christiana aut certe catholica hereditate spoliare atque
contendant: interest profecto, non unius tantum gentis sed
s humani, ut populi christiani non solum sui officii legalis sub-
is sed *simul totius inalienabilis sui iuris plene sibi conscii fiant.*
c salutarem conscientiam suscitare et acuere hodie, si umquam, ad conservativam iuris philosophiam omnemque christianam scientiam pertinet. Absit sane, ut turbis et violentis actionibus suffragari velimus. Ad efficacem illius iuris assertionem ac defensionem nec armis nec violentia opus est, sed sufficit *legitimus et constans usus constitutionalium libertatum*, quibus hodie passim populi gaudent et quarum olim ipse „liberalismus" in suum proprium usum auctor fuerat, ita, Deo providente, simul contra suam futuram tyrannidem legitima civibus arma subministrans.

**537. Scholium 2.** Quod si remedium praeservativum contra quoslibet eiusmodi morbos politicos et sociales quaeritur, certius et efficacius non datur, quam publicum virtutis civilis dominium historica consuetudine stabilitum, seu amor intemeratae iustitiae in populi moribus late resplendens et instar gloriosae hereditatis communi civium studio custoditus. Idem iam Aristoteles[1] intellexit, condicionem verae felicitatis quemadmodum pro individuis hominibus ita etiam pro societate politica in virtute sitam esse existimans. Quo latius quippe et universalius in aliquo corpore politico haec civilis virtus, hic instinctus iustitiae radices egerit, quo magis vim, non „opinionis" sed *conscientiae publicae* obtinuerit, eo desperatior statim in suo ortu omnis causa tyrannidis apparebit, deficiente necessario numero proditorum, quibus tamquam vilibus instrumentis ad exsequenda iniusta molimina opus esset; ex altera parte similiter seditiosis machinationibus et quibuscumque infractionibus legitimi ordinis eadem conscientia publica frenum morale vix superabile opponet. — Sed haec populi virtus historia teste fructus est *religionis*[2]. Nisi

[1] Polit. l. 7—9. Cf. *C. L. v. Haller* l. c. I, 411 sq.; II, 444 sq. *Walter*, Naturrecht und Politik § 365 sqq.

[2] Propterea et *Aristoteles* (l. c.) censet nullam civitatem cultu deorum t sacerdotibus carere posse. Similiter *Walter* (l. c. § 262) ita scribit: „Geht n aber auf den letzten Grund aller Tugenden und Pflichten zurück, so gt derselbe in dem Gewissen, also in der Religion, d. h. in dem Bewusstin des Zusammenhanges mit einer überirdischen Weltordnung und der n fliessenden sittlichen Aufgaben des Menschen. Gleichwie dieses Be- n den Menschen für jedes Lebensverhältniss mit einer eigenthüm- , durch nichts zu ersetzenden Schwungkraft erfüllt, so insbesondere für

enim religiosa reverentia et timor supremi legislatoris Dei ac omnis iniustitiae hominum mentibus alte insideant atque in minus efficax quam suave imperium exerceant, frustra ab ex artificialibus remediis secura fruitio iurium et libertatis, f pax et prosperitas reipublicae exspectatur. Spreta religione nulla cumque politica constitutio, nulla charta iuramentis sollemn nulla denique forma regiminis, sive democratica sive monarcl tutum praesidium praebet neque contra tyrannicos abusus pot ubi potentia suppetit, neque contra dolos et coniurationes ambitioc neque contra effrenatas passiones et excessus seditiosae mult Contemptoribus autem religionis merito aequiparantur quicumque lumine christiano educati eiusque salutaribus radiis undique cir illud nihilominus studiose abiiciunt, nec aliam nisi caliginosam ter sapientiae lucernam admittunt. Atque hinc aestimari potest, quo suis meritis in culturam populorum totiusque humanitatis qui, sive qua privati sive in munere publico constituti, impia o tione id unum agere videntur, ut christiani nominis cha vestigia ex publicis nationum institutionibus primum, deinde ope sch educationis ex cordibus succrescentis generationis funditus de evellant. Si vera istorum merita quaeruntur, merentur u ue co Deo et hominibus tamquam verissimi *hostes reipublicae* denuntiari, in nullis tabulis criminalis iustitiae aliquod genus perduellionis tam atrox signatum reperies, quod huic nefario crimini in humanam societatem, obiective aestimato, assimilari vel comparari possit.

# Caput V.

## De vitali activitate organismi politici seu de functionibus publicae auctoritatis.

### Prologus.

538. Postquam in capitibus praecedentibus „organismum politicum" *in suo esse* seu in sua structura constitutiva consideravimus, superest, ut ad eundem *in sua propria vitali activitate* considerandum accedamus. Quemadmodum autem, ut in prologo ad

den Staat, der den Menschen von der Wiege bis zum Grabe umfasst und mit den mannigfaltigsten Aufgaben an ihn herantritt. Ueberall wird hier die Macht und der alles belebende Einfluss der Religion fühlbar, und ohne sie kann kein Staat bestehen" (cf. n. 451). — Eandem ob causam olim ipse *Bluntschli* (Allg. Staatsrecht II [München 1857], 338 sqq.) magnopere institit in *necessitate religiosae educationis* iuventutis, et quidem per directum influxum et cooperationem Ecclesiae *christianae*.

. 2 praenotatum est, in societate civili *duplex* organismus probe inguendus est: alter *socialis,* quo ipsa materia corporis civilis ıı iter organica est, alter *politicus,* quo materia ista organica is tamquam unum corpus politicum constituitur; ita utri- ı a *propria activitas* convenit indole et fine plane diversa. ad vitam propriam et privatam *membrorum* socialium cor- civilis, altera ad vitae exercitium *totius* corporis civilis qua tinet. De hac igitur sola activitate, quae *organismi poli-* ı *propria,* hoc loco agendum erit. Porro quoniam omnis vi , quae *toti* corpori sociali ut tali propria attribuitur, ab in no principio unitatis aliquo modo, sive immediate sive e, procedat necesse est (cf. P. I, n. 368), consequitur illam *e:* ) *publicae auctoritatis* latius accepto constare. Itaque ius variis *functionibus* in hoc capite dicendum est.

*Functiones auctoritatis publicae* varie pro variis suis respecti- inter se *distingui* et in quasdam classes distribui possunt. a ratione *materiae* seu termini proximi generalissime *duae* rum cl: ıes distinguuntur, prout pro termino immediato habent ı ıas aut *res* (subsidia materialia) ad communem socie- finem applicandas; illa stricte ac proprie *gubernatio,* haec ıı *atio* dicitur (cf. P. I, n. 382). Verum quia in exercitio ivi ıuctoritatis ordines mediorum physicus et moralis sese mutuo ltipliciter compenetrant, ac propterea ipsa ista nomina pro- usurpari solent, haec divisio, etsi philosophice vera, prac- ce tamen parum apta videtur. Similiter ratione *finis partialis,* uo functiones auctoritatis *per gradus* ad finem societatis com- m diriguntur, *aliae* distinguuntur, quae ad totum corpus so- ı interne et externe in sua integritate et vigore *conservandum,* , quae ad idem physice et moraliter *perficiendum* spectant, ı denique, quae directe ordinantur ad praebendam cunctis quan- m fieri potest civium classibus copiam convenienter fruendi bonis cialibus publice comparatis, tam ordinis physici quam moralis, o illa vere *„bonum commune“* reddantur et sic verus finis socie- ı compleatur (cf. P. I, n. 374). Sed haec quoque divisio dem fere practica difficultate laborat.

Itaque tripartita divisio a *Montesquieu*[1] proposita, tametsi :etice perfecta censeri nequit, a saeculo tamen communiter :epta et etiamnum vel ideo aliis practice praeferenda est, quod

[1] De l'esprit des lois l. 11, c. 6.

cum praesenti iure publico constitutionali tamquam eius quo fundamentum inseparabili nexu cohaeret. Secundum illum qui auctoritas publica *triplicem* potissimum potestatem complectitur, mirum potestatem *legiferam, exsecutivam* et *iudiciariam;* simil igitur omnes functiones auctoritatis ad exercitium huius tripli potestatis reducuntur, nempe aut in legibus ferendis aut in m exsecutione procuranda aut in iudiciis publicis de iuris controversiis vel factis particularibus ex legum norma ferendis ve

Non immerito quidem obiicitur hanc divisionem per id quo ex mente Montesquieu certo politico principio („sepa potestatum", vide supra n. 472) accommodatur, a *lo* requisito recedere, eo quod iudiciaria potestas in ipsa pot *exsecutiva* tamquam specialis eius pars contineri videatur; *bipartitam* potius divisionem suaderi[1]. Verum cum rei i haec formalis ratio parum intersit, nil obest, quominus in re explicandarum ordine vulgarem tramitem sequamur, ita ut potestatem vulgo dictam „exsecutivam" extendamus ad vere *gubernativam,* quae ceteris vitalem unitatem et harmoniam[2] tribuat et conservet. Ideo haec non secundo sed *tertio* loco consideranda erit.

[1] Ita inter alios *Dahlmann,* Die Politik auf den Grund und das Mass der gegebenen Zustände zurückgeführt (ed. 3, Berol. 1847) § 96. Similiter *Warnkönig,* Rechtsphilosophie (1839) § 212, qui tamen potestatem exsecutivam subdividit in iudiciariam, administrativam et exsecutivam stricte dictam.

[2] Praeter potestatem exsecutivam sensu strictiore acceptam insuper potestatem directivam ac proprie gubernativam ad vitalem unitatem totius auctoritatis actualis reipublicae necessariam esse, praecipuus moderni constitutionalismi patronus *B. Constant* probe intellexit, triplici illi potestati quartam addens quasi „neutralem", quam regiam appellat. Ita in eius opere „Cours de politique" I, 13—20 et 210—219 legitur: „Les trois pouvoirs politiques, tels qu'on les a connus jusqu'ici, le pouvoir exécutif, législatif et judiciaire, sont trois ressorts qui doivent coopérer, chacun dans sa partie, au mouvement général; mais quand ces ressorts dérangés se croisent, s'entrechoquent et s'entravent, il faut une force qui les remette à leur place. . . . La monarchie constitutionnelle a ce grand avantage, qu'elle crée ce pouvoir neutre dans la personne d'un roi, déjà entouré de traditions et de souvenirs, et revêtu d'une puissance d'opinion, qui sert de base à sa puissance politique. . . . Le vice de presque toutes les constitutions a été de ne pas avoir créé un pouvoir neutre, mais d'avoir placé la somme d'autorité dont il doit être investi dans l'un des pouvoirs actifs. . . . La monarchie constitutionnelle nous offre, comme je l'ai dit, ce pouvoir neutre, si indispensable à toute liberté régulière. Mais on perd cet immense avantage, soit en rabaissant le pouvoir royal au niveau du pouvoir exécutif, soit en élevant le pouvoir exécutif au niveau du pouvoir

## Articulus 1.

### *De functionibus potestatis legiferae.*

. Quae generatim omni legislationi et legi *positivae* com-
ı sunt, in parte *prima* (generali) huius operis exposita sunt
1, l. 3, c. 3, n. 287—301). Quare hic non remanet, nisi
t his praesuppositis ad ea potissimum descendamus, quae legis-
ıtioni et legi *civili* (Staatsgesetzgebung, Staatsgesetz) magis
ropria sunt.

### § 1. De legislatione civili.

#### A. De natura et dignitate legislationis civilis.

Functio auctoritatis legifera, de qua hic agitur, confun-
non est cum illa activitate quasi legifera, qua ipsae leges
( *ıles* civitatis primitus conduntur ipsaque civitas in suo
et secundum determinatam formam in individuo *constituitur*.
Pot s enim constitutiva, ad quam haec activitas pertinet, per
ıe in potestate legifera auctoritatis continetur neque om-
ı ı auctoritati civili ut tali competit. Quamquam utraque acti-
v ordinem civitatis pro obiecto habet, hunc tamen secundum
ctum essentialiter diversum. Activitas *constitutiva* ordinem
*i* ac determinate exsistendi ut finem suum proprium respicit
eoque completur; activitas *legifera* exsistentiam organismi ci-
in certa forma constituti et ad vitalem operationem expediti
; et in *activitate sociali* ad finem communem ordinanda
ve ır. *Illa* et societatem et auctoritatem civilem constitutam
, praecedit, nec proin ab hac ut tali emanare potest, sed
ex ɔm causis procedit vel resultat, quae ad historice et iu-
ɜ constituendam societatem civilem effective concurrerunt;
h autem ratione officii propria est *auctoritatis* neque ab alio
:onte cum iuris effectu manare potest[1]. (Enucleatius de eadem
listinctione dictum est P. I, n. 360—367; II, n. 455 sq.)

---

ıyal." (Apud *Walter*, Naturrecht und Politik § 287.) — Similiter *Romagnosi* stit. di civ. Filos. I, 483) dicere nil dubitat: „La pretesa bilancia dei poteri con-
, non sottomessi ad un potere centrale che gli predomini, è un contrasenso,
e verte ogni idea di politico governo." — Cf. et *Bentham*, Oeuvres I, 231.

[1] Eandem doctrinam *Liberatore* (Ethica et Ius nat. n. 175) iam 1855 non
s e ac solide ita ratiocinando complexus est: „Elucet potestatem legis-
: non usque eo porrigi, ut constitutionem ipsam fundamentalem suis
tit attingat, sed opus est, ut societatem in propria forma iam ante con-

Porro legislatio non tantum quomodocumque civili au ri competit, sed inter ceteras omnes eius functiones suapte r ma principem locum occupat, id quod *finis* eius praestantia tam *soluta* quam *relativa* demonstrat. Nam cum totum officii toritatis eiusque dignitas in eo consistat, ut nomine premi ordinatoris, Dei, civilem societatem in sua morali unitate r ordinata et cum iusta libertate singulorum civium harmonice con iugiter conservet simulque ad verum eius finem communem morali obligatione efficaciter dirigat, idque non transitorie sed stabili apparet primam ac primariam partem huius officii in publ *legislatione* contineri. Huius namque est inter continuum vi- duae libertatis fluxum recto illi civili ordini conservando et finem dirigendo stabiliter providere, nempe *stabiles normas*, negativas tum positivas, rerum ac temporum exigentiis ac modatas, publice sanciendo, quibus intuitu illius finis co et mutuae civium relationes apte inter se componantur et

---

stitutam subaudiat. Concipi enim nequit exercitium auctoritatis, nisi auctoritas in determinato subiecto resideat, atque ita ut ad operandum omni ex parte expediatur. Id autem, ut quisque videt, importat, ut organismus societatis, saltem fundamentalis, iam ante constitutus sit, qui formam societatis spectat enascentem ex determinatione subiecti, in quo suprema potestas residet. Nam hic organismus ad exsistentiam societatis et auctoritatis pertinet; vis autem operandi eiusque exercitium subiecti operantis exsistentiam subaudit ex eoque iam vigente pullulat. Quare ius *constituens* ad potestatem legislativam non spectat, immo pars auctoritatis minime censendum est. Nam cum constitutionem ipsam politici status respiciat, ad easdem causas pertinet, a quibus exsistentia et forma ipsa reipublicae processit. Societate autem iam constituta in toto corpore sociali residet, non vero in una tantum eius parte, utcumque praecipua vel formali. Quapropter neque auctoritatis, neque multitudinis seorsim acceptae propria est, sed utriusque partis simul consentientis. Ex quo fit, ut immutatio constitutionis fundamentalis reipublicae, aut quaecumque varietas, quae accidentalis non sit, sed ad ipsam essentiam et primitivam formam pertineat, neque a solo principe neque a solo populo fieri possit, sed utriusque partis consensum exquirat. Quod si ab una tantum parte, discrepante altera, forte procuretur aut vi extorqueatur, illegitima iudicanda est et omni robore destituta. Id autem minime intellegendum est de iis, quae non efformationem organorum fundamentalium formam reipublicae determinantium, sed aut eorum evolutionem perfectiorem aut organa secundaria constituenda respiciunt, qui potestate communicata instrumenti aut administri munere fungantur." — Itaque si nihilominus aliquando non sine ambiguitate inter iura auctoritatis publicae etiam „*ius constitutivum*" enumeratur, id semper et exclusive in *sensu restricto* per haec ultima auctoris verba declarato accipiendum est, nisi *illimitatum regium absolutismum* adstruere velimus.

ta socialis cooperatio non minus efficax quam ordinata red-
ır. Accedit, quod reliquae functiones auctoritatis, quae re-
ıtur, exsecutiva et iudiciaria, magna ex parte in ipsa legis-
ione nituntur, a qua pariter suas obiectivas normas et mensuram
piunt et cui in ordine ad effectum quodammodo subserviunt.

*Unde concludimus:*

1. 1. Potestas *legifera,* seu ius leges cum effectu obligationis
rendi, pars est auctoritatis civilis non solum essentialis sed
*imaria et suprema* [1].

2. In casu constitutionalis „divisionis potestatum" inter varia
ıbiecta, ius *formale* legislationis illi soli subiecto ex se competit,
. quo residet *suprema* publica potestas, i. e. penes quam in omni
ınsilio politico ultima et peremptoria decisio manet.

3. Similiter ius *formale* proprium (non delegatum) legislationis
subiecto potestatis ex iure publico attributum comprobat
dem *supremam* inesse potestatem [2].

4. Hinc *obiectivum criterium,* quo diversae formae civitatis,
ıonarchica vel polyarchica, aristocratica vel democratica, non
bstante ambigua earum externa mixtione, inter se discerni et vere
enominari queant, recte a *sede formalis potestatis legiferae* depro-
ıitur, prout ea vel uni personae physicae vel morali, et quidem
el determinato optimatum collegio vel toti populo legitime (i. e.
ɜ iure scripto sive consuetudine publice rata) inhaeret.

### B. De necessitate legislationis civilis.

Quemadmodum nulla umquam societas civilis sine ulla
ıalicumque civili auctoritate exstitit, quae corporis socialis uni-
tem externe repraesentaret et dirigentis capitis munere fungere-
r, ita historice auditum non est aliquam civitatem ceteroquin
n complete constitutam legibus omnino caruisse. Et quamvis
gitari possit civilis communitas ea simplicitate patriarchali ab
gine praedita, ut socialis directio civium multo magis nativis
ıribus, communi sensu iustitiae et inde orta quadam iuris con-
ɔtudine, quam directa auctoritatis legislatione nitatur, aliquis
nen influxus auctoritatis legiferae nihilominus tum etiam re-

---

[1] Cf. *Suarez,* De leg. l. 3, c. 1, § 7. *S. Thomas,* S. theol. 2, 2, q. 50, a. 1
3, docet „principalem actum regis" esse „leges ponere"; citans Aristot.
. l. 6, c. 8 et Polit. l. 3, c. 3.

[2] Cf. *S. Thom.* l. c. 1, 2, q. 90, a. 3. *Suarez* l. c. l. 3, c. 1, § 9.

quiritur, sive ad istas consuetudinis normas instar veri iu occasione practice intimandas vel contra renitentes opportune urgendas, sive ad casus particulares communi consensu et coop tione civium applicandas. Immo absque omni auctorita tione, saltem virtuali, eiusmodi consuetudines admodum imperf veri iuris characterem ac vim haberent, nisi tamen aliunde cum certo iure naturali congruerent. Sed quidquid est de e republica inchoativa magis quam naturaliter completa, est et historice confirmatur eam ipsam, ubi primum ad matu quasi aetatem adoleverit et ad ampliorem socialis activitatis ambitum evoluta fuerit, absque multiplici legislatione publi ordinate subsistere neque secundum propositum natu recte gubernari posse.

*Ratio autem obiectiva et philosophica* huius necessitatis, qualem constans experientia testatur, sita est in *finali relatione* omnis legislationis civilis ad ipsam legislationem *naturalem* a supremo rerum omnium Ordinatore provisam, in cuius quodammodo subsidiarium ministerium illa divinitus destinatur. Hinc ea omnia, quae iam ante (P. I, n. 289) de „naturali exigentia" legislationis *positivae* universim dicta sunt, praecipuo quodam et speciali modo de legislatione *civili* valent, ad eamque potissimum referantur oportet.

Quippe in lege quidem naturali, quae in uniuscuiusque ratione promulgata est, procul dubio quemadmodum universi ordinis moralis ita et ordinis socialis servandi obligatio continetur. Unde quisquis est membrum communitatis civilis, per naturae legem iamiam obstringitur, ut non solum ordinem moralem naturae humanae individuae convenientem, sed et ordinem socialem et in specie iustitiam legalem erga ipsam communitatem fideliter servet, i. e. ut pro virili bonum commune promoveat. Verum enim vero haec generalis naturae directio et obligatio, utcumque essentialis ac fundamentalis, ad vitam civilem in particulari omni ex parte recte ordinandam *per se sola sufficere nequit;* quare ex intentione ac dispositione divini ordinatoris in omni societate civili omnino requiritur, ut ad legem naturalem insuper *lex humana* accedat. Unde simul apparet, quanti creator ipse dignitatem naturae rationalis faciat, qua homo similitudinem Dei participat, adeo scilicet, ut neque a suis initiis efformari et constitui neque deinceps *regi ac gubernari* societatem sine cooperatione humana voluerit.

3. Complura autem capita enumerari possunt, quibus *exigentia* ·*alis* legislationis civilis manifeste comprobatur.

1. Ad rectum reipublicae ordinem conservandum plane necesım est, ut normae directivae maxime essentiales, eae scilicet, ı per se iuris naturalis sunt et hinc citra omnem legem ivam iam naturaliter obligant, non obscure vel ope laboae tantum rationalis deductionis, sed clare et prompte a is civibus etiam rudioribus cognosci et practice applicari possint. Iam vero intuitu maioris promiscuae multitudinis ıc praesertim inter multiplices mentis tenebras, quae a cupiditatiac vitiis humanis proveniunt, id generatim obtineri nequit, iisi interventu legislationis humanae, ad quam pertinet etiam ıuris naturalis dictamina, ubi opus fuerit, tamquam iuris insuper vi materiam intimare atque sancire.

2. Legis naturalis praecepta per se *universalia* sunt et indeterminata; est enim illa suapte natura *generalis* et, ut cum S. Thoma monet *Suarezius*, „solum complectitur quaedam principia rum per se nota et ad summum extenditur ad ea, quae ı et evidenti illatione ex illis principiis consequuntur; ter illa autem multa alia sunt necessaria in republica humana ad s rectam gubernationem et conservationem; ideo necessarium ut per humanam rationem aliqua magis in particulari deıninarentur circa ea, quae per solam rationem naturalem deı non possunt, et hoc fit per legem humanam, et ideo fuit ı necessaria“ [1]. Adde, quod ista „determinatio in particulari“ ıt vere practica sit et ex mente divini legislatoris conveniens, *aria* esse debet pro locorum, temporum, aliorum adiunctorum iversitate, unde praeter remotas conclusiones legis naturalis multa ıoque comprehendat necesse est, quae ratione materiae sub illa ıllatenus comprehenduntur, nihilominus tamen ratione necessitis vel utilitatis ad bonum commune cum illius fine congruunt, eatenus convenienter aut praecipiuntur aut vetantur. Id autem ıla legislatione civili fieri potest.

3. In iis certe omnibus officiis civilibus sive negativis sive firmativis, a quorum observatione pax publica, integritas et seıritas ordinis iuridici aut salus reipublicae proxime pendet, neısse est, ut hominum inconstantia et cupiditates per civilem

[1] De leg. l. 1, c. 3, § 19. Cf. *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 91, a. 3; 95, a. 1. *Th. Meyer*, Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechts § 113.

auctoritatem temporalium etiam *poenarum sanctione* coerc
Nam cum exsistentia et vita communitatis civilis, s ac
dividuorum hominum, tota in his terris absolvatur, communis
totius ordinis moralis, in vita futura potissimum exseq , ad
*certum iuris effectum* contra libertatis abusum *in hac vita*
randum per se sufficiens non est, sed insuper requiritur
*temporalis* ac iugiter praesens, qua ordini socialis iustitiae
auctoritatem publicam victrici efficacia provideatur. Huc
ea imprimis pars legislationis civilis pertinet, quam iustitia c
nalis subaudit.

### C. De functionibus ad legislationem praeparatoriis.

**544.** Sicut omnis imperii, ita omnis legislationis a
tione ordinante seu a rationali voluntate procedat nece
Unde ad illum complendum essentialiter operatio tum intelle
tum voluntatis concurrere debet; et illa quidem natura prior
veluti praeparatoria praecedit eique convenienter elige ac
definiendum obiectum suppeditat[1]. Id ipsum satis insinuat
sica legis definitio, qua dicitur: *„Ordinatio rationis ad bon*
*mune, ab eo qui curam communitatis habet promulgata.“*[2]
sane liquet in omni concipienda et condenda lege pri
ac veluti praesidium *rationi* deberi. Eius enim est r ic
mediorum ad finem („bonum commune“) cognoscere, m ob
secundum regulam tam iustitiae quam prudentiae exami
quae pro loco, tempore et reliquis adiunctis proxime nece
utilia, opportuna et convenientia videantur considerate
et prae ceteris comprobata proponere, in hac re imit o
quodammodo participando illam Sapientiam, quae dicit: „
reges regnant et legum conditores iusta decernunt“ (Prov. 8, 15).

Duplex autem potissimum functio ad formalem legislationem praeparatoria ex parte intellectus requiritur, nimirum 1° sufficiens, immo quantum fieri possit perfecta informatio auctoritatis legiferae per cognitionem necessitatum atque indigentiarum sive socialium sive politicarum, quae legis publicae interventum vel exigant vel suadeant, et 2° accurata et matura perpensio singularum legum propositarum quoad substantiam et formam, antequam definite sanciantur. Illa legislatoria *cognitio*, haec *deliberatio* legis-

[1] Cf. *Suarez*, De leg. l. 1, c. 4 et 5.
[2] *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 90, a. 4.

commode vocatur. Utraque, ut debitum fructum assequatur, corpore politico non plane exiguo et patriarchali gene- aliquo civili organismo indiget sibi accommodato, cuius mini- utraque in suo gradu pro rerum adiunctis rite et ordi- exerceatur.

I. *De cognitione legislatoria.*

*Ambitus* necessarius huius cognitionis ex ipso naturali omnis societatis civilis et hinc ex generali officio auctoritatis licae erga totam rempublicam et singula eius membra men- andus est. Itaque non solum generalem aliquem conspectum t totius corporis politici secundum iuris ordinem conservandi ad communem civilem prosperitatem dirigendi, nec generalem m notitiam complectitur de reali statu reipublicae, de eius peri- externis vel internis tam praesentibus quam in futuro timen- de fontibus quoque subsidiorum materialium sufficientibus vel tibus, et aliis similibus documentis, quae totalitatem rei- respiciunt, sed insuper extendi debet ad necessitates et gentias civium, eas imprimis, quae multis aut integris eorum bus communes sunt, ad earum causas scrutandas sive oeco- vel morales, sive locales vel personales. Haec omnia que perspecta esse debent, ut prudenter diiudicari possit, m, in qua re et quatenus legum providentia necessaria vel is sit, neve, dum uni malo medela paratur, alia forte com- ra suscitentur vel augeantur.

*Modus* autem ac *via,* qua ista cognitio ex veris suis fontibus mode comparari queat, in particulari quidem partim a forma ninis et a fundamentali constitutione cuiusque civitatis de- det. Quippe in omni fere forma regiminis, si plenum absolu- m monarchicum excipias, per legem fundamentalem certus modus praescribi consuevit, quem potestas legifera, ante- legitime exerceri possit, rite observare teneatur. Huc per- omne *„systema repraesentativum“* quod vocant, sive mere tativum sive insuper deliberativum et (materialiter) legis- tivum, utpote quod per se ad hoc ordinatur, ut vel toti populo el variis civium ordinibus et classibus copia fiat per legitima a organa coram auctoritate legifera suas necessitates suaque ota libere in medium proferendi suisque rationibus fulciendi. Qui odus comparandae cognitionis legislatoriae eo quidem tutior ac erior censendus est, quo minus ipse modus, quo civium com-

munitas repraesentatur, ab interna veritate ac sinceritate
contra vero idem eo fallacior ac perniciosior evadat
quo magis aliquando repraesentatio populi realiter *falsa*
*ficiose conficta* pro veris populi votis ambitiosa potius vel
*partium studia* aut *nonnullorum* factiosorum *desideria* re
talis quidem abusus, quo institutio per se bona et utilis in
cum mendacium convertitur, tametsi in omni syste
sentativo per hominum vitia aliquando accidere pos
facilius tamen et frequentius illud systema prae cete
solet, quod in moderno „constitutionalismo" vulgo usur
quo singuli deputati indiscriminatim universum populum tamquam numerum civium repraesentare censentur. Hinc enim fit, ut eiusmodi coetus repraesentativus non raro cuidam palaestrae concertantium politicarum opinionum magis quam vero et fideli speculo assimiletur, in quo publica quasi reflexione *realis* populi imago cum omnibus suis necessitatibus communibus et localibus, cum suis indigentiis et querelis sive socialibus sive politicis exhibeatur.

546. Alii praeterea sunt *modi* minus sollemnes, qui in nulla speciali forma regiminis fundantur, sed per se *omni societati civili conveniunt*. Quos inter nominandus

1. qui in sollicita publicae auctoritatis vigilantia, observandi industria ac veluti morali quadam omnipraesentia consistit. Huc respicit communis illa gubernandi praxis, qua organa localia administrationis publicae seu „potestatis exsecutivae" indirecte simul quasi organa potestatis legiferae funguntur, supremo gubernio de rerum statu, quem ex propinquo observarint, identidem referendo atque ita partim localibus ordinationibus partim futurae legislationi materiam suppeditando. — Verum et hic modus comparandae legislatoriae cognitionis per se solus non semper et ubique sufficiens est. Quid enim, si illi magistratus potestati exsecutivae subordinati, ut non raro contingere potest, ratione sui officii parum idonei appareant, qui simul subditorum necessitates et forte graves de se ipsis querelas satis obiective apud gubernium repraesentent, sive quod non ea apud cives benevolentiae et aequitatis opinione gaudeant, qua hi cum fiducia eos tamquam iustos suae causae interpretes sponte agnoscant, sive quod subiective a quodam partium studio satis liberi non videantur? Hinc ulteriore aliquo complemento opus est. Tale censetur

2. *liber accessus subditorum ad supremam auctoritatem* per
mum usum supplicum libellorum seu „petitionum". *Spontanea*
odi votorum *manifestatio,* maxime si a civibus virtute et
itate praestantibus diversi ordinis aut ab integro fere po-
procedit, generatim loquendo ad veras illius indigentias per-
las maioris fidei ac ponderis habenda est, quam singulorum
alium extrinsecus formatum iudicium nec raro subiectivis vel
coloribus depicta rerum facies. — Huc quoque aliquo modo
ti

3. ille modus spontaneae manifestationis, cui nostra aetate fere ubique *prelum publicum* inservit. Ex quo pseudophilosophia saeculi XVIII pro suo exaggerato iuris individualismo inter absoluta hominis iura illud etiam recensuit, quo unicuique libera facultas asseritur suas cogitationes et ideas externe ac publice manifestandi, „libertas preli" inter reliquas „liberales" institutiones „moderni Status" praecipuum locum occupat. Non est, quod hoc loco critice de ea agamus; interest modo ipsum *factum,* prout historice exstat, considerare atque videre, num et quatenus illud ad augendam *cognitionem legislatoriam* quicquam importet. Et vero negari non potest in praesentibus rerum adiunctis *organa publicitatis periodica et diurna* in omnes res publice gerendas plane immenso *morali influxu pollere.* Quatenus illa opiniones, iudicia et studia varia, quae in populo aut variis eius partibus vigent, assidue referunt, pro vulgari quadam mensura haberi solent, qua, sin minus vera populi indigentia aut vera communis prosperitatis condicio, saltem actu praevalens „opinio publica" aliquo modo aestimari possit. Eo autem magis ac verius aliquod organum huic usui inservit, quo maiore fruitur independentia materiali et morali a potestate publica, quo maiorem et potiorem populi partem in sua rerum aestimatione repraesentat, et quo sincerius et constantius solida idealia principia, a quibus procedit, publice profitetur atque defendit. Contra facile intellegitur eidem usui per se minus idonea esse organa publicitatis gubernii civilis propria eiusve servitio obnoxia, quae, tametsi utilissima esse possint sive ad animos civium propositis actionibus et consiliis regentium in antecessum conciliandos sive ad praeiudicia opposita dissipanda, suapte natura tamen non ad indicandam vel vere aestimandam „opinionem publicam", sed potius ex mente gubernii dirigendam vel etiam studiose efficiendam pertinent. Neque vero per se talis libertas gubernio deneganda est, in casu praesertim sinistrae affec-

tionis subditorum, et generatim, ubi populo competit per suos c tatos in legibus ferendis active cum auctoritate suprema coo

Atque hinc apparet potestati publicae numquam modum deficere posse, quo in praeparanda legislatione, i excluso arbitrio et caeca temeritate, normae sapientiae ac veri boni communis plene satisfaciat.

II. *De deliberatione legislatoria.*

547. Functio proxime praeparatoria ad legislationem in *deliberatione* consistit, cuius in omni systemate repraesentativo *triplex* quasi *stadium* distinguitur:

*Primum* in definienda quaestione: utrum omnino aliqua et qualis *legis propositio* facienda sit, totum absolvitur; unde *primario* ad ipsum gubernium, *secundario* ad eos pertinet, quibus per leges fundamentales ius „initiativae motionis" concessum est, uti v. g. hodie plerumque deputatis populi ad publica comitia congregatis, servata quadam legali condicione, concedi solet. Et haec quidem deliberationis pars, utpote directiva et fundamentalis, imprimis a perfecta illa rerum cognitione, de qua dictum est, proficiscatur oportet.

*Alterum* in ipsius legis *propositae* discussione consistit, qua eius tam substantia quam forma verborum accurato examini subiicitur. Itaque circa duplicem fere quaestionem discussio versatur: 1° utrum lex integra, prout proponitur consensu approbanda et acceptanda, an contra reiicienda videatur; 2° utrum secundum aliquam partem aut facta eius modificatione sive materiali sive formali acceptanda et sanctioni commendanda sit.

*Tertium* denique deliberationem proprie dictam consequitur, estque ex ea proxime resultans sententiarum *conclusio*, plerumque suffragiorum numero definita, qua „legis propositio" aut reiicitur aut adoptatur idque vel simpliciter vel ex parte transformata et emendata.

*Iuris autem effectus* huius conclusionis varius est pro varia forma regiminis et pro varia determinatione legum fundamentalium. In *monarchia pura* seu absoluta totus ille processus deliberationis atque inde resultans collectiva sententia, tametsi per se gravis ac sollemnis concilii vim habet et eatenus morali efficacia carere non solet, iuridice tamen naturam suffragii mere *consultativi* non excedit; quapropter et liberam post haec dispositionem

pis per se iuridice non ligat. Contra in *democratia repraetiva*, in qua coetus deputatorum populi organice completus, nquam eiusdem legalis repraesentatio, *suprema* legifera potestate let, eiusdem de legibus deliberatio per finalem suffragiorum ionem immediate in formalem legislationem desinit. Unde ı hoc modo constituta eo ipso sancita est neque ad vim oblialio formali complemento indiget nisi externa promulgatione, magistratui exsecutivo ex obligatione incumbit. Unus exitur casus, quo per modum legis fundamentalis *toti populo* ius atur, servatis certis condicionibus eandem rem, antequam iuris obtineat, suo *immediato suffragio* subiiciendi. — In *mochia constitutionali* corpus repraesentativum populi, sive unico ive duplici coetu („superiore" et „inferiore") constat, pariter quidem mere consultativo suffragio praeditum est, sed eatenus in aliquam partem ipsius legislationis vocatur, quatenus nulla cum effectu iuris a monarcha promulgari potest, nisi per illius ragium probata et materialiter determinata fuerit. Ex adverso n principi liberum manet legi ita constitutae suo nomine sanctionem conferre vel denegare.

Ex dictis apparet aliquam qualemcumque *organicam institutem* in omni societate civili necessario requiri, qua gravissima ıtoriae deliberationis functio sapienter et cum fructu boni mmunis exerceatur. *Eo autem relative perfectior atque utilior is institutio generatim in quavis civili communitate censenda est, ) aptius et perfectius, spectatis cunctis rerum adiunctis populique ditionibus et historica indole, vero deliberationis fini inserviat.* In ticulari haec statui possunt

3. *Principia:*

I. Iudicium deliberatum *mere personale solius principis,* tametsi absoluto regimine utatur, in re praesertim gravi et subditis erosa, *sufficiens legislatoria deliberatio censeri nequaquam potest.* ntra ad huius sufficientiam recta ratio *ad minimum* exigit, saltem aliquos viros probos et communis boni studiosos, pruıtia et rerum peritia pollentes, ante omnem actum legisionis in concilium adhibitos et auditos esse constet[1]. Quod ne ıquam neglegatur, non solum reipublicae sed ipsius principis et ıralis efficaciae legum quam plurimum interest. Quapropter

[1] Cf. *Suarez,* De leg. l. 3, c. 15, § 3.

generatim expedit omne regimen monarchicum personale fundamentali condicione ligari, ut nisi prius audito co io publice deputato valide legem aut ius novum condere

II. Ratione qualitatis et numeri personarum, quibus se formam regiminis constitutionalis aut etiam democratici del vel effectiva cooperatio legislativa convenienter committi p in haec fere axiomata cum ratione experientia consentit:

1. Frequens hominum multitudo *absque personarum de* congregata, generatim loquendo, idonea non est, quae tuto ad t functionem admittatur. Id vel rara illa purae democratiae e: commonstrant, quae in communitatibus civilibus minimae ex et magnae morum simplicitatis etiamnum aliquando observ: sunt. Tametsi enim hic potestas legifera immediate a toto pulo, i. e. ab universitate civium legaliter congregata, im exercenda sit, numquam tamen deliberatio proprie dicta de bus et earum explicita discussio tantae multitudini reser sed eius tantum definitivo suffragio legum formulae, a coll magistratuum ad hoc deputato prius praeparatae, subiici ut eas, auditis hinc et inde oratoribus suadentibus et d bus, publico *assensu* sanciat aut *dissensu* reiiciat [1].

2. Neque omnis qualiscumque civium *delectus* sapienti legislationi praeparandae aeque idoneus censeri potest. Eo enim imperfectius aliquis coetus electus hanc virtutem participare dicendus est, a) quo magis ipso excessu numeri deputatorum fere ad rationem multitudinis accedit atque hinc ordinatam et pacatam deliberationem valde difficilem reddit; b) quo maior in eo non tam particularium opinionum quam fundamentalium principiorum divergentia et antagonismus apparet, quo deliberatio omni sua communi iudiciorum basi et obiectiva norma destituitur; c) quo coetus minorem continet summam intellegentiae, experientiae, religiosae probitatis et sinceri studii boni communis [2]. Quae quidem omnia magna ex parte a methodo electionum et systemate repraesentationum dependent.

---

[1] Notum est iam inter veteres non defuisse, qui democraticas institutiones Atheniensium ideo maxime politice vitiosas esse dicerent, quod apud illos legum propositio quidem a sapientibus, *deliberatio autem ab ignorantibus* fieri solebat.

[2] Idem fere insinuat *Taparelli* (Corso elementare di nat. diritto, 1645, n. 250): „Le assamblee legislative, scelte fra soli ricchi da un volgo ignorante, non presentano, in forza del loro organismo, verun titolo di sicurezza, che ne commendi le leggi."

Pro coronide cuncta, quae de functionibus ad legislationem ıeparatoriis dicta sunt, hac demum *generali regula* comprehendi ıt: In omni societate civili, quacumque regiminis forma itur, *organica structura potestatis legiferae* talis sit oportet, ut populi necessitatibus tam praesentibus quam imminenti- ıs, diligens discussio legum condendarum habeatur a coetu vi- ım intellegentia et virtute praestantium, qui, sive deliberativo ə consultativo suffragio gaudentes, *libera voce* legum tam iu- ı et aequitatem quam utilitatem et opportunitatem diiudicent.

## § 2. De lege civili.

49. 1. Legislationis civilis effectus proprius *lex civilis* est seu lex civitatis" (Staatsgesetz), quo nomine a lege ecclesiastica itur. Licet enim ambae in ratione generica legis positivae nanae conveniant, ratione tamen auctoritatis legiferae essentia- diversae, a qua procedunt, secundum speciem inter se differunt; secus ac civitas et Ecclesia utraque societas perfecta seu in se pleta, sed specie plane diversa esse cognoscitur. Aliqua am- itas nomini legis civilis inde quidem aspergitur, quod idem vulgo ım arctiore sensu usurpari solet, nempe ad designandam ratione ıiecti *specialem aliquam partem* legum civitatis. Ita enim leges, ə civium iura et officia privata determinant et iustitiae civilis ministrationem dirigunt, *leges civiles strictiore sensu* (bürgerliche ətze) nuncupari solent, quemadmodum eae, quae de delictis ınt et iustitiae criminali inserviunt, *leges criminales* dicuntur; sic de ceteris legum classibus. In praesenti, ut ipsa res in- at, nomine *legis civilis* latissime *legem civitatis* intellegi volumus.

2. Quae autem de lege civili ante omnia novisse philosophiae ralis interest, pleraque, ut diximus, iam alibi (P. I, n. 287—301) nquam *omni legi positivae humanae communia* simul ac funda- ntalia luculenter exposita et thetice stabilita exstant. Talia specie commemoranda sunt doctrinae capita, quae de interno is civilis *nexu (partim materiali partim formali) cum ipsa lege ıurali et de supremo eius obligationis principio* agunt, indeque ecusabiles consequentias ducunt *de moralibus omnis legis hu- nae qualitatibus ad eius valorem essentialiter requisitis.* Haec tur, tametsi ad rem praesentem *primario* pertinent, singillatim iterum adstrui non indigent, sed sufficit eadem in antecessum uti pridem iacta fundamenta signasse, quibus reliqua, quae de ;e civili in specie adhuc dicenda supersunt, tuto superstruantur.

### A. De materia legis civilis.

550. Quaenam legis materia in particulari eligenda sit, est legislativae *prudentiae* et huius consilio post matu rationem in quolibet casu dirimenda. Haec autem pr et liquidam subaudit quaestionem *iuris*, qua *eligibilis ambitus* negative determinatur.

Duo sunt, quae hanc determinationem important, vi ambitus potestatis seu *competentia legislatoris* civilis, *actuum*, in quos vel praecipiendos vel prohibendos lex di ur.

#### I. *Materiae limitatio ex ambitu potestatis.*

551. **Thesis LX. Quidquid ad finem societatis civilis specifice proprium nulla ratione refertur, cum iuris effectu materia legis civilis esse nequit.**

Praenotanda. De „fine societatis civilis specifice proprio" supra ad n. 317 haec thesis stabilita est: „Finis societati publicae naturaliter propositus est: tum ordinem socialem, quem naturae rationalis dignitas et organica societatis structura postulant, efficaciter fulcire, tum — intra limites eiusdem ordinis — omnimodae civilis prosperitatis socialiter prosequendae condiciones externas, publice necessarias, harmonice providere."

**Probatur.** Iuris effectus seu obiectiva obligatio legis ratione materiae latius extendi non potest, quam ipsa potestas legifera, a qua illa procedit. Atqui tota potestas civilis, cuius primaria pars est potestas legifera, ita essentialiter et exclusive ad finem societatis civilis proprium convenientibus mediis prosequendum adstringitur, ut in eo determinatum sui limitem et mensuram habeat. Ergo quidquid ad hunc finem nulla ratione refertur, ambitum potestatis civilis excedit, ac proinde legis materia esse nequit: quod si autem talis nihilominus facto assumitur, obiectivo iuris robore caret.

Mai. patet, quia nullus effectus sine causa, nullum rationatum absque sui ratione esse potest, et quia in omni iuris relatione inter ius et officium perfecta correlatio exsistit, qua alterum per alterum cognosci et mensurari queat (cf. P. I, n. 458. 472); idem ergo de iure legem ferendi et de officio eam servandi dicendum est.

Prob. min. Omnis potestas homini per divinam ordinationem concessa, per eandem ordinationem in suo ambitu determinatur et

ıtur. Suprema igitur potestas civilis, quae in se spectata Deum ut auctorem naturae seu per legem naturalem exsistit, eandem legem limitetur necesse est, proinde nec maior nec ›r sed praecise tanta esse cognoscitur, quantam exigit *natu-*
1 *finis,* ad quem per auctorem naturae ordinatur, nempe finis i civili naturaliter propositus. Non enim instar gratuiti ril i ad arbitrarium usum, sed eatenus tantum illa potestas ıitus instituta est, quatenus ad hunc finem obtinendum neces- est (cf. n. 390).

552. **Corollaria.**

I. *De rebus mere spiritualibus et quae per suam naturam potestati ecclesiasticae subsunt, nulla lex civilis ex se valide seu cum effectu iuris disponere potest*[1].

Pro catholicis certe et iis omnibus, qui Christi Ecclesiam societatem vi divinae institutionis in se perfectam ideoque sui iuris et a potestate civili in suo ordine independentem profitentur, ista conclusio ulteriore probatione non indiget; aliis autem id ipsum positivis argumentis demonstrare neque huius loci neque praesentis propositi est. — Ceterum Ecclesiae potestas, a nulla humana auctoritate accepta, a suis principiis vi divini iuris asserta, per decursum tot saeculorum publice agnita et constanter exercita, antiquitate unica et cunctis regnorum vicissitudinibus iugiter superstes, *ius historicum* est omni sanae rationi, si non religiose, certe *iuridice* reverendum. Praeterea prostat in omnium oculis regnum hoc spirituale, extensione nullis nationum finibus limitatum, suo proprio visibili organismo numquam interrupto vivens eoque historico charactere insignitum, quo ab omni regno nationali aut territoriali, immo ab internationali complexu civilium institutionum omnium populorum essentialiter differt. Finem namque respicit *supernaturalem,* omnium hominum communem et supremum, mediis supernaturalibus divinitus institutis in his terris prosequendum et in vita futura consequendum. Ad hunc finis proprius societatis civilis se habet ut temporale ad aeternum, ut naturale substratum ad supernaturalem structuram eidem inaedificandam. Non igitur apparet, si vel sola recta ratio et naturalis iustitia consulatur, undenam civili auctoritati, cui primario incumbit iuris ordinem integrum servare, ius aliquod proprium adveni

---

[1] Cf. *S. Thom.,* S. theol. 1, 2, q. 99, a. 3. *Suarez,* De leg. l. 3, c. 11.

possit, partem aliquam ecclesiasticae potestatis atque ita Ecclesiae sibi arrogandi. — Quare praetensum „ius re sacra“ non exsistit, sed a canonistis aulicis gratis inventum asseritur.

II. Similiter legislatoris civilis competentiam excedit lex, quae interna seu constitutiva *familiae* iura violat, *regimen societatis domesticae internum* et nemini iniuriosum miscet, aut privata civium negotia, quae civilem ordi turbant nec promovent, praecipiendo vel prohibendo atti

Namque ad „ordinem socialem, quem organica structura postulat“ et quem vi sui finis naturalis potestas non solum non violare sed „efficaciter fulcire“ debet, pro di imprimis *iura domestica* pertinent naturaliter constituta. I autem dicendum de *personali et privata libertate civium*, ad *arbitrarie* restringendam ius nullum est auctoritati civili, eatenus tantum, quatenus aut aliorum legitimae liber iurium tutela aut condicio boni communis civium id exigit[1]. (Cf. P. I, n. 385 ad 3.)

III. Lex, quae ratione materiae, posthabito bono communi totius corporis socialis, in commodum privatum legislatoris dirigitur, aut eius tantum privatis et arbitrariis studiis a communi

[1] Fusius de hac re ad mentem tum Aristotelis tum S. Thomae disserit *Suarez*, De leg. l. 3, c. 11, ubi legislationi hanc competentiae regulam tradit (§ 8): „Triplex potest distingui moralis gubernatio hominis: quaedam *politica*, quae pertinet ad regimen civitatis et communitatis perfectae, alia *oeconomica*, quae spectat ad regimen unius familiae seu domus, tertia dici potest propria uniuscuiusque circa semetipsum, quae dici potest *monastica*, quasi unius regimen continens. Potestas autem civilis per se ordinatur ad gubernationem *politicam* ... et ideo per se non dirigit oeconomicum (domesticum) regimen, nisi in his, quae redundant in commune bonum civitatis et illud possunt impedire aut promovere; reliqua enim, quae ad privatam familiam spectant, *non per leges civiles* sed per uniuscuiusque patrisfamilias prudentiam ordinantur. Ergo simili proportione ac ratione *non spectat ad leges civiles monastica directio* seu privata honestas singulorum, ut tales sunt, sed solum ea morum rectitudo per has leges constituitur, quae bono civili vel necessaria vel valde utilis est. Ad felicitatem autem etiam naturalem uniuscuiusque hominis, ut singularis persona est, non sufficit virtus illa civilis, sed necessaria est integritas morum cum debito ordine ad Deum, quantum lumen naturale dictat; ergo *non spectat felicitas privata ad finem proprium legis civilis* seu potestatis legislativae mere naturalis.“ Cf. *Cathrein*, Die Aufgaben der Staatsgewalt und ihre Grenzen. Freiburg 1882. *Th. Meyer*, Die Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechts § 106—109. 243 sq.

bilitate alienis in detrimentum reipublicae inservit, aut unice ad biliendum dominatum destinatur, quem ambitiosa vel avara o in civitate sibi inique arrogat, non verum exercitium sed sta usurpatio potestatis civilis legiferae censenda est[1]. (Cf. P. I, n. 385 ad 4 et n. 294.)

II. *Materiae limitatio per naturam actuum.*

Triplici modo natura actuum ad determinandam et limim materiam legis civilis concurrit.

1. *Ratione moralis qualitatis.* Qua in re inter varios legis actus distinguendum est. Nimirum

a) *Praecipere* lex civilis actus tantum *honestos* vel *per se indifferentes* potest, in quantum ad finem reipublicae conducunt nec aliunde eius competentiae se subtrahunt; nullatenus autem ea iniungere valet, quae legi sive naturali sive divinae positivae vel cuicumque altiori obligationi contraria sunt[2]. (P. I, n. 294—296.)

b) *Prohibere* valet (ratione boni communis) non solum actus *malos et indifferentes,* sed quandoque etiam *in se bonos,* eo quod non in omnibus adiunctis ea, quae per se bona et laudabilia sunt, ex obligatione fieri debent aut semper licite possunt, cum interdum eadem sub alio respectu nociva esse et maius bonum commune impedire contingat.

c) *Permittere* (i. e. non prohibere seu non positive impedire el punire) lex civilis quaedam vitia et mala moralia aliquando udenter potest, licet ab eius potestate per se immunia non sint. enim non raro ad maiora reipublicae mala cavenda recta ratio igere potest; verumtamen ne talis tolerantia umquam pro legis

---

[1] Cf. *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 90, a. 2; Auctor opusc. De regim. princ. 1: „Si igitur liberorum (hominum) multitudo a regente ad bonum commune ultitudinis ordinetur, erit regimen rectum et iustum, quale convenit liberis. Si ro non ad bonum commune multitudinis, sed ad bonum privatum regentis gimen ordinetur, erit regimen iniustum atque perversum; unde et Dominus ibus rectoribus comminatur per Ezechielem (34, 2) dicens: ‚vae pastoribus, i pascebant semetipsos‘, quasi sua propria commoda quaerentes.“ — Cf. *Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 96, a. 1: „Unumquodque quod est propter finem, esse est quod sit fini proportionatum. Finis autem legis est bonum commune, ia, ut Isidorus dicit in lib. 5 Etym. c. 21, *‚nullo privato commodo sed pro nmuni utilitate civium lex debet esse conscripta‘*. Unde oportet leges humanas e proportionatas ad bonum commune“. — Fusius de hac re *Suarez,* De leg. 1, c. 7.

[2] *Suarez* l. c. l. 1, c. 9; l. 3, c. 12, § 4.

favore accipi queat, semper curandum est, ut, quantum p ad-iuncta licet, *indirecte* saltem cuncta illa vitia in societate ci refrenentur et coerceantur potius quam animentur[1].

554. 2. *Ratione possibilitatis et difficultatis.* De ratione l est, ut sit *possibilis,* secundum generale axioma: „Ad imp nemo tenetur". Itaque materiam *simpliciter* impossibilem sub lius legis sive divinae sive humanae obligationem cadere satis per se evidens est. Nam, ut recte *Suarez*[2] animad „quidquid non cadit sub libertatem, non cadit sub l m; autem simpliciter impossibile est, non cadit sub liberta libertas intrinsece requirat potestatem ad utrumque. . . . I ubi transgressio vel omissio non potest imputari ad culpam vel nam, non potest ibi lex intervenire, quia de intrinseca eius est, ut aliquam intrinsecam obligationem inducat . . . In hoc est magna differentia inter Deum et hominem, quod Deus aliqua potest praecipere impossibilia *naturae,* quia potest illa facere possibilia *per gratiam,* quam non negat quantum in se est, quantum ad praeceptorum observationem necessaria est; ideo semper est praeceptum Dei de re possibili . . . Homines autem non possunt dare vires ad praecepta implenda, et ideo illas supponere necessario debent, vel ex natura vel ex gratia, iuxta praecepti condicionem."

[1] *Suarez* l. c. § 16. De materia per legem civilem sive praecipienda sive prohibenda hanc generalem regulam statuit: „Dicendum igitur censeo, nullam aliam regulam in hoc assignari posse praeter eam, quae ex condicionibus legis in commune positis colligi valeat; nimirum, illum actum virtutis posse esse materiam legis humanae, *qui ad bonum finem talis legis moraliter necessarius et ad commune bonum valde utilis et communitati hominum eorumque ordinariae facultati accommodatus sit.* Has enim condiciones diximus esse necessarias ad legem, et ideo ab illis etiam sumenda est mensura seu regula materiae humanae ac civilis legis. Idemque cum proportione dicendum est de prohibitione vitiorum: illa enim vetanda sunt per civilem legem, *quae communitati humanae noxia sunt et cum morali utilitate reipublicae prohiberi possint et puniri.* Quando autem vitia non sunt noxia communitati, vel ex rigorosa punitione illorum maiora mala timentur, permittenda potius sunt quam cohibenda per leges civiles. Quapropter in particulari ad applicandam hanc regulam necessaria est prudentia legislatoris; neque aliquid aliud certum in hoc puncto dici aut affirmari posse existimo." — Cf. *S. Thom.,* S. theol. 1, 2, q. 96, a. 2, ubi s. Doctor cum *S. Augustino,* De lib. arb. l. 1, c. 5, fuse probat non pertinere ad legem humanam omnia vitia prohibere.

[2] L. c. l. 1, c. 9, § 17 sq.

Itaque quantum in specie attinet legem humanam et civilem, ɔ qua hic agitur, ab ea omnis materia non solum *simpliciter* ɜl *physice* sed et *moraliter impossibilis* excluditur, i. e. talis, uae spectatis ordinariis viribus subditorum et habito simul re- ɜu finis proprii, ad quem lex per se dirigitur, *nimis ardua* vel *supra modum difficilis.* Nam cum lex civilis feratur in ı civilis communitatis, procul dubio huius communitatis reali ɜti proportionari debet et ideo naturae humanae imbecillitam morali quam physicae accommodari, ne lex ipsa suo fine fructu frustretur et plus damni et periculi quam commodi rei- ɜae afferat. Exceptionem aliquam ab hac regula nonnisi ı *salutis publicae* aliquando rationabiliter postulare potest, ut it in legibus militaribus tempore belli, quae ex sua natura ad difficillima et maxime ardua obligare valent.

Generalia quaedam momenta, quibus requisita legis civilis *ɜbilitas*" per legislatorem practice aestimanda sit, ipsa anti- *Isidori* formula suggerit, qua legis humanae condiciones re- ur: „Erit autem lex *honesta, iusta, possibilis, secundum ra secundum consuetudinem patriae, tempori locoque con- ɜns.*" [1] Quae verba voci „possibilis" subnexa, ut *Suarez* [2] inter- tur, ad explicandum ex mente *Isidori modum* huius possibilitis pertinent. „Addit", inquit, „*secundum naturam*", i. e. considerta fragilitate et condicione naturae; quod etiam Deus ipse suo ɔdo observat . . . *Secundum consuetudinem patriae,* quia consuelo est altera natura, et ideo quod repugnat consuetudini, valde ɜsetur repugnans naturae ac subinde fere moraliter impossibile. c autem intellegendum est de consuetudine honesta et utili publicae; nam consuetudo prava per legem corrigenda est . . . nique addit Isidorus: *tempori locoque conveniens,* quiae hae cumstantiae in omni actu prudenti observandae sunt. Hic autem ı considerantur ex parte actus praecipiendi sed ex parte maiae seu actus qui praecipitur, quia non in omni loco nec in ni tempore eaedem actiones conveniunt, et ideo in ferendis ibus maxime sunt hae circumstantiae considerandae . . . Si ɜs autem recte consideret, hae circumstantiae etiam sunt deminationes possibilitatis, quia in uno tempore censebitur alid moraliter impossibile, quod in alio est facile, idemque est

---

[1] Etym. l. 5, c. 21.
[2] L. c. l. 1, c. 9, § 19.

cum proportione de loco; possunt etiam interdum pertinere ad honestatem propter rationem similem."

Notandum. Quemadmodum honestas et iustitia, ita et *possibilitas* essentialibus condicionibus legis annumeranda e tamen ut practice in casu particulari definiatur, utrum ali fectu sufficientis possibilitatis invalida censeri possit, non cumque subiectivum subditorum iudicium sed observandae sunt r quae (P. I, n. 298) in specie circa condicionem iustitiae datae Namque, ut recte animadvertit *Suarez*, „definire, quando in his condicionibus defectus sit substantialis, ex prudenti pendet iudicio, quod oportet esse valde *certum*, ut ex hoc capite lex possit censeri nulla" [1].

555. 3. *Ratione disproportionis* a lege civili excluduntur actus *mere interni*. Nam potestas legislativa civilis non ordinatur nisi ad bonum commune *externum*, quod proxime et directe non aliam honestatem comprehendit nisi honestatem *communitatis* civilis; ad hoc autem nihil referunt actus, qui solum in mente consummantur. Iidem praeterea natura sua cognitioni civili omnino subtrahuntur et ideo ad forum iuris coactivi pertinere nequeunt.

*Indirecte* tamen etiam actus internos intellectus et voluntatis lex civilis praecipere potest, quatenus per se conexi sunt cum actu externo praecepto vel prohibito. Quod quidem satis per se clarum est, cum actus externus per legem praecipiatur ut *humanus et liber*, talis autem esse non possit sine actu interno. Itaque quoties lex praecipit aliquid, eo ipso praecipit etiam voluntatem saltem efficacem id praestandi, et quoties aliquid prohibet, simul prohibet velle efficaciter id facere.

Notandum praeterea actum *pure internum* censeri non posse, qui non in sola mente sistitur, sed iam aliquo modo *ad extra se prodere incipit* sive per consilium sive per aliquam externam praeparationem exsecutionis, licet effectum non consequatur. Atque ita internum propositum criminis, cuius *externa* indicia exstant, non immerito legis poenam incurrit.

Multo minus actibus internis relate ad legem assimilandi sunt actus per se quidem externi sed ita *occulti*, ut omnem cognitionem iudicis humani fugiant. Ratio est, quia tales actus non sua natura sed *per accidens* tantum, scilicet propter absentiam testium, civili cognitioni et iudicio se subtrahunt [2].

[1] De leg. l. c. § 20. [2] Cf. *Suarez* l. c. l. 3, c. 13.

### B. De forma externa legis civilis.

Duplex legis forma distingui potest, altera *externa* et
ɔi , quae est veluti corpus legis, altera *interna* et quasi
t is, quae est veluti anima et ratio legis.

Ad formam externam constituendam referuntur 1° *ipsa verba,*
lex enuntiatur, 2° *promulgatio sufficiens.* De utraque re
dicenda sunt:

#### I. *De forma enuntiandi legem.*

Solet in iuris scientia lex humana distingui *scripta* et *non*
ɪcri , quo nomine communiter intellegunt consuetudinem, quae
legis habeat. Vel hinc satis apparet omnem legem proprie
am, quae expresse et directe ab auctoritate civili constituitur,
*scriptam esse debere,* id quod usus omnium cultarum
ium confirmat. Quamvis enim hic modus ferendi legem non
de substantia et valore legis, est tamen per se aptissimus et
ue moraliter necessarius, 1° quia oportet, ut leges sint
ɔs ac proinde signis permanentibus ferantur, 2° quia ad
ar tutam applicationem ad casus particulares saepe necessa-
, imprimis propria et formalia verba legis consulere, quod
raliter fieri nequit nisi scripto exstent[1]. — Sive autem scripta
lex sive, ut absolute fieri potest, voce tantum prolata ac dein
traditionem et usum publicum conservata, proxime quaeritur:
*rum aliqua et qualis verborum forma necessaria videatur.*

7. **Thesis LXI. Verba legis talia sint oportet, quae intentionem legislatoris stabiliter obligandi communitatem fficienter exprimant, et 2° materiam obligationis quantum fieri test clare ac determinate seu exclusa ambiguitate definiant.**

**Probatur pars I.** Causa efficiens obligationis legis civilis est luntas legislatoris; haec autem illum effectum, qui ad ipsam bstantiam legis pertinet, eatenus producere potest, quatenus ;no sensibili humanae cognitioni accommodato declaratur. Ergo, m de ratione legis civilis sit obligare stabiliter communitatem, niliter de ratione legis est, ut verba legis intentionem legis-:oris sufficienter declarent ita revera obligandi seu praeceptum ndi, non ratione temporis aut personarum particulare, sed sta-.e et commune.

---

[1] *Suarez* l. c. l. 3, c. 15, § 5.

**Probatur pars II.** Lex, cui ratione materiae nec ritas ac determinata praecisio deest, fini suo assequendo vel impar est vel adversa, nec non civibus iniuriosa, ma gravem poenarum sanctionem annexam habet. Etenim p ancipitem vim verborum et variam inde secuturam p interpretationem per se plus ad perturbandum quam tandum ordinem civilem conferat necesse est; civibus au rat poenarum, quae incurri possunt, quasi laqueum ponit, siq m et iudicum arbitrio latum spatium relinquit. Ergo legislatori diligentia curandum est, ut quantum res patitur materia obligationis eiusque ambitus ex ipsis verbis clare perspiciatur. Hinc et Isidorus inter condiciones legis *claritatem* requirit, *„ne per obscuritatem quid in captionem contineat"* [1].

558. **Corollarium.** Oportet igitur, ut constitutiva verba legis *„praeceptiva"* sint aut praeceptivis ex usu aequivalentia [2]; quapropter ad designandam veram legis rationem non sufficiunt verba tantum exhortatoria aut quibus simplex votum vel desiderium regiminis exprimatur aut etiam omnes subditi paterne rogentur nulla interposita auctoritate praecipiendi vel prohibendi.

II. *De promulgatione legis.*

559. Legis *promulgatio* est, ut ipsa vox indicat, *sollemnis publicatio seu denuntiatio legis nomine legiferae auctoritatis ad communitatem facta.* Eam omnis legis, etiam divinae, necessarium requisitum esse, ut communitatem obligare possit, satis per se liquet, ut iam dictum est P. I, n. 230. 294. Immo de omni lege externa pro communitate lata atque imprimis de lege humana et civili tenendum est, promulgationem non solum necessarium eius complementum sed *de ipsa ratione legis esse*, ut *S. Thomas* [3] explicite probat et consequenter illam in ipsa legis definitione comprehendit, invocans notum principium Gratiani: *„Leges instituuntur cum promulgantur"*. — Unde consequitur legem civilem, etiamsi aliunde cognoscatur iam scripta et proxime edenda, neminem tamen ante publicam promulgationem obligare.

De *modo* promulgationis, qui adhibendus sit, *iure naturae* nil aliud exigitur, nisi ut *per se ad finem sufficiens* sit seu communitati civili in notitiam legis inducendae accommodatus. Quis autem

[1] Etym. l. 5, c. 21. [2] *Suarez* l. c. § 7 sq.
[3] S. theol. 1, 2, q. 90, a. 4. Cf. *Suarez* l. c. l. 1, c. 11; l. 3, c. 16.

ıs in quavis societate civili in particulari assumendus sit, iuri ivo definiendum permittitur, consideratis scilicet uniuscuiusque et regionis adiunctis. Et hodie quidem, cum ope preli ıi omni gubernio quotidiana copia suppetat totum alloquendi ım, omnes difficultates, quae apud veteres in maioribus praeim territoriis celeri communicationi cum singulis dissitis proc alicuius regni obstare solebant, penitus sublatae sunt. per tamen necesse est, ut et typographica eiusmodi publicatio ıticam formam prae se ferat vel lege vel usu determinatam, ne umquam de legis promulgatione legitime facta aliqua ratio dubii vel controversiae oriri possit.

Notandum tamen, ad legitimam et sufficientem promulgationem nequaquam requiri, ut lex singulis subditis intimetur. Nam cum lex directe feratur pro communitate, sufficit quoque, ut *communitati modo publico* innotescat atque ita *morali facilitate* a singulis quoque civibus cognosci *possit.* Quod si igitur nihilominus per accidens a nonnullis forte ignoretur, non ideo de insufficiente promulgatione conqueri possunt, sed obiective ut reliqui legis obligatione tenentur, quamvis in casu transgressionis coram iudice a subiectiva culpa excusari queant. Eandem mensuram sufficientiae promulgationis statuit *S. Thomas,* dicens: „Illi, coram quibus lex non promulgatur, obligantur ad legem observandam, in quantum in eorum notitiam devenit per alios vel *devenire potest* promulgatione facta.“ [1]

Non raro tamen lex civilis non statim post factam promulgationem obligare incipit, sive quod in ipsa lege, habita ratione ıateriae vel cuiuscumque opportunitatis, certa futura dies assinatur tamquam terminus, a quo lex vigere incipiat, sive quod alibi iure vel usu recepto generatim certum temporis intervallum ıter legis promulgationem et eius vim obligandi requiritur.

Ex dictis hactenus haud difficile colligitur, quid secundum ectam rationem sentiendum sit de illa controversia, quae, olim ıter iuris consultos acriter agitata, in discutienda hac per se graissima quaestione versabatur: *utrum acceptatio populi necessaria it, ut lex civilis (promulgata) perfecte constituatur et vim habeat bligandi.*

Opinio affirmans hanc quaestionem teste Suarezio [2] videtur ommunis fuisse veterum iuris consultorum, quorum rationes simul

[1] S. theol. 1, 2, q. 90, a. 4 ad 2. [2] L. c. l. 3, c. 19, § 1.

ostendunt intimum nexum cum alia opinione similiter commu illius temporis, qua omnem regum ac principum potestatem p cam primitus a populo derivari ab eoque illis delatam esse bant. Quae sententia cum hodie resuscitata suos novos habeat, non plane supervacaneum videtur etiam illam hic brevi attigisse.

**560. Thesis LXII. Assertio, qua per generalis affirmatur legem civilem legitime on gat nisi per acceptationem populi perfecte constitui et vim obl obtinere, vero fundamento caret et recto ordini civili adve**

Praenotanda. 1. Nemo sane negat posse in aliqua civili constitutione *iure positivo* dictam condicionem per se democraticam ad legum valorem esse requisitam, ut multis exemplis historicis constat. Ita v. g. indoli democraticae alicuius reipublicae perfecte congruit, ut populo, qui suprema potestate pollet, de legibus in coetu deputatorum (nomine populi) constitutis ius reservetur, quod vulgo „Referendum" vocant, i. e. ius exigendi, ut lex, antequam vigorem accipiat, immediato suffragio populi aut acceptanda aut reprobanda subiiciatur, quemadmodum in Helvetia fieri videmus. 2. Supponitur in thesi, legem promulgatam per se nullis *internis* condicionibus valoris destitui. 3. Probe distinguendum inter condicionem *facti* et condicionem *iuris*, de qua sola hic quaeritur. Fieri enim aliquando potest, ut lex rite promulgata et de se perfecte obligans ideo tamen *de facto* effectivum iuris vigorem non assequatur, quia *per nefas* a subditis vel eorum maxima parte acceptatio et observatio, ad quam obligantur, detrectatur. Quo facto lex eatenus quidem suam internam vim obligandi consequenter amittere censetur, *quatenus auctoritas publica sciens ab eius observatione urgenda desistat.* Hoc igitur modo acceptatio vel non acceptatio legis ex parte subditorum condicio *facti* esse potest, ut effectivus legis vigor subsistat vel cesset. Quis autem in tali iuris violatione aut non-violatione *condicionem iuris* obiective deficientis vel vigentis agnoscat?

**Probatur pars I:** *vero fundamento caret.*

Qui adversam sequuntur sententiam, ad *duplex* potissimum doctrinae fundamentum recurrere solent, alterum *ab auctoritate*, alterum *a ratione philosophica* petitum. Atqui utrumque ad probandum inefficax et vanum ostendi potest. Ergo . . .

Prob. min. 1. *Ad argumentum ex auctoritate.* Affertur im- textus *Gratiani*[1]: „Leges instituuntur cum promulgantur, ıantur cum moribus utentium approbantur.“ Cui additur dictum ı s: „Lex nullam vim obligandi habet nisi ex more.“[2] t vero quod verbum *Gratiani* attinet: „*firmantur* cum moribus ium approbantur“, hoc non tollit vim verbi praecedentis: „*in- ntur* cum promulgantur“. Lex autem „instituta“ seu consti- ıta in ı ısu canonum censetur *vera* lex adeoque per se vim obli- ıens, quod est de ratione omnis legis constitutae. Dicitur i per „*firmari*“, non sola acceptatione, sed *moribus et usu;* e ut obligare incipiat, si quidem ipse usus ex obligatione tur, sed ut stabilior sit nec facile abrogetur. Similiter ex- li ır dictum *Aristotelis*, qui hic nequaquam de vi legis mora- r et iuridice obligandi loquitur, sed de eius *efficacia,* qua sta- observationem effective ac sponte sibi coniunctam habet. l enim ipsa verba graeca, quibus utitur, innuunt, contextus autem tra dubium ostendit. In eo loco videlicet non de lege consti- ıda sed de legis iam constitutae et vigentis *mutatione* loquitur, ı ideo valde difficilem esse ait, quia lex iam in moribus po- ıli radicatur et inde suum spontaneae observantiae usum trahit. eo post verba citata immediate pergit: „Hic (mos) autem non ex temporis longinquitate nascitur; quapropter a legibus re- ptis et usitatis ad alias et novas leges facile transire vim legis irmare ac debilitare est.“[3]

2. *Ad argumentum ex ratione philosophica.* Eiusmodi rationes riae a variis antiquioribus iuris peritis, partim etiam theologis, os recenset *Suarez,* afferuntur, quae ad haec duo capita revo- ri possunt:

*Primum* petitur *a defectu potestatis* principis populum *invitum* r legem obligandi, *quia,* ut aiunt,

a) magistratus civilis habet a populo potestatem, unde potuit pulus eam non dare nisi sub hac condicione, ut non obligaretur ;ibus principis, nisi populus ipse per acceptationem consentiret;

---

[1] Decret. I, dist. 4, c. 3.

[2] Polit. l. 2, c. 5, ed. *B.* 1269 a, 20: *Ὁ γὰρ νόμος ἰσχὺν οὐδεμίαν ἔχει ὃς τὸ πείθεσθαι πλὴν παρὰ τὸ ἔθος.* (Itaque loco „vim obligandi“ rectius rte: „vim *ad parendum impellentem*“.

[3] L. c.: . . . *τοῦτο δ' οὐ γίνεται εἰ μὴ διὰ χρόνου πλῆθος, ὥστε τὸ ῥᾳδίως ταβάλλειν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων νόμων εἰς ἑτέρους νόμους καινοὺς ἀσθενῆ ποιεῖν ·ὶ τὴν τοῦ νόμου δύναμιν.*

et verisimile est eum hac tantum condicione et non aliter dedisse;

b) nullum signum certius et melius est, quo diiudi lex proposita communi bono totius populi conveniat necne, ipsius acceptatio vel repugnantia; leges autem bono comm trarias ferre princeps non potest.

*Alterum* desumitur *ex defectu voluntatis* principis ante acceptationem obligandi. Nam quia lex debet esse communis regula, credendum est legislatorem nolle, ut illa habeat statum vim communis regulae, antequam a communitate acceptata Similiter praesumendum est legislatorem nolle obligare, si lex non sit conveniens bono communi, id quod tum quidem clarissime patescit, cum non acceptatur.

*His autem merito opponitur:*

*Ad primum.* a) Principium generaliter et absolute enuntiatum, quo magistratus civilis a populo potestatem habere dicitur, tamquam certum aut invicte probatum (n. 405 sqq.) invocari nequit et propterea a gravibus auctoribus negatur. Verum etiamsi illud principium admitteretur, ipsum tamen conclusionem, quam inde deducere conantur, minime admitteret. Ideo et *Suarez,* qui ceteroquin principium ipsum asserit et defendit, hanc deductionem omnino reprobat, eo quod *in omni regimine non democratico* supponi debeat populum supremam potestatem, adeoque et legiferam, *in principem transtulisse,* sive ille sit una persona sive concilium procerum sive mixtum aliquod ex utroque[1]. Unde sequitur non posse deinceps populum eandem *supremam* potestatem tamquam ordinariam quasi eminenter sibi reservare; alias enim principi non relinqueretur nisi potestas subiecta, inefficax, inutilis et illusoria, qualis omnis dicenda est potestas, quae invitos obligare nequeat; ipsum regimen autem, quocumque nomine vocaretur, esset vere democraticum.

b) Omnino negandum est acceptationem vel non-acceptationem legis iam rite promulgatae certissimum et optimum signum esse, quod legislator interim quasi suspenso iudicio exspectare debeat, ut inde demum cognoscat, „an lex proposita communi

[1] Cf. l. c. § 7. — Ex qua disputatione Suarezii illud etiam discimus notatu dignum, iam inter veteres iuris doctores non paucos fuisse, qui ex assertione *originis* democraticae omnis potestatis civilis facili passu ad asserendam quoque indolem *vere democraticam ipsius regiminis* sub quacumque forma civilis imperii procederent.

ıo totius populi conveniat necne". Quamvis enim aliquando e possit, ut legislator *cedens resistentiae populi* propter ım commune vel potius ad maius malum vitandum ab ur- lege prudenter desistat, inde tamen nequaquam sequitur promulgatam bono communi per se fuisse contrariam vel ı realiter non plane consentaneam, cum non raro tota reni- multitudinis a paucorum malevolorum agitatione, nulla ita ratione boni communis, proficiscatur. Ceterum ante con- ıutionem legis sufficiens *cognitio* rerum et indigentiae civium matura *deliberatio* praecessisse .supponenda est simul cum to iudicio de ratione utilitatis et opportunitatis ad bonum ıune.

*Ad alterum.* Supposita potestate ea *voluntas* legislatoris certo ıupponenda est, quam exhibent *verba* legis et quam legislator *re* ipsa manifestat, quamdiu non certo indicio de contrario aut de illius limitatione constat. Iam vero *verba legis* sunt sim- pliciter *praeceptiva;* praeceptum autem, quod absolute fertur, non admittit implicitam condicionem: si subditus acceptare velit, — simpliciter necessitatem inducit. Quomodo igitur ad sub- pertinere possit limitare voluntatem legislatoris diserte ex- ɔr( ı nec ab ipso limitatam? — Eadem voluntas praeterea 'e et *factis publicis* haud dubie manifestari solet. Nam leges 'atim a sua promulgatione simul cum sanctione poenali ctico usu ita perfecte constitutae censentur, ut deinceps non ɜrvantes in iudicium et poenas incidant atque ita *ad accep- ionem* legis et observationem publice compellantur. Neque ırte ab ullo iudice admitteretur excusatio, qua diceretur legis ansgressionem factam esse ante illius communem accepta- ɔnem [1].

Ergo praedicta sententia omni vero fundamento caret.

ı1. **Probatur pars II:** *recto ordini civili adversatur.*

*Argum. 1.* Ad rectum ordinem civilem pertinet, ut auctoritas ıblica, sive monarchice sive aristocratice sive democratice consti- ta est, intra sphaeram competentiae per legem fundamentalem ɔi attributae, communitatem ad finem communem efficaci in- ıxu ordinare et ideo civile imperium non tantum ut ius pre- rium et illusorium sed tamquam iuridice obligans exercere possit.

---

[1] Cf. *Suarez* l. c. § 8.

Est enim haec obligandi vis de essentiali ratione auctoritatis, qua sublata in societate civili ne ium culum stabilis unitatis et ordinis deficeret. Atqui cio gationis legum in thesi notata, si pro regula ve tuitur, illum rectum ordinem pro omni regimine non de subvertit. Nam, absque ulla iuris norma, civile im competente auctoritate legitime exercitum reddit per se i et illusorium, illud subordinando contingenti arbitrio su Ergo . . .

*Argum. 2.* Recto ordini civili et vero bono communi ratim loquendo male consulitur, si in constituendis l b ratio habetur momentaneae vulgi complacentiae aut d ic artificialiter suscitatae vel nonnisi vagis sensibus fundatae, qu iudicii a viris sapientibus et rei publicae studiosis l et sollicitam deliberationem emissi. Iam vero in hypoth illius sententiae hoc iudicium practice cuicumque plebis vel multi displicentiae postponitur, etiamsi ea falsis aut vanis : ior nitatur et vero bono communi manifeste obsistat. Quo ut paulatim ipsis viris ex officio ad hoc deputatis laboriosa illa praeparatio satis otiosa et inutilis appareat ac propterea in ponendis legibus satius videatur praesenti potius gustui quam utilitati et bono etiam futuro reipublicae deservire. — Neve dicas hoc incommodum commune esse cunctis institutionibus democraticis. In his enim, cum populi cooperatio legislativa *ex iure ordinario* requiratur, simul totus politicus organismus huic fini accommodari et quaedam formae legales ad hoc ipsum vigere solent, ne umquam leges ex contingenti praecipiti impulsu, sed tantum post decursa varia stadia deliberationis et saepe longiore interposita mora sanciri possint.

Unde ad rem non immerito cum *Suarezio*[1] concludere licet: „Sententia extreme contraria — *acceptionem non esse necessariam ad legis obligationem vel perfectam institutionem, sed potius esse effectum, qui sequi debet ex lege iam instituta sufficienter et obligante* — simpliciter asserenda et pro regula habenda est, quia solidum habet fundamentum et plane dissolvit contrarium fundamentum. . . . Unde consequenter dicendum est post legem sufficienter promulgatam et propositam pro eo tempore, pro quo potest obligare, peccare subditos, qui in principio illam non ob-

[1] De leg. l. c. § 4. 9. 10.

ant, solum quia illam acceptare nolunt . . . nam lex obligat
ui acceptationem; ergo qui legem statim violat, contra illam
uit, et qui non acceptat, etiam in hoc legem transgreditur.
lominus tamen fieri potest, ut, si illa non-receptio seu violatio
e valde sit frequens et in maiori parte populi, et legislator
cie dissimulet, et non cogat ad observationem legis, lex facile
t obligare: non quia acceptata non fuit, sed quia ex ta-
ito consensu principis revocata fuit, in quo fere omnes doctores
onsentiunt."

### C. De forma interna legis civilis.

Forma interna legis civilis merito dici potest ipsa *vis*
*ıdi,* quae si ex quacumque ratione sive ex parte legislatoris
e ex parte materiae deficiat, ipsa lex non subsistit, quae
m, ubicumque viget, omnes essentiales condiciones legis ut
su tas comprehendit et ita formalem rationem legis constituit.
Quod si, ut aliis placet, ipsa legislatoris voluntas seu *intentio obligandi* interna legis forma nuncupatur, haec sententia quoad rem
parum ab illa distat. Nam si quidem voluntas legislatoris est
*causa efficiens* obligationis, vis obligandi, qua lex praedita est,
revera aliud non dicit nisi ipsam voluntatem legislatoris, qua-
enus haec per suum effectum in lege permanenter subsistit.
Praeter hanc formam legis *genericam* in diversis legibus diversa
orma *specifica* distingui potest, quae illi specialem determinationem
odi et materiae addit, unde est vis obligandi tali vel tali modo,
d talem vel talem materiam.

#### I. *De vi obligandi legi civili propria.*

Ex dictis certo consequitur nullam veram legem absque
la obligandi vi exsistere posse. *Modus* autem huius obligationis
r se *varius* intellegi potest. Unde distinguitur obligatio „in foro
nscientiae" et „in foro externo" seu iudiciali, necnon obligatio
odammodo *disiunctiva* ad rem lege propositam *aut* ad poenam
ıtutam subeundam (obligatio „poenalis"). Ipsa dein *obligatio*
*conscientia* varios gradus admittit et est vel *gravis* vel *levis.*

Qua in re ex fundamentis philosophiae christianae haec certa
ılent *principia:*

1. *Lex civilis per se vim et efficaciam habet obligandi in*
*nscientia.* — Est haec sententia in schola christiana *communis,*
ımque *S. Thomas* explicite inculcat dicens: „Leges positae hu-

manitus vel sunt iustae vel iniustae. Si quidem iustae sunt, vim obligandi in foro conscientiae a lege aeterna, a qua vantur, secundum illud Prov. 8, 15: Per me reges r ı et legum conditores iusta decernunt."[1] Itaque huius princ ob-iectiva ratio est:

a) Quia legislator civilis leges fert qua *minister Dei* per potestatem ab ipso acceptam; ideo enim secundum apostolum Rom. c. 13, qui huic potestati resistit, Dei ordinationi resistere censetur, sibi damnationem acquirit.

b) Quia *ius divinum et naturale dictat* iustas leges a legitima publica auctoritate latas esse servandas, ut ex alibi dictis notum est; ergo, qui eas non servat, agit contra voluntatem Dei naturali praecepto expressam et sic veram culpam in conscientia contrahit. Cui consentit 1 Petr. c. 2, 13—15.

c) Quia talis obligandi potestas *necessaria est* ad convenientem gubernationem reipublicae humanae; id sane a fortiori concludere licet, cum ne imperfectae quidem et minores communitates, ut domestica, illa praecipiendi efficacia carere possint.

Itaque tamquam *falsa,* immo et praeceptis evangelicis contraria excluditur illa *opinio,* qua subditi legibus humanis eatenus tantum in conscientia obligari dicuntur, quatenus *ratione materiae* aliquid praecipiunt vel prohibent, quod iam aliquo modo, saltem remote seu per deductionem, in *lege naturali* comprehendi cognoscitur, in ceteris autem obligationem esse *directivam* tantum et poenalem in foro externo. Etenim potestas legislativa, divinitus hominibus concessa, ut adimplendo suo fini par sit, nequaquam ad solas leges declarativas legis naturalis restringitur neque ad eas tantum, quibus praecepta naturalia per se indeterminata in particulari determinantur, sed necesse est, ut valeat intuitu boni communis inducere obligationem omnino *positivam,* quae ex solis principiis naturalibus deduci non potest, qualis esset v. g. prohibitio certis in adiunctis arma gerendi, certas merces e finibus reipublicae exportandi et similia. Quis enim neget tales etiam leges et iustas et pro adiunctis ratione finis gravissimas esse posse (cf. n. 543)[2].

2. *Lex civilis in conscientia obligare potest vel graviter vel leviter.* Quod quidem, supposita obligatione in foro conscientiae

[1] S. theol. 1. 2. q. 96. a. 4. Cf. *Suarez.* De leg. l. 3, c. 21, § 5—8.
[2] Cf. Suarez l. c. § 1—4. 9—14.

ura rei fundatur et satis per se intellegitur. Dependet m gravitas vel levitas obligationis

a) *primario* ex gravitate vel levitate *materiae* seu obiecti, quidem potissimum aestimanda est tum ex fine proximo s tum ex obiecti ad eundem finem utilitate aut necessitate.

b) *secundario* ex *voluntate legislatoris,* quatenus ea vel ex ı vel ex aliis signis cognoscitur, utpote quae est *causa* s obligationis. Verum tamen, quoniam lex debet esse „ordi- o rationis", hunc effectum *valide* producere nequit nisi intra nites, quos a fine essentiali legis et a natura obligationis sibi aelineatos habet. Itaque legislator humanus gravius obligare ın potest, quam *capacitas materiae* patitur. Materia autem *unde- aque levis* numquam est capax *gravis* obligationis; in sola ma- *gravi* gravis quoque obligatio imponi potest, non tamen debet, sed liberum manet legislatori, si id magis expedire tur, nihilominus leviter tantum in conscientia obligare; quo quidem necesse est, ut haec eius voluntas satis clare ex- imatur. In legislatione vero civili generatim vix supponi potest enti legislatoris in usu formae simpliciter praeceptivae distinc- onem illam inter obligationem moralem gravem et levem satis plicite obversari. Ideo quantitas obligationis *primario* quidem ı *materia* aestimanda erit.

3. *Obligationi legis civilis stricte satisfit per actum praeceptum cundum eius substantiam,* etiamsi ex modo et intentione agentis bonitate actus virtutis deficiat. Ratio est, quia nec finis legis modus virtutis sub praecepto legis civilis cadit; quod etiam eius indole *coactiva* apparet, cui interiores motiones et actus luntatis per se non subiiciuntur, secundum axioma „de internis ın iudicat praetor". Ita cum S. Thoma doctores scholastici com- uniter sentiunt [1].

II. *De obligatione mere poenali.*

4. Ex eo, quod omni legi civili efficacia convenit, ut in ıscientia obligare *possit,* per se non sequitur *omnes* leges civiles 'era et necessario in foro conscientiae obligare. Et si quidem ınde certum est aliquo modo obligare esse de ratione legis, n alias a consilio nil differret, oritur quaestio: *utrum omnino sit esse vera lex, cuius obligatio sit mere poenalis,* i. e. cuius

[1] *S. Thom.,* S. theol. 1, 2, q. 100, a. 9. Cf. *Suarez* l. c. l. 3, c. 29.

transgressio nullam moralem culpam sed necessitatem solvendi seu subeundi poenam inducat?

Qui *negative* hanc quaestionem solvendam esse e: inter quos admodum pauci doctores scholastici, hac po ratione nituntur: repugnare, aiunt, veram legem ferri tamen eam obligare in conscientia. Quod hoc fere ratiocin batur: Verae legi essentiale est, ut sit praeceptiva, ex cepto autem sequitur obligatio in conscientia vi iuris di independenter a voluntate legislatoris. Itaque huic liberum est legem ferre aut non ferre, sed liberum non est velle l ferre et non praecipere, nec velle praecipere et in co non obligare.

Nihilominus sententia *affirmativa* cum gravissimis scholae doctoribus tuto teneri potest et quoad rem menti *S. Thomae* congruit, qui diserte dicit: „Non omnia, quae continentur in lege, traduntur per modum praecepti, sed quaedam proponuntur per modum ordinationis cuiusdam vel statuti *obligantis ad certam poenam.*“ [1]

## 565. Thesis LXIII. Esse posse leges civiles etiam mere poenales recte admittitur.

Praenotanda. Poena temporalis alicui legi adiecta per se sane neque excludit neque minuit obligationem in foro conscientiae, quae illi ex eius materia et intentione legislatoris inesse cognoscitur, immo generatim eam, utpote speciali sanctione munitam, eo magis etiam affirmat. Quapropter inter leges *poenales* et leges *pure seu mere poenales* probe distinguendum est.

**Probatur.** Thesis duplicem assertionem implicitam habet: 1. *ex parte ipsius rei,* de qua agitur, nihil obstare, quominus per auctoritatem humanam subditi ad aliqua praestanda aut omittenda *mere poenali* obligatione compellantur, et 2. hunc modum obligationis etiam cum *formali ratione* legis proprie dictae adeoque et verae legis civilis conciliari posse. Haec *duo* igitur si probata fuerint, ipsa thesis certa conclusione constabit. Atqui utrumque solidis argumentis evincitur. Ergo . . .

Prob. min. ad 1. a) Quemadmodum a voluntate legislatoris humani tamquam causa efficiente obligationis dependet, utrum in materia gravi obligatio gravis vel levis tantum (vi praecepti

[1] S. theol. 2, 2, q. 186, a. 9 ad 2.

sitivi) in conscientia oriatur, ita ab eiusdem legislatoris intenne dependere intellegitur, utrum ad opus praestandum vel omittlum subditos ligare velit in conscientia, an tantum ad necestem poenae subeundae in casu transgressionis. Quod si igitur nter de tali intentione constat, certum est totam *positivam* tionem eidem adaequari, quamquam *aliunde* per adiuncta ominus aliqua obligatio *naturalis* in conscientia induci possit.

b) Mere poenalis obligatio in iure ecclesiastico de facto admittitur, ut constat de complurium ordinum religiosorum constitutionibus a Sede Apostolica comprobatis; ergo a fortiori in civilibus ordinationibus illa locum habere potest.

c) Id ipsum directe docet *S. Thomas* verbis supra allatis, quamquam s. Doctor ibidem non expresse de lege civili sed latius tantum de „ordinatione vel statuto obligante ad certam poenam" loquitur.

Prob. min. ad 2. Quaestio hic non iam de re sed de *nomine* proponitur, utrum scilicet talis dispositio publica legislatoris congrue dici possit *lex,* an latiore tantum nomine ordinationis vel statuti comprehendi debeat. Nihil autem obstare videtur, quominus illa vera lex nuncupetur. Etenim

a) *Verum praeceptum* continet, etsi quasi condicionatum seu disiunctivum. Quemadmodum nempe votum condicionate ab aliquo emissum, v. g. dandi eleemosynam quoties sibi ludere permiserit, verum est votum, tametsi non absolute promittitur non re: ita et illud praeceptum ex intentione condicionatum verum ) eceptum dicendum est, licet ad proximum actum, quem recit, non absolute sed quasi hypothetice obliget.

b) Eo ipso etiam per modum praecepti vere obligat in conscientia, scilicet hypothetice ad poenam, unde etiam sub hoc respectu formam verae legis adimplet nec vim tantum consilii habet.

*Conclusionem* ita dilucide complectitur *Suarez*[1]: „Dico igitur uiusmodi statuta et leges poenales, licet quoad proximum actum, e quo disponunt, non sint absolute praecepta et consequenter n non sint proprie leges, tamen respectu omnium, quae inudunt, *veram rationem legis habere*. . . . Hinc concluditur resoitio quaestionis. Dico enim *omnem veram legem humanam necessario resolvi in aliquam conscientiae obligationem* . . . quia ne-

[1] De leg. l. 3, c. 22, § 8. 9; cf. l. 5, c. 4.

cesse est, ut lex vel absolute obliget ad actum, vel aliqua poena. Priori modo lata obligat in conscientia ad t actum. Si autem feratur posteriori modo, ita ut sit lex pure nalis, obligabit vel ad *solvendam* poenam, supposita transgr si cum eo rigore posita sit, sicut obligat votum poenale, tem ad *sustinendam* poenam . . . Atque hoc modo facile explic leges omnes, quae dicuntur pure poenales."

## 566. Corollaria.

I. Igitur leges pure poenales „in conscientia non obligare" semper cum aliqua restrictione intellegendum est, siquidem hypothetice veram *obligationem ad poenam* inducunt, quamvis generatim loquendo in rebus mere civilibus transgressor tantum post sententiam iudicis ad illam sustinendam in conscientia teneatur. Exceptiones nonnullae fere poenas respiciunt, quas „latae sententiae" vulgo appellant, *ipso facto* aliquando ex voluntate legislatoris incurrendas, uti contingere potest in poenis quibusdam mere *privativis*, v. g. inhabilitatis, suspensionis ab aliqua potestate, et eiusmodi [1].

II. Quaenam leges poenales censeri possint esse *pure poenales*, dependet, ut ex dictis satis colligitur, *ab intentione legislatoris*. Ad quaestionem autem, unde constare possit hanc fuisse illius intentionem, dicendum est: 1° per *expressam eius declarationem*, sive haec exprimatur in ipsa lege particulari sive per modum alicuius regulae generalis, quae hoc declaret vel formam verborum designet, qua sola significetur obligatio in conscientia; 2° per *traditionem et vigentem consuetudinem*, quae licet non sit universalis pro omnibus legibus poenalibus, legitime tamen in aliqua republica introducta, optima in ea erit interpres legum, quamdiu non per legem revocetur, declarando vim praecepti (obligantis in conscientia) non obstante contraria consuetudine [2].

Praeterea in hac re iudicium iuvare possunt *generales quaedam regulae* a gravibus auctoribus probatae, nimirum

a) Adest praesumptio, legem *non esse mere poenalem*, *α*) si eius materia est *moralis*, i. e. si directe ad bonos mores et ad cohibenda vitia, vel ad vitandum periculum aut magnum incommodum reipublicae pertinet, et ad hos fines censetur necessaria:

[1] Cf. *Suarez*, De leg. l. 5, c. 5. 6. 8—10.
[2] *Suarez* l. c. c. 4, § 8.

poenae genus eiusmodi est, quod ex usu communi et opinione num nonnisi pro culpa morali infligi soleat. Existimandus nim legislator voluisse eo modo obligare, qui naturae rei e conveniens est aut quem natura poenae insinuare videtur, liunde certius de contrario constet.

b) Ubi nihil horum intervenit ac praeterea verba legis nec e nec per circumstantias seu virtualiter sufficienter declarant eptum obligans ad actum vel omissionem eius, ut si omissa a praeceptiva forma tantum condicionata adhibeatur, v. g. is hoc egisse deprehendatur, teneatur solvere talem poenam: o praesumitur legem esse mere poenalem [1].

c) Similiter poena proposita tam gravis, ut ad legis transionem proportionem non habeat, in *lege civili* rationabiliter signo haberi potest, eius obligationem aliam non intendi nisi oenam, praesertim ubi haec in emolumentum cedit aerarii ci, nisi tamen aliis certis indiciis contraria praesumptio oriatur. um compluribus gravibus scientiae moralis doctoribus sentit . Alphonsus [2].

. *Utrum lex civilis valeat „irritare" actus ceterum naturaliter validos.*

Habet haec quaestio quandam cognationem cum praece- e de lege poenali. Nam legem civilem vim habere in certis mstantiis quosdam actus irritos seu invalidos reddendi, simi- duplici modo accipi potest, prout hic effectus legis ad *forum m externum* seu civile *aut* insuper immediate ad *forum con- tiae* pertinere intellegitur. In priori casu actus dicitur „irri- seu invalidari *civiliter,* ita ut, licet suum *naturalem* valorem, . qua contractus libere initus, retineat, omni tamen *iuris u* in foro *externo* seu coram iudice civili privetur; in altero ita supponitur reddi nullus, ut ne naturaliter quidem validus possit. Itaque ad propositam quaestionem dicendum:

1. Legi civili efficaciam competere actus quosdam subditorum, ra sua cum aliquo iuris effectu coniunctos, certis in adiunctis *n civiliter invalidandi,* in dubium vocari nequit. Etenim erquam quod ab omnibus facile admittitur et communi usu mni societate civili exercetur, talis potestas tam ratione experientia clare comprobatur *necessaria* ad bonum commune

---

[1] *Suarez* l. c. § 9—12.

[2] Cf. *Lehmkuhl,* Theol. moral. I, n. 211.

pro genio et indole totius *moderni iuris civilis* pertractantes, solidum fundamentum reperiri existimarunt, quo *regula practica simplicior,* sin minus absolute, saltem *relative valida,* statui [illegible] Eiusmodi fundamentum situm esse censent in *generali pr[illegible]tione,* in lege civili modum actus irritandi esse tantum ci[illegible]; unde *regula* consequitur

*hunc modum practice semper supponi posse, nisi alius probetur*[1].

Et vero *huic sententiae graves rationes suffragari videntur.*

a) *Ratio philosophica.* Potestas legis civilis eiusque iusta extensio potissimum ex necessitate aut magna utilitate ad [illegible] civilem mensuranda est. Non potest enim lex civilis *libe[illegible]* activitatem hominis, quae ei iure naturae competit et vitam civ[illegible] natura antecedit, *arbitrarie* tollere aut magis restringere, quam finis civilis naturalis exigat. Atqui, tametsi admittendi posse esse quasdam materias et quasdam rerum circumstan[illegible] in quibus ratione finis civilis simplex irritatio alicuius actus in conscientia aliquando necessaria vel conveniens appareat, t[illegible] *generatim loquendo* ad illum finem *sufficere* videtur invalidatio *civilis,* quin actus insuper suo valore naturali destituatur. Ergo vel ex hac sola consideratione illa praesumptio reali fundamento non caret.

b) *Indoles quasi mechanica totius moderni iuris,* qua fit, ut generatim nulla alia intentio legislatoris supponi possit nisi certos actus *per iudicis declarationem* invalidandi, ita ut ante istam ipso facto invalidi habendi non sint. Atque haec satis communis esse videtur iuris peritorum sententia[2]. Accedit quod moderna iurisprudentia fere passim omne ius naturae per se validum neget nec aliud nisi positivum agnoscat; similiter igitur lex moderna, nihil curans valorem naturalem actuum, quem ignorat, in solo iure positivo *externe asserendo* versari censenda est. Denique eidem opinioni favet analogia *iuris romani,* cuius „nullitates" ex sententia probabili erant *civiles* tantum[3].

---

[1] Cf. *Laymann,* De leg. c. 16, n. 9. *Marres,* De iustitia I, n. 370. *Lehmkuhl* l. c. I, n. 1147 sq. *Van Gestel,* De iustitia et lege civili (1889) p. 117 sq. et 153.

[2] *Carrière,* De contr. n. 120: „Nullitatem pleni iuris apud nos non vigere agnoscunt iuris periti: hodie sicut olim explorati iuris est, recurrendum esse ad auctoritatem iudicis." Cf. *Zachariä,* Handbuch des französischen Civilrechts I, § 37. Omnes nullitates iuris civilis esse docet *ex sententia iudicis* („kraft [illegible]erlichen Entscheidung"), *non ipso iure* („kraft des Gesetzes"). — [illegible] testimonia apud *Marres* l. c.

*Gestel* l. c. p. 140.

plana et expedita apparet. Eam tamen probatissimi sciemmo lis doctores *theoretice* communiter *affirmative* solvunt et quoad hanc potestatem aliquam analogiam inter legem et *ecclesiasticam* admittunt, cui illa procul dubio ratione i ad finem *necessario* convenit, ut v. g. circa actum sacraalem matrimonii. *Practice* vero iidem fere auctores istam civilis efficaciam, quantum res patitur, restringere potius ı extendere conantur, datis quibusdam criteriis, quibus saeıe, saltem iudicio vere probabili et hinc practice tuto, eiusli leges tamquam *civiliter tantum irritantes* interpretari liceat. ıe cum sint per se „odiosae", secundum vulgare axioma *ctae interpretationis*" sunt. Theoretice sane, ut inter alios *Suarez* et, „vix potest in ea quaestione generalis regula statui, quia ı nt leges utroque modo ferri, et ideo verba earum et materia ıc circumstantiae consideranda sunt ad discernendum irritationis dum; quod maxime locum habere censeo in legibus civilibus" [1]. ] e ex ipsa quidem materia legum civilium aliquam iudicii ctionem dare conatur, distinguens leges irritantes tales actus, pertinent ad publicam administrationem, ut sunt sententiae, tiones et similes, quae a legibus ipsis et potestate publica m pendent"; et alias eiusmodi leges, „quae magis consulunt ımodis singulorum et ponunt formam contractibus, testamentis ıt ıilibus". *Illis* convenire existimat, actus ex defectu formae irrit facere *in conscientia*, „quia ita expedit communi bono"; *in* autem, inquit, „aliquando solent leges non irritare obligaı internam nec impedire *naturalem* valorem actus, sed tantum vel negare actionem in iudicio vel irritare instrumentum sic factum vel scripturam, ut non faciat fidem in iudicio; *aliquando* vero ımnino irritant actum etiam quoad valorem naturalem. In quo *erba legis* rigorose pensanda sunt et *stricte* semper sunt interretanda, quia materia est odiosa" [2]. Verumtamen eiusmodi egula variis clausulis restricta, ut ipse auctor agnoscit, impedire on valet, quominus in casibus particularibus magna varietas pinionum oriri possit, in quibus demum ad usum legitimum proabilismi recurrendum sit.

Interim tamen inter *recentiores scriptores* non defuerunt, qui ınc quaestionem minus quidem pro eius abstracta latitudine quam

---

[1] L. c. § 6. Cf. *Molina*, De iust. et iure tract. 2, disp. 81.
[2] *Suarez* l. c. § 7.

pro genio et indole totius *moderni iuris civilis* pertractantes, satis solidum fundamentum reperiri existimarunt, quo *regula practica simplicior,* sin minus absolute, saltem *relative valida,* statui possit. Eiusmodi fundamentum situm esse censent in *generali praesumtione,* in lege civili modum actus irritandi esse tantum civilem; unde *regula* consequitur

*hunc modum practice semper supponi posse, nisi alius probetur*[1].

Et vero *huic sententiae graves rationes suffragari videntur.*

a) *Ratio philosophica.* Potestas legis civilis eiusque iusta extensio potissimum ex necessitate aut magna utilitate ad finem civilem mensuranda est. Non potest enim lex civilis *liberam* activitatem hominis, quae ei iure naturae competit et vitam civi natura antecedit, *arbitrarie* tollere aut magis restringere, quam finis civilis naturalis exigat. Atqui, tametsi admittendum est posse esse quasdam materias et quasdam rerum circumstantias, in quibus ratione finis civilis simplex irritatio alicuius actus etiam in conscientia aliquando necessaria vel conveniens appareat, tamen *generatim loquendo* ad illum finem *sufficere* videtur invalidatio *civilis,* quin actus insuper suo valore naturali destituatur. Ergo vel ex hac sola consideratione illa praesumptio reali fundamento non caret.

b) *Indoles quasi mechanica totius moderni iuris,* qua fit, ut generatim nulla alia intentio legislatoris supponi possit nisi certos actus *per iudicis declarationem* invalidandi, ita ut ante istam ipso facto invalidi habendi non sint. Atque haec satis communis esse videtur iuris peritorum sententia[2]. Accedit quod moderna iurisprudentia fere passim omne ius naturae per se validum neget nec aliud nisi positivum agnoscat; similiter igitur lex moderna, nihil curans valorem naturalem actuum, quem ignorat, in solo iure positivo *externe asserendo* versari censenda est. Denique eidem opinioni favet analogia *iuris romani,* cuius „nullitates" ex sententia probabili erant *civiles* tantum[3].

---

[1] Cf. *Laymann,* De leg. c. 16, n. 9. *Marres,* De iustitia I, n. 370. *Lehmkuhl* l. c. I, n. 1147 sq. *Van Gestel,* De iustitia et lege civili (1889) p. 117 sq. et 153.

[2] *Carrière,* De contr. n. 120: „Nullitatem pleni iuris apud nos non vigere agnoscunt iuris periti: hodie sicut olim explorati iuris est, recurrendum esse ad auctoritatem iudicis." Cf. *Zachariä,* Handbuch des französischen Civilrechts I, § 37. Omnes nullitates iuris civilis esse docet *ex sententia iudicis* („kraft einer richterlichen Entscheidung"), *non ipso iure* („kraft des Gesetzes"). — Haec et alia testimonia apud *Marres* l. c.

[3] Cf. *van Gestel* l. c. p. 140.

### D. De subiecto legis civilis.

*Subiectum* legis vocatur quicumque ex iure eius obliga- i subiacet. Itaque ut aliquis in specie *legis civilis subiectum* ci possit, spectata propria ratione huius legis, generalissime *x condicio requiritur:*

1. ut sit sub iurisdictione respectivi legislatoris et exsistens territorio, pro quo lata est lex;
2. ut sit habitualiter rationis capax.

*Prima condicio* fundatur in correlatione iuris imperandi et ficii oboediendi; qua fit, ut nemo legis obligatione attingi possit in quem iurisdictio legislatoris se extendit. Et quoniam haec quavis republica territorii finibus circumscribitur, etiam lex vilis ultra hos fines directe suam obligationem extendere nequit. erum, quia civis extra suum territorium exsistens manet tamen vis et membrum propriae reipublicae, nequaquam a cunctis 'ga suam patriam obligationibus eximitur, praesertim negativis, ıae in naturali erga illam fidelitate et pietate fundantur; iis ı legibus attingi censendus est, quae aliquando in specie pro vil extra patriam degentibus feruntur et poenis *privativis* so facto incurrendis sanciri solent.

*Alterius condicionis* ratio est, quia, quicumque habitualiter su rationis carent, incapaces sunt, qui per modum legis ad finem ɔcialem dirigantur, ac proinde in ordine ad hunc finem legi civili on possunt esse subiecti. Huc igitur pertinent infantes ante rationis et amentes. Quod si quis non habitualiter sed :tu tantum rationis usu destitutus est, licet pro illo tempore 'rsonalis transgressionis legis capax non sit, manet tamen legi biectus [1].

0. **Corollarium.** Ex prima condicione solvenda est quaestio *peregrinis,* quae hic moveri solet. Utrum videlicet et quatenus regrini quoque in alieno territorio commorantes legibus civilibus ısdem territorii teneantur, manifeste ad hanc alteram quae- onem reducitur: *utrum et quatenus peregrini censeri debeant biecti iurisdictioni publicae huius communitatis civilis, cuius ho- 'tio fruuntur.* In hac autem solvenda non omnes doctores con- ıtiunt. *Suarez* existimat „legem territorii obligare advenas

[1] De eodem argumento cf. *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 96, a. 5. *Suarez,* leg. l. 3, c. 31 sq.

et hospites, quamdiu ibi commorantur, eo modo quo obli colas" [1]. Cuius hanc potissimum rationem affert, quia lex liter ferri supponatur pro tali territorio, quod totum subest dictioni legislatoris; porro ad bonam gubernationem provin seu territorii moraliter necessarium esse, ut leges etiam in sua obligatione comprehendant pro tempore, quo ibi co rantur, neque paci satis consultum videri, nisi advenae ci populi moribus se conformare teneantur. *Alii* contra graves scriptores censent peregrinos, nisi fixum domicilium aut quasi-domicilium acquisierint, generatim quidem lege parti territorii, in quo actu exsistunt, *non teneri,* eo quod lex, licet territorialis sit, *pro subditis* tamen feratur; subditos autem o itu domicilio tantum vel quasi-domicilio. Ab hac regula tamen *cipiunt* leges, quae speciatim pro peregrinis latae sunt, vel neglectus iniustitiae aut scandali periculum involvat. Et quidem sententia *probabilis* aestimanda est et practice admittitur, eo magis, quod per eam sufficienter satisfit rationibus pro prima sententia allatis.

Namque peregrini, tametsi legibus particularibus territorii non subiiciuntur, semper tamen supremae potestati territoriali subesse dicendi sunt, in quantum finis reipublicae id postulat et tacita conventio intercedit. Et sane secundum praxim communiter receptam, quoties ingressus in territorium in eoque commoratio conceditur, semper haec condicio supponitur: a) ut leges speciatim pro ipsis datas observent; b) ut delinquens subiiciatur foro delicti poenasque luat in eodem foro constitutas; c) ut peregrini causae cum civibus controversae et eo tempore ortae, quo ille in territorio exsistebat, ibidem dirimantur; d) ut in territorio alieno contrahens servet formam et sollemnitatem in eo praescriptas, similiter leges vel ordinationes de valore monetarum, de pretio mercium, de rebus non exportandis et alias similes; e) ut, si in eodem territorio bona immobilia possidet, observet leges tributarias et reliquas, quibus eiusmodi bona obstricta sunt.

### E. De interpretatione legis civilis [2].

#### I. *Quotuplex distinguatur.*

571. Legis civilis interpretatio distingui solet *triplex:* 1ª *authentica,* 2ª *usualis,* 3ª *doctrinalis,* quo modo et gradu inter se differunt.

[1] *Suarez,* De leg. c. 33, § 3. [2] Cf. ibid. l. 6, c. 1 sq.

*Authentica* interpretatio ea dicitur, quae datur ab ipso legis-re aut eius delegato vel successore. Et haec quidem, quoties ı s condiciones legis humanae participat, nempe si sit iusta, a legitima potestate sufficienter promulgata, per se *vim et auc-tem legis habet,* idque etiam tum cum forte mentem primi ıtoris eius successor non adamussim aut non certo assecutus videretur. Ab eo enim interpretatio procedit, qui et ipse ı condendi potestate praeditus esse supponitur.

*Usualis* vocatur, quae per consuetudinem est introducta. Haec ıoque secundum communem sententiam doctorum eiusmodi esse , quae pro authentica habenda sit et vim legis obtineat. ı videlicet auctoritatem habet, si consuetudo, a qua procedit, l ime *praescripta* (de qua infra specialius dicendum); alio-pro variis adiunctis plus minusve ponderis obtinet.

*Doctrinalis* denique dicitur interpretatio, quae fit arte et pe-itia doctorum. De ea specialius quaedam notare iuvat.

### II. *De interpretatione doctrinali.*

572. Posse in legibus humanis, etsi ceteroquin primo intuitu per suam formam neque obscuris neque vagis, nihilominus aliquando ambiguitates et dubia oriri, praesertim in earum applicatione particulari ad varios casus, ex communi humana condicione facile intellegitur. In talibus obortis difficultatibus identidem contingit, ut recursus ad *iudicium prudentum* et ad doctrinalem aliquam declarationem aut opportunus aut necessarius sit: et huic communi civili necessitati in quavis republica accommodata iurisprudentia et quaedam copia virorum iuris peritorum respondere solet.

Itaque ex ipsa natura interpretationis doctrinalis manifeste consequitur eam neque vim legis habere neque ullam per se obligationem inducere, sed tantum generatim valere, quantum rationes quibus nititur, quia a nulla iurisdictione sed a scientia et ratiocinio procedit. Contingere tamen potest, ut aliquando ab interpretatione etiam doctrinali practice recedere liberum non sit, sive quod consensus omnium iuris peritorum eam reddit plane moraliter certam, sive quod eadem in iudiciis publicis adoptata et usu iudiciali confirmata sit.

*Regula interpretationis recte instituendae.* Circa legis interpretationem *tria* potissimum momenta consideranda sunt: verba, sens legislatoris et ratio legis.

1. *Verba legis* perpendantur oportet: a) secundum suam ficandi *proprietatem*, quae duplex esse potest, aut *naturalis* *civilis*, i. e. quae in usu civili praeter significationem naturalem et vulgarem invaluit; b) secundum *nexum* inter se et rerum contextu. Hoc modo ante omnia in prop significatione insistendum est tamquam in *primo et pr* mento interpretationis, neque ab ea, quoad fieri possit, receden

2. *Mens legislatoris* principaliter quidem ex ipsis verbis ve sime colligi solet. Quod si vero quacumque de causa in ve aliqua ambiguitas maneat, ad alia insuper signa recurrendum e quibus ad veram intentionem legislatoris merito concludi p Huc imprimis pertinent a) *Consideratio materiae*, quae al certum aliquem sensum legis alias possibilem ideo non tur. quia sequeretur *absurdum* aut aperta legis *iniustitia;* n enim a legislatore volitum supponi potest. b) *Comparatio cum legibus praestabilitis et vigentibus.* Namque ubi duplex forte per se verborum sensus esse potest, alter qui cum illis commode conciliatur, alter qui statuit aliquid illis contrarium et repugnans, legislator praesumi non debet voluisse illas leges abrogare vel corrigere, quamdiu id nullo modo exprimitur; adeoque prior potius sensus eligendus. Similiter concordantia cum superioribus legibus quoad formam dicendi et verborum significationem plurimum confert ad veram legislatoris mentem assequendam.

3. *Ratio, ob quam lex lata est,* eo maius ac certius interpretandi momentum praebet, quo clarius in ipsa lege (vel eius introductione seu „motivis") expressa exstat; si nullo modo, neque per legislatorem neque per circumstantias, manifestata est, generatim non plus valoris habet quam opiniones et coniecturae legis peritorum. *Vera et propria ratio legis,* ubi de ea *certo* constat. non solum post verba praecipuus est fons cognoscendi genuinam mentem legislatoris, verum interdum etiam usui esse potest ad interpretandam comprehensionem legis ultra id, quod verba explicite enuntiant. Nimirum *ob rationis identitatem* lex ad casum eius verbis non expressum extendi potest: a) in *correlatis* aut aequiparatis in iure; b) in necessario *conexis;* c) ubi alioquin sequeretur *absurdum.* — *Notanda* accedit

573. *Dispar interpretatio legum „odiosarum" et „favorabilium".*

Praeter alios modos distribuendi leges civiles, quorum ille prae ceteris practicum usum habet, qui a diversa legum materia

mitur, iste quoque in iure usurpari solet, quo leges *odiosae* *favorabiles* distinguuntur [1].

Lex *odiosa* dicitur quae onera imponit, *favorabilis* vero, quae beneficium confert. Itaque utraque indoles potissimum ex *materia* dignoscenda est, unde aliquando evenire potest, ut lex sub uno respectu vel in una sui parte favorabilis, sub alio respectu seu in alia parte potius odiosa dicenda sit.

Legum odiosarum hae praecipue classes numerari solent: 1ª lex poenalis; 2ª lex tributum aut onus imponens; 3ª lex „irritans" factum, simul directe vel indirecte prohibendo; 4ª lex „exorbitans" a iure antiquo vel communi, illi derogans, illud limitans, corrigens aut simpliciter abrogans [2].

*Aliae* leges omnes, quae huiusmodi non sunt, inter *favorabiles* potius computantur *late dictas*. Praeterea sunt quaedam *speciali* modo favorabiles, quae in iure nomine *privilegiorum* comprehendi solent.

Quibus praemissis notanda est illa *interpretandi regula*, quam insinuat vulgare effatum: „Odiosa sunt restringenda, favores ampliandi", et quae accuratius ita enuntiatur: *generatim loquendo lex odiosa strictioris, favorabilis autem latioris interpretationis est.* — Latior autem censetur interpretatio, si lex extenditur ad ea omnia, quae verba in sua significatione propria ac naturali comprehendunt, uti v. g. si lex, quae de filiis loquitur, etiam de filiabus intellegatur. Adhuc latior erit, si speciali ratione iuris intercedente insuper ad proprietatem verborum civilem seu iuridicam extenditur, ut si filiis etiam adoptivi annumerantur. Ultra hanc proprietatem vero extensio legis locum non habet, nisi ob rationem *necessitatis*, puta si lex alioquin esset illusoria vel aliquod absurdum sequeretur [3].

**74. Scholium.** De *privilegio*, qua speciali aliqua lege favorabili, doctores imprimis iuris canonici explicite et fuse agere solent [4], nec immerito, cum in iure maxime *ecclesiastico* frequentior illius usus occurrat et multiplices nec raro gravissimas practicas quaestiones suscitet et conexas habeat ex communibus quibusdam iuris principiis solvendas. Dispar autem ratio esse videtur privilegii *civilis*, cui in moderni iuris institutionibus admodum angustum spatium relinquitur. Quaecumque autem exstant proprie dicta *privilegia civilia*, partim *historica consue-*

---

[1] *Suarez* l. c. l. 5, c. 2. [2] Ibid. § 15. [3] Ibid. l. 6, c. 2, § 3—7.
[4] *Suarez* quoque totum librum 8 operis de legibus tractatui de privilegio insecrat.

*tudine* partim iure positivo *civili* satis definita esse solent. Quan in particulari de iis agere hic supersedemus; haec interim g notasse sufficiet:

*Privilegium* ex communi acceptione definiri potest: *privata quid speciale praeter ius commune concedens.* Idem *dividi* sol *reale* et *personale*, prout rei vel personae inhaeret; 2. in *grati remunerativum*, prout omnino gratis sine ullo respectu ad mer propter merita sive propria sive aliena alicui applicata conceditu privilegium *conventionale* et *purum*, prout interveniente aliquo p sine pacto confertur; 4. in *perpetuum* et *temporale;* 5. in pri quod (ex fine proximo) datur propter bonum *privatum*, et tal propter bonum *commune*, i. e. communitatis, cuius quis memb conceditur; in qua distinctione fundatur diversa *condicio* iuris *signatione* privilegii; 6. in *pure favorabile* et *simul odiosum*, pro concessus nemini quicquam detrahit aut iuri alicuius tertii p 7. denique in *affirmativum* et *negativum*, prout facultatem vel licentiam aliquid omittendi.

### F. De consuetudine vim legis habente.

575. De variis *rationibus ac modis*, quibus lex positiva atque imprimis civilis aut *ex integro cessare* aut *ex pa* possit, dictum est in P. I, n. 300 sq., necnon inter eosd *„consuetudo legitima“* ibidem recensetur. Dum igitur superius dicta lectorem remittimus, ad praesens nostrum situm *de consuetudine* hoc loco pauca quaedam instar supp addenda sunt [1].

#### I. *Quid et quotuplex consuetudo.*

Consuetudo vulgari sensu accepta denotat quorumcun tuum humanorum frequentiam diu continuatam, et dicit *suetudo facti*, quatenus in ea nil nisi factum consideratur, interim omni respectu ad eius effectus, sive physicos sive Ita et *mos* a consuetudine vix quicquam differt, utraque e significat frequentiam actuum moralium seu *liberorum*, de operationibus brutorum non usurpatur, nisi forte inter analogiam. *Alias* consuetudo sumitur pro ipso *effectu mo* per illam actuum frequentiam producitur; hoc sensu voca *suetudo iuris*, et definiri solet: *ius diuturnis populi moril probante legislatore introductum.*

[1] Cf. *Suarez*, De leg. l. 7.

De hac tantum consuetudine hic sermo est, eaque dividitur consuetudinem *contra*, et *praeter* legem, prout effectus ille alis in *abrogatione* vel *introductione* legis consistit. Et vero tudinem certis condicionibus munitam, in humana societate legis et hinc efficaciam habere iuris validi tum *inducendi* tum *abrogandi* apud iuris consultos aeque ac theologos extra controversiam est. Ideo et a consuetudine *legi consentanea* eamque comitante non raro authenticam eiusdem legis *interpretationem* peti posse in iure notissimo axiomate confirmatur: „Optima legis interpres consuetudo." Quorum obiectiva ratio est, quia consuetudo legitima censeri potest quaedam quasi *lex*, non scripta quidem sed hominum moribus expressa. Hinc *Gratianus:* „Consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cum deficit lex."[1] Id ipsum autem tamquam in ipsa natura iuris socialis fundatum *S. Thomas*[2] uberius philosophice illustrat (cuius textum allegatum vide in loco supra citato P. I, n. 300, not. 4).

II. *Condiciones consuetudinis legitimae.*

576. Legitima vocatur consuetudo, quae iis condicionibus praedita est, quae requiruntur, ut ea legi par aestimari et supra dictos iuris effectus producere valeat. Requiruntur autem sequentes:

1. Ut consuetudo sit in se *rationabilis*, i. e. ut neque legi *naturali* neque positivae *altioris ordinis*, neque utilitati publicae *t* bono ordini repugnet. Eam etiam consuetudinem, quae contra legem aliquam civilem introducitur, posse esse rationabilem, inde colligitur, quod leges civiles secundum rerum ac temporum adiuncta rationabiliter mutari possunt. Neque obstat, quod *actus primi* contra legem peccaminosi ac proinde irrationabiles sunt. Tam post aliquod temporis intervallum actus sequentes fieri possunt rationabiles, accedente scilicet consensu saltem tacito legislatoris, intra certum tempus non reclamantis.

2. Ut *actus* sint a) liberi a metu et errore, b) publici et notorii, c) moraliter uniformes, d) frequentes — numerus autem, qui d hanc frequentiam requiritur, varius est pro variis rebus et diunctis —, e) a maiore parte communitatis positi, et, quando de introducenda lege agitur, cum animo se obligandi. Hic tamen nimus tum quidem *praesumitur*, si actus sunt ardui et nihilominus uniformiter continuati, si sunt bono communi valde utiles

[1] Decr. I, dist. 1, c. 5. [2] S. theol. 1, 2, q. 97, a. 3.

et ex eorum omissione murmur, vituperatio oritur vel eti poena incurritur.

3. Ut consuetudo absque reclamatione socialis au rit *longo tempore* duraverit. Hoc temporis spatium ex princ a- tionis accurate definiri nequit, secundum ius *positivum* i cennium vulgo pro longo tempore habetur.

Attamen, ut in tertia condicione innuitur, consuetudo c his notis vestita vim illam legis ferendae, abrogandae vel aut tice interpretandae non haberet, nisi supponi posset aliquis *sensus auctoritatis socialis.* Quapropter consuetudo non esse legitima, contra quam legitima auctoritas communita t maverit. Potest autem *consensus* esse aut *expressus,* cum i t legislator consuetudinem claris signis approbat, v. g. eam di vel indirecte urgendo, vel etiam transgressores puniendo; aut *tacitus,* cum ille certam consuetudinis inchoatae et continu notitiam habet nec tamen pro officio contradicit; aut *lega* seu generalis, qui habetur mediante iure positivo, quo prince quando *generatim* omnes consuetudines rite introductas appı et sancit.

## Articulus 2.

### *De functionibus potestatis iudiciariae* [1].

### Prologus.

577. Primarius societatis civilis finis est: „ordinem socialem, quem naturae rationalis dignitas et organica societatis structura postulant, efficaciter fulcire", i. e. universae iustitiae socialis ordinem tueri, tam in relationibus civium ac privatorum coetuum inter se (iustitiae commutativae), quam in eorundem relatione ad totam civilem communitatem (iustitiae legalis). Huic igitur fini adimplendo et ius et officium publicae auctoritatis correspondeant oportet. Neque vero sufficit, quod legislatio quoque civilis huic potissimum fini partim directe subservit, quatenus scilicet secundum principia iustitiae naturalis positivas quoque iustitiae normas pro adiunctis requisitas constituit ac sancit. Immo omnino

[1] S. *Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 60. *Lessius*, De iust. et iure l. 2, c. 29. *Molina*, De iust. et iure t. VI: „De iudicio et exsecutione iustitiae per publicas potestates." *Walter*, Naturrecht und Politik n. 397—430. *Bluntschli*, Allg. Staatsrecht t. II, lib. 8: „Vom Gericht".

ssarium esse intellegitur in auctoritate publica praeter po-
ıtem legiferam eam quoque specialem potestatem contineri,
n *iudiciariam* appellant, et cui convenit, ut iugiter praesens
m quodammodo comitetur et ex officio praesto sit, quae
tas iuris collisiones cum auctoritate dirimat, suum cuique
tribuat et contra delinquentes invictum semper iustitiae do-
.um vindicet, laesum vero restituat.

Itaque functiones potestatis iudiciariae universam comprehen-
t *publicam administrationem iustitiae,* quae *duplex* distinguitur
duplici fine proximo quem respicit, nimirum administratio
itiae *civilis* (bürgerliche Rechtspflege) et iustitiae *criminalis.*
utraque, quantum ad nostrum propositum pertinet, ex ordine
ındum, praemissis nonnullis, quae utrique communia sunt.

## § 1. De administratione iustitiae generatim.

. Potestas iudiciaria procul dubio in suprema civili auctori-
› tamquam pars eius *essentialis* continetur. Ideo per se et iure
urae non repugnat, ab *uno* subiecto supremae auctoritatis tri-
em potestatem, legislativam, iudiciariam et exsecutivam, im-
liate exerceri, quemadmodum in patriarchalibus principatibus
i consuevit. At vero, ut supra (n. 481) ostensum est, in prae-
ti civilium societatum evolutione, coniunctio omnium illarum
ctionum in *una persona* sive physica sive morali, etiamsi vires
ıanas non excederet, sine gravissimo reipublicae incommodo
ıitti non posset. Itaque ut potestas iudiciaria in aliqua civi-
› utiliter et recte exerceatur, quaedam *organa specialia* sup-
it, quibus munus *iudicandi* nomine ac potestate supremae auc-
tatis publice demandatum sit. Talia organa aut *singuli* quidam
*(iudices)* per auctoritatem publicam delecti, aut *complures* in
m corpus collecti *(collegium iudicum)* esse possunt. Systema
l vocant singulorum iudicum (Einzelrichter), quod suapte na-
. vel corruptioni vel periculo despotici arbitrii magis obnoxium
inter cultas gentes a saeculo XV fere passim derelictum est
que loco systema *collegiorum iudicum* invaluit, quare de his
um hic dicere interest. Solent autem eiusmodi collegia („iudicia",
chte) tamquam totidem tribunalia publica, quo facilius omni-
ad ea aditus pateat, complura in quavis republica erigi ac
is assignatis sedibus per varias provincias aut territorii partes
ribui.

### A. De tribunalibus publicis.

#### I. *Finis tribunalium proprius et ambitus competentiae.*

579. Tribunalia publica per iudicum collegia repraesentat ad hoc instituuntur, ut ius constituant, sed ut ius in parti bus causis *dicant* seu cum auctoritate declarent et ad re effectum deducant. Quapropter et potestas iudiciaria, qua po strictiore sensu *„iurisdictio“* appellatur. Cum reliquis i bus publicis ratione finis generalis id *commune* habent, ut communi subserviant, id vero *proprium,* ut pro suo officio ea ad idem bonum cooperentur, quatenus ex *integritate et secu iurium et invicto dominio iustitiae* resultat. Hinc immo nefa in ferendam iudicum sententiam praeter solam rationem iu iustitiae alium qualemcumque respectum utilitatis sive pro sive alienae, sive privatae sive publicae influere.

Quod ad *ambitum* iudiciariae potestatis attinet, quae si eiusmodi collegiis ex iure competat, is absolute quidem ab e fonte derivari dicendus est, a quo omnis iudiciaria pot manat, nimirum a suprema auctoritate civili sive prox dispositionem legis sive remote vi constitutionis fundamentali publicae. Insuper externe haec competentia circumscribitur f territorii, intra quod et pro quo publicum iudicium institutu

Ex natura autem rei exercitium iudiciariae potestatis cumque ex officio saltem ordinario committitur, generatin competentiam coniunctam habet, quam internus ipsius *finis* lat; et ita quidem triplicem functionem comprehendit: 1$^{m}$ iu iectivi in causa proposita inquisitionem seu *„inventionem“;* 2$^{m}$ inventi definitivam enuntiationem seu *„iudicium“* proprie 3$^{am}$ eiusdem realem *exsecutionem,* si opus fuerit, coactivam. Ad citium *iurisdictionis* proprie non nisi duae posteriores func pertinent, ad quas prima se habet ut condicio *praeparatori* cessario praerequisita. Ideo „iuris inventio“ non necessari ipsos *iudices* auctoritate praeditos quoad singulos eius grad momenta fieri debet, sed sub illorum directione viri quoqu vati ad hoc ministerium apti et periti in cooperationem possunt ac saepe debent.

580. Corollaria.

I. Principium generale in plerisque constitutionibus p huius aetatis expressum et communiter receptum, quo tot ministrationis iustitiae *(quoad eius exercitium)* non solum

rum et *interna independentia* a regimine seu gubernativa rei-
blicae administratione postulatur, merito tamquam illius fini
prime congruum et practice opportunum magni faciendum est.
; sane, quoniam in iudiciis ferendis exclusive solus respectus
ris ac iustitiae iudicum mentes et voluntates dirigere debet —
illa habita ratione personarum, quarum causa agitur aut quarum
iquo modo vel ex partium studio vel motivo politico intersit —,
emo non videt huic iudiciorum puritati et fiduciae publicae, qua
idigent, eo melius provideri, quo perfectius influxui regiminis
olitici subtrahantur. Et haec quidem cautio, tametsi in omni
oi regiminis sapienter usurpatur, in moderno tamen *repraeitivo systemate* multo magis necessaria est, utpote in quo
ema politica gubernatio longe facilius publicae impartialitatis
one careat vel etiam non raro cum praevalente politica fac-
in populo confundatur.

II. In eodem principio implicita continetur regula similiter
ibus politicis recepta, qua iudices semel rite nominati et
in cium inducti deinceps non per ordinationem gubernii sed
t m per sententiam iudicii forensis suo munere privari queant.

III. Praeterea natura et finis iudicii publici exigit, ut in
iudicum collegia quantum fieri potest tales prae ceteris viri coop-
tentur, qui praeter reliquas iudicum qualitates *sociali* quoque et
*economica independentia* gaudent, nisi forte hanc dotem tam in-
ignis probitatis opinio compenset, quae ne suspicioni quidem
licuius corruptionis vel utilis negotiationis ansam relinquat.

II. *Varii modi constituendi tribunalia.*

31. 1. Pro variis rerum adiunctis et moribus populorum col-
gia iudicum *secundum duplicem potissimum formam organice con-
itui* possunt:

a) *Per modum corporis in se homogenei,* quod excluso omni
io elemento viris constat iuris peritiam profitentibus. Qui quidem
odus generatim favet auctoritati et dignitati tribunalium publi-
rum, quae ita a quotidiana rerum civilium consuetudine separata
ad sublimiorem gradum elevata, reservatis quibusdam iuris pru-
entiae sanctuariis assimilantur. Id tamen incommodi habet, quod,
im omni apparatu scientiae et technicae experientiae ad legis
teram explicandam ac minutissimas iuris normas scrutandas
ollet, *minus immediate* cum fonte iuris in *moribus et conscientia*

*populi* vivente coniungitur. Ideo hic modus tum imprimis o tunus aut etiam necessarius esse cognoscitur, cum successu t iuris indoles nativa et popularis iam evanuit aut legum scripta *multiplicitate ac subtilitate* ita obvoluta et obruta est, ut iu n- ventio iam laboriosum studium et scientiae interventum exi

b) *Per modum corporis mixti ex duplici elemento,* altero prudentiae, altero populari, ita videlicet ut sub praesidio li tione nonnullorum iuris peritorum complures viri e populo de socialiter independentes, nativo iudicio et rerum experientia commendati, necnon titulo probitatis civium fiducia digni, iudicum c fungantur (Schöffen, Schöffengericht). Similis forma iudicii i romana republica usitata erat et etiamnum democraticis in itut bus potissimum accommodatur. Immo generatim utiliter posse videtur, ubicumque in animis civium vivida manet conscientia simulque pia paternarum traditionum memoria, ne desit copia virorum, qui tuto ad hoc ministerium public sumi possint. Ceterum eadem forma pro variis regionibus va modificationes patitur. Ita aliquando isti viri, qui elementum lare in iudicio repraesentant, non stabili munere iudicum collegio cooptantur neque iudicum nomine vulgo appellantur, sed ab illo vel ad certas causas vel ad certum tempus in cooperationem vocantur speciali iuramento devincti, unde „iurati" (Geschworene) vulgo nuncupantur. His plerumque non quidem *formalis iurisdictio* sed post auditam causae disceptationem definitivum *iudicium* de *conditione facti* competit, a qua necessario pendet sententia iudicum, et quae proinde pro actu quoque iurisdictionis peremptoria est.

2. Praeterea *gradu* quoque tribunalia distingui solent, *inferiora* scilicet et *superiora,* ad quae ab illorum sententia recursus pateat. Quibus in Germania instar tertii gradus tribunal *supremum* totius imperii commune (Reichsgericht) accedit, dum ceteris indoles convenit localis aut territorialis. Ita eadem causa per plures „instantias" quas vocant a primo (ordinario) iudicio usque ad summum urgeri potest. Institutio alicuius „instantiae" superioris apud veteres in causis saltem civilibus vix cognita, recentiore aetate inter praecipua iustitiae publicae palladia numeratur. Et nemo sane negaverit eam per se tum ad augendam in civibus iuris fiduciam, tum ad acuendam in iudicibus inferioris ordinis diligentiam perutilem esse et opportunam. Aliunde tamen, nisi eius usus inter rationabiles limites contineatur, ipsa diuturnitas et complicatio iteratae litigationis variis quoque incommodis partim oeconomicis

tim moralibus minime caret, eo quod vel sumptus actionis omnem sae proportionem excedunt vel iustitiae amor et studium ab ›rdio laudabile per decursum in litigiosam et odiosam aemula- ɔm degenerat non sine gravi perennium dissidiorum periculo.

3. Quamdiu maiore sociali intervallo varii ordines societatis er se distabant, in administranda iustitia communis institutio ɣebat, qua singuli ordines seu classes sociales populi suum *pro- ium* tribunal sibi assignatum haberent, eo fine, ut unusquisque n a iudicibus gradu sibi paribus et rerum sui ordinis gnaris etur. Cui institutioni ius inviolabile singulorum civium ndebat, exigendi, ut nulli nisi suo tribunali se sistere cogatur. oc modo pro iis temporum adiunctis procul dubio sapienter et sti e puritati et fiduciae publicae provisum erat. Hodie autem ı tribunalium varietatem, si paucas eius reliquias, ut iudicia taria, excipias, ad civilem potius unitatem et aequalitatem re- tam esse mirum non est, postquam novum principium aequali- s civilis antiquum societatis organismum et ordines sociales rope delevit.

### B. De obiectiva iudicii ferendi norma.

Ut iustitiae administratio recte *publica* dici possit, a com- obiectiva regula iugiter informetur oportet. Et leges quidem i e hanc obiectivam regulam suppeditare debere, per se satis ıanifestum est. Sed leges iustitiae diversi ordinis distinguuntur. unt aliae *naturales,* lumine rationis hominum mentibus promul- atae, aliae *positivae,* sive scriptae sive non scriptae, quales sunt ›nsuetudines vim legis habentes. Verumtamen quoniam hodie x exstant leges per consuetudinem ortae, quae non et ipsae ›nsequenter scriptae et qua tales publice agnitae ceteris aequi- ırentur, leges positivas civiles omnes commode inter *leges scrip-* s censere licet. Hinc oritur *quaestio:* utrum et quatenus iudex sui officii secundum leges scriptas tantum iudicium ferre te- atur. — Cui cum S. Thoma[1] respondemus:

**Thesis LXIV. Ex officio iudex secundum legem scriptam li e tenetur; per accidens tamen aliquando ab ea deviare vi m officii et potest et debet.**

Praenotandum. Lex scripta supponitur omnibus condicio- ıus *verae et validae* legis praedita. Lex enim, quae invalida et

[1] S. theol. 2, 2, q. 60, a. 5.

nulla est, non magis iudices ad eam in iudicio applicandam subditos ad eam observandam obligare valet. „Et ideo", ut diserte monet *S. Thomas*, „si scriptura legis contineat al contra ius naturale, iniusta est, nec habet vim obligandi... ideo nec tales scripturae leges dicuntur sed potius legis corruptiones ... et *secundum eas non est iudicandum.*" [1]

**Probatur pars I.**

*Argum. 1.* Officium iudicis est non generalia iuris princi in abstracto considerata docere, sed in causis particulari t concretis „ius dicere", i. e. nomine auctoritatis publicae definire, quid ius in hac republica sancitum et vigens ad praesentem ca applicatum obiective exigat. Atqui tale ius ut proxime a bile non universalia legis naturalis principia sed *leges positivae* eiusdem reipublicae exhibere censendae sunt.

*Argum. 2.* Leges scriptae aut ipsum ius naturale positive sancitum continent, aut sunt positivae etiam ratione materiae. i. e. praecipientes intuitu boni communis aliqua ratione sui indifferentia. Atqui in utraque hypothesi iudici norma iudicandi esse debent, quia in utraque *obiective iustum* continent: in illa quidem iustum ex natura rei seu ius naturale, in hac vero ex determinatione legitimae auctoritatis, vi ordinis naturalis ad hoc deputatae; „iudicium (autem) nihil aliud est, quam quaedam definitio vel determinatio eius, quod iustum est." [2] Ergo...

**Probatur pars II.**

Quoniam nulla lex scripta omnes et singulos eventus, qui aliquo modo per eam attingi possint, explicite comprehendere valet, non raro sane contingit, ut verba legis, si stricte urgeantur, ad quosdam casus extendantur, quos legislator iis comprehendi noluisse vel certa ratione vel rationabili aestimatione praesumitur,

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 60, a. 5 ad 1.

[2] *S. Thom.* l. c. in corp., et pergit: „Fit autem aliquid iustum dupliciter: uno modo ex ipsa natura rei, quod dicitur *ius naturale;* alio modo ex quodam condicto inter homines, quod dicitur *ius positivum.* Leges autem scribuntur ad utriusque iuris declarationem, aliter tamen et aliter; nam legis scriptura ius quidem naturale continet sed non instituit, non enim habet robur ex lege sed ex natura; ius autem positivum (intellege ratione etiam materiae positivum) scripturam legis et continet et instituit, dans ei auctoritatis robur. Et ideo necesse est, quod iudicium fiat secundum legis scripturam; alioquin iudicium deficeret vel a iusto naturali vel a iusto positivo."

in aliquibus circumstantiis ex rigore verborum contra genem intentionem legislatoris manifesta potius iniustitia quam firmatio sequeretur. Atqui sensum legis interpretandi praeıa regula est cognita vel legitime praesumpta *intentio legisris,* ut supra (n. 572) ostensum est, unde et iudex hanc maioris ere debet quam nudam formam verborum[1]. Ergo talia aliındo adiuncta subesse contingit, ut iudex vi sui officii per legiı epieikeiam a verbis legis scriptae recedere teneatur.

). **Corollarium.** Ubi nullo modo probabilior apparet praenpta intentio legislatoris sensui verborum legis quoad causam ntem contraria, sed si utrinque *aequale dubium* manet, quod su ad authenticam interpretationem solvi non possit, tenetur : *secundum verba legis iudicare.* „Ratio est, quia lex est si in possessione suae auctoritatis; unde in pari dubio non potest x, cum ex officio sit custos legis, eam sua auctoritate privare.“ [2]

## § 2. De administratione iustitiae civilis.

### A. Qua ratione in iure naturae fundetur.

I. Securitas et tranquillitas vitae civilis in eo sita est, ut iisque civium res ac iura sua integre obtineat, quiete conservet, cile recuperet. Res vero et iura non modo ab externa hostili olentia sed longe frequentius a proximis et civibus laeduntur.

---

[1] *S. Thom.* l. c. ad 2. Sicut leges iniquae secundum se contrariantur i naturali vel semper vel ut in pluribus, ita etiam leges, quae sunt recte itae, in aliquibus casibus deficiunt; in quibus si servarentur, essent contra naturale. Et ideo in talibus non est secundum litteram legis iudicandum, recurrendum ad aequitatem, quam intendit legislator. . . . Et in talibus m legislator aliter iudicaret; et si considerasset, lege determinasset.“

*Lessius,* De iust. et iure l. 2, c. 29, dub. 5, n. 47, docet secundum rectam em iudici recedendum esse a lege scripta: *„primo,* quando *constat* mentem slatoris esse aliam, nec voluisse hunc casum verbis legis esse comprehensum, c enim utendum epieikeia. Magis enim tenetur sequi mentem legislatoris, e legis est anima, quam corticem verborum; alioquin summum ius summa a. . . . *Secundo,* quando non quidem constat, sed *probabilius est,* aliam slatoris esse mentem, et res non patitur moram, ut superior consulatur, quoque esset contra rectam rationem, verba sequi; nam semper intentio slatoris praeferenda est verbis legis. Quod si superior facile consuli possit, ulendus est, quia lex infringi non debet, ne quidem quoad verba, nisi constat m esse mentem legislatoris, si tamen de ea constare potest; quod si de ea tare non potest, tunc sequendum id, quod probabilius videtur.“

[2] *Lessius* l. c.

Quo enim in conviventium hominum multitudine alter alteri propior est, eo facilius fere ac citius vel invidia vel cupiditate aliena vel odio tentari potest, unde fraudes, iniustae pr et machinationes, convicia, calumniae aliaque iniu um ; ra originem ducunt. Praeterea saepe ipsum ius dubium , ita ut utraque, cuius interest, recte tueatur aut postulet id, q deberi bona fide existimat. Iam vero, si in multitudine quis in causa sua iudex iuriumque suorum vindex esset, i ia vi fortioris opprimeretur aut certe nonnisi cum maxin modis et perturbationibus servaretur; idque ob duplicem Primo enim homines sui amantes, rerum multarum cupidi, erroribus et illusionibus subiecti ac pertinaces, idonei non sunt, *obiectivo* iure recte iudicent, cito potius sibi iura confingunt de fictis iniuriis queruntur. Deinde innocens aut laesus, qui liorem causam habet, non continuo etiam maiore vi physica pollet, ut ius suum, licet fortasse agnitum sit, efficaciter sibi vindicare possit. Quapropter in multitudine una vivente ad securitatem iurium et tranquillitatem vitae privatae necessario requiritur publica auctoritas, quae ius et officium habeat de causis civium sententiam ferendi sententiamque latam exsequendi. Est igitur haec *essentialis* pars *potestatis iudiciariae*, eiusque exercitium *administratio „iustitiae civilis“* appellatur.

II. In huius *necessitate* porro *iura* quaedam et *officia mutua* inter potestatem publicam et subditos cives fundantur.

1. Auctoritas publica *ius* et *officium* habet hanc administrationem *instituendi*, *regulandi* et *perficiendi*. Ipsius proinde est apta eius organa, iudices vel iudicum collegia publice constituere iisque iurisdictionem necessariam communicare, ordinem, quo in causis praesertim intricatis procedatur, praescribere atque curare, ne in ipsis iudiciis sive per neglegentiam sive per malam fidem iustitia violetur. Propterea in omni republica bene ordinata per modum legislationis huius institutionis *stabiles formae* provideri solent.

2. In subditis huic *iuri* respondet obligatio: a) ut nemo sibimet ius dicat aut vi privata prosequatur, excepto casu necessitatis urgentis, et b) ut quivis tribunali legitime constituto se subiiciat sententiaeque latae, postquam iuris vim obtinuerit, acquiescat. — Verum et *obligationi* publicae auctoritatis in subditis civibus *ius* respondere agnoscendum est postulandi talem civilis

itiae administrationem, quae unicuique satis facilem recursum iudicium publicum et sufficientem copiam praebeat, omni tem- ə cum fiducia suum ius laesum aut iniuste detentum repetendi.

III. Nihilominus litium *frequentia* inter cives merito malis ialibus annumeranda est, ac propterea pro viribus temperanda ac ıuenda. Sapienter propterea in compluribus regionibus institutum , ut partes litigantes, antequam causam ad forum iudicii de- ant, comparere teneantur coram *„arbitro pacis“* (Friedens- hter), magistratu per fiduciam publicam designato, cui officium ımbit agere mediatorem pacis, i. e. auditis utrimque rationibus nevolo consilio omnem viam ac modum tentare, quo res absque ico interventu iudicii amica transactione componatur. — Nec ı pacis interest, ut liberum maneat partibus litigantibus ıte consentientibus causam suam *privatis arbitris* a se delectis chiedsgericht) dirimendam committere[1].

### B. De natura et elementis iudicii civilis.

. *Iudicium civile* est legitima causae inter actorem et reum ɔversae per iudicem (iudices) facta disceptatio atque definitio. eo *tria* potissimum consideranda veniunt: ordo iudiciarius, nae primariae et secundariae, sententia iudicialis.

I. *Ordo iudiciarius* distinguitur *naturalis* et *civilis*.

*Naturalis* ordo consistit in *cognitione causae* iisque omnibus, ad eam cognoscendam necessaria sunt, et in *sententia* eiusque *ne one*. Cognitio autem causae, quam ordo naturalis poscit, re- irit 1° petitionem actoris, 2° citationem et exceptionem rëi et probationes earumque elisiones, quoad res patitur. Omnes con- ıtiunt de iure naturali esse, ut nemo condemnetur aut suo iure vetur, nisi prius auditus i. e. nisi se defendendi habuerit copiam. ılta enim saepenumero manifesta apparent hominibus, quae longe ter se habere cognoscuntur, quando et altera pars auditur.

Ordo iudicii *civilis* vulgo vocatur qui insuper lege positiva iudicio servandus praescribitur et quadam sollemnitate ac certis malitatibus constat. Is quoque a iudicibus exacte servari debet, ı tamen, ut experti monent, sine prudenti discretione, ne ali- ındo, eiusmodi formis et ambagibus nimis anxie insistendo, per m mediorum ipse finis periclitetur aut etiam penitus evertatur.

---

[1] *Bluntschli*, Allg. Staatsrecht II, 211 sq.

586. II. *Personae* iudicii *primariae* sunt *actor*, qui ius i vindicat et alterum in iudicium vocat, *reus*, cui lis movetur, et *iudex*, qui causae dirimendae ius et officium habet; personae *secundariae* sunt *procurator* et *causidicus*.

1. Ab *actoris* petitione omnis iudicii *civilis* activi in sumit. In causa enim iuris privati auctoritas publica suo munere fungitur, quatenus a parte laesa invocatur. in iudicio *criminali*, utpote quod ratione criminis directum ventum iustitiae *publicae* postulat, ideoque non privato sed actore utitur, qui ex officio et nomine reipublicae reum accuset.

Actoris civilis *iura et obligationes* his fere continentur: a) ratim nemo invitus agere tenetur, cum iuri suo renunt e q Sed b) neque liberaliter ius suum remittere vel in tran ti aut compensationem consentire tenetur. Attamen priusq intendat, aequitas saltem poscit, ut debitorem amice n c) Actoris est (non rëi) iustitiam causae suae positive bere, suntque partes rëi, qui invitus trahitur in iudicium, magis fi biles. Iniuriae enim et debita non praesumuntur, sed pr de- bent; immo actor nihil probans calumniari censetur.

2. *Rëi* praecipua obligatio ante sententiam la n ut citationi pareat, si legitima est, aut, nisi incomp m n sit, ad hoc saltem compareat, ut de incompetentia fori vel privilegio, si quod habet, iudicem moneat.

3. *Iudex* vel *iudicum collegium* ante omnia potesta iuris dicendi (iurisdictione) gaudere debet tum quoad causam tum personam, ubicumque diversa fora pro diversa causarum et sonarum condicione instituta sunt. In eo solo, qui *supremam* in civitate potestatem legitime possidet, qui fons iurisdictionis dici solet, inest *potestas* dicendi ius *in omni causa* et *de omni persona* ad ordinem civilem pertinente, quamquam immediatum *exercitium* potestatis lege fundamentali varie restringi consuevit. Iudici autem ab ipso constituto tanta quoad causam et personam iurisdictio competit, quantam ille communicavit. Hinc distinctio inter iudicem *competentem* et *incompetentem*, forum competens et incompetens. Praeterea iurisdictio est vel *ordinaria* vel *delegata*; illa exercetur ri *muneris*, quod iudici demandatum est, haec ex commissione habentis iurisdictionem ordinariam. Unde officium iudicis *ordinarii* est permanens et extenditur ad omnes causas intra ambitum

sdictionis eius exsistentes; officium vero iudicis *delegati* restric-
ı est ad illam causam, ad quam delegatus est, et finito negotio
; revocatione exspirat.

*Iudicis officia* his fere comprehenduntur: a) facilem cuique
itum praebeat et partem utramque patienter audiat; b) media
hibeat cognoscendae veritati causae idonea, quin tamen citra
cessitatem litem protrahat; c) ordinem iudicialem rite observet;
nullo pravo animi motu agitatus, multo minus muneribus cor-
s, *ex solo iustitiae amore* sententiam ferat pro ea parte,
causam si non certam saltem probabiliorem habet.

4. Tum actori tum reo in causis civilibus ius competit *pro-
torem* litis constituendi cum libera vel limitata potestate ad
iversam causam vel eius partem. Procuratoris ergo tota pote-
as ex *mandato* pendet, quo deficiente dicitur falsus, fitque pro-
us irritus, perinde ac si alterutra pars audita non fuisset.
m res iudiciales singulari cura agi soleant, procurator exactis-
ı diligentiam promisisse censetur, adeo ut vulgo leges posi-
ae illa etiam damna procuratori imputari velint, quae vel levi
culpa domino illata sint.

5. *Causidici* (causarum patroni, advocati) ii dicuntur, qui a
rte litigante adsciti in iudicio exponunt quae ad causae contro-
rsae disceptationem spectant.

Advocatorum *iura et obligationes naturales* potissimum istae
ıt: a) ut causam non suscipiant, cui agendae pares non sint
enio, peritia iuris et facundia; b) ut causam non agant nisi
tis honestisque mediis ac viis, et proinde a mendaciis, fraudi-
fictisque probationibus abstineant; c) ne turpis lucri gratia
am diutius protrahant; d) si qua causa cognoscatur iniusta
eius obtinendae spes nulla sit, tenentur ab ea abstinere vel,
ncoepta iam est, recedere, neque hoc casu transactionem sua-
e possunt; causam vero dubiam suscipere nequeunt nisi cliente
periculo admonito; e) ius habent ad salarium ex contractu
quasi-contractu, quod quidem ob causam perditam nec minui
est neque ob reportatam victoriam augeri debet.

. III. Auditis probationibus et exceptionibus a iudice vel iudi-
ı collegio *sententia* fertur. Contra quam tamen, si minus aequa
eatur, in republica bene instituta ea remedia in promptu esse
ent, de quibus supra de variis iudicii instantiis agendo (n. 581)
tum est. Et vero quia suprema civilis auctoritas gravi obliga-

tione curare tenetur, ut per totam rempublicam, quantum potest, iustitia vigeat, ab illius providentia merito exigi ad praecavendos etiam in iudiciis *abusus* omnia media apta honesta adhibeat. Huc autem imprimis pertinet concessa facultas appellandi aut certis condicionibus actorum re postulandi. Quod si nihilominus, ut in iudicio humano ali contingere potest, ne ultima quidem sententia iuri confor videatur, id ut minus malum ferendum est ad evitandum quod in continua et universali iurium fluctuatione cons

Itaque sententiae *definitivae,* contra quam appellatio ad al tribunal non conceditur, omnis civis acquiescere debet; alias inutilis esset tota iudiciaria potestas. Et vero omnis ta tentia, ceterum legitime lata, aestimanda est *iusta* et in co obligans, nisi ipsae leges civiles, quibus obiective nititur, *feste* iniustae sunt. Atque ita aliquando accidere potest, ut quis post latam sententiam ad ea teneatur, quae ante eam ex iure naturali non debebat, v. g. si quis sententia iudicis condemnetur ad restitutionem ob damnum cum culpa mere iuridica (non theologica) illatum. Si tamen sententia *certo* iniusta est, sive ob iudicis malam fidem sive ob facti alicuius falsam praesumptionem, ea in foro *interno* nec parti victrici ius concedere nec alteri obligationem imponere valet.

## § 3. De administratione iustitiae criminalis.

### A. Notiones fundamentales.

588. Iustitia *criminalis* ad eam iustitiam pertinet, quam *vindicativam* nominant. De huius *idea* et *philosophico fundamento* secundum doctrinam S. Thomae enucleate dictum est in P. I, n. 213—217, quae ad rem praesentem brevi tantum explicatione complenda sunt.

*Iustitia in genere* suum cuique tribuit, et si agitur de iuris ordine *inter aequales,* iustitia primo exigit, ut quivis res actionesque, quas alter postulandi ius habet, praestet, et ea, quae alter iure possidet, intacta relinquat; in casu vero laesionis, iustitia poscit restitutionem, quae fit, si res iniuste accepta redditur, actio debita iniuste omissa praestatur, damnum compensatur (iustitia commutativa).

Sed non solum mutua hominum *relatio ad invicem* iuste ordinanda est, sed insuper singulorum *relatio ad totam societatem,* cuius membra sunt et cuius unitas per auctoritatem socialem repraesentatur (iustitia legalis).

Porro omnis hominum societas in his terris constituta non um pars est sed etiam imaginem quandam refert illius *univer-* ɜ *communitatis* entium rationalium, qua *mundus moralis* con- ıt, et cuius supremus legislator, rector, custos et iudex ipse est qua auctor naturae. In hac universali communitate *ale bonum commune* est *rectae rationis ordo,* in aeterna tio fundatus, quem propterea Deus, qua rex supremus et lammodo caput eiusdem communitatis, tamquam bonum etiam ıum seu divinum agnoscit[1] illudque necessario in sua integri- conservari vult, ubi vero libertatis creatae abusu laesum fuerit, *itui.* Haec *restitutio* autem fit per *iustam* et *victricem reac- ɔnem ordinis divini* contra inordinationem rebellis voluntatis ıe, seu per *poenam* in sanctione legis moralis intimatam.

Igitur *secundum analogiam,* quae inter divinam gubernationem moralis et gubernationem societatis civilis humanae auc- ıritati divinitus commissam intercedit, *ad civile quoque imperium liter pertinet,* rectae rationis ordinem, primarium et universa- ıum bonum commune omnis humanae societatis, integrum dire ac tueri, — non quidem secundum *internam* rationem rtu quae soli divinae scientiae aperta est, sed secundum *ex- ɔnas* saltem iustitiae rationes, quas regimen humanum attingere test. Hunc ergo *externum iustitiae ordinem* publica civilis po- ɜtas non solum sedulo tamquam *bonum commune maxime essen- le* curare et custodire, sed et, si per iniuriam (toti societati ıtam) laesus fuerit, ad integritatem restituere debet, nomine linis publici moralis contra rebellem negationem huius ordinis icaciter reagendo, i. e. per *iustam poenam vindicativam* eam ıigendo et quasi destruendo[2]. Hinc virtus, qua ad eiusmodi

---

[1] *S. Thom.,* S. theol. 1, 2, q. 21, a. 4: „Actus nostri boni vel mali habent ɔnem meriti vel demeriti apud Denm: *ratione quidem ipsius,* in quantum ultimus hominis finis. . . . *Ex parte vero totius communitatis universi,* quia ıuavis communitate ille, qui regit communitatem, praecipue habet curam i communis; unde ad eum pertinet retribuere pro his, quae bene vel male t in communitate. Est autem Deus gubernator et rector totius universi et ıialiter rationalium creaturarum.“ Cf. l. c. a. 3.

[2] *S. Thom.,* S. theol. 1, 2, q. 87, a. 1: „In hominibus hoc ex naturali inatione invenitur, ut unusquisque deprimat eum, qui contra ipsum insurgit. ıifestum est autem, quod, quaecumque continentur sub aliquo ordine, sunt lammodo unum in ordine ad principium ordinis; unde quidquid contra or- m aliquem insurgit, consequens est, ut ab eo ordine et principe ordinis ɜimatur.“

rectum ordinem redintegrandum delinquentibus debita p
fligitur, *iustitia vindicativa* dicitur[1].

Haec quidem, ut ex dictis colligitur, *per se* et *p*
Deo propria est. Deus enim solus *ex natura sua* summ
perium in creaturas rationales tenet, et quemadmodum
ordinis moralis aeternus legislator, ita et sanctissimus
iudicii exsecutor est. At *secundario* et ex Dei ordinatione
iustitia etiam inter homines exsistit, quatenus scilicet Deo
humanae societati homines praeficere, qui ipsius nomine ac
dato eam regerent atque in ea divinitus collata potestate
quodammodo Dei supremi ordinatoris agerent[2].

## 589. Corollaria.

I. Ex dictis facile colligitur, ad quem *finem* iustitia criminalis *ex sua natura* et *ex divina dispositione* per auctoritatem humanam publicam exercenda sit. Itaque *generale principium*, quod de „praemio et poena" (P. I, n. 215, thes. XXVI) stabilitum est, hic quoque suum plenum valorem habet et omisso respectu praemii, ita verissime instar theseos enuntiari potest:

*Iustitia criminalis ex interna sua ratione ad duplicem finem essentialem ordinatur: 1. ad rectum ordinem in societate civili, prout haec membrum est universi mundi moralis, conservandum et promovendum; 2. ad eundem ope retributionis pro gravi sociali demerito in ratione iustitiae restituendum.*

Secundum *priorem* finem intenditur, ut homines, qui altiore motivo efficaciter non moventur, saltem temporalis poenae comminatione et exsecutione a crimine deterreantur; unde poena, quae huic fini respondet, *exemplaris* dicitur, et criminalis iustitia huius intuitu exercita indolem habet cuiusdam *defensionis* reipublicae et privatorum. *Alter* finis in eo situs est, ut *ordo* a delinquente contemptus et laesus, iusta retributione poenali ab eodem delinquente invito extorta, *restituatur*, atque ita rationali postulato *vindicativae iustitiae* satisfiat, sine ullo respectu alterius commodi sive publici sive privati; ideo poena huic fini respondens *satisfactio* seu *expiatio* dicitur[3]. Unde manifestum est hanc potissi-

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 108.

[2] *S. Thom.*, C. gent. l. 3, c. 146, n. 2.

[3] *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 87, a. 6: „Actus peccati facit hominem reum poenae, in quantum transgreditur ordinem divinae iustitiae, ad quem non redit nisi per quandam recompensationem poenae, quae ad aequalitatem

ım functionem iustitiae auctoritati sociali non aliunde competere sse nisi ex superna quasi delegatione et commissione illius, quo omnis potestas descendit et cui per se omnis vindicta ur.

Ad duos fines essentiales accedit tertius *secundarius*, qui in uentis emendatione consistit. Hunc et iustitia criminalis illos primarios penitus neglegere non debet, quatenus sci- *salvis finibus iustitiae* haec insuper ratio *caritatis* apte con- ıngi potest.

II. Conceptus ipse *iustitiae criminalis* et notio obvia *poenae* lo- ;ice supponunt tamquam philosophice et practice *certum*, hominem ı natura praeditum esse *voluntate libera*, eius proinde actus liberos ıua tales illi esse *imputabiles*. Et haec persuasio est et semper ırat communis universae philosophiae, non solum christianae sed ıt sanioris gentilis antiquitatis. Propterea falsam aut certe muti- atam ideam iustitiae poenalis substituant necesse est, quicumque ıodie late propagatam scholam „scientifici" materialismi sequentes, mni personali hominum libertate reiecta, absolutum *„determinis- ıum"* profitentur. Eo ipso enim in tota *„iustitia poenali"* aliud ıtellegere et agnoscere nequeunt nisi methodicum aliquod sy- ema *exclusive defensivum* societatis; cui per accidens tantum ali- ıando et secundarie accedere potest respectus exercendae humani- tis erga delinquentes. Quemadmodum nempe contra alia communia ıricula malorum frequenter ingruentium, uti sunt v. g. incendia, rniciosa agris animalia, morbi contagiosi etc., solent in socie- te, experientia duce, convenientia remedia per modum stabilium ıstitutionum parari, ita etiam, aiunt, contra „infelices" illas nor- ıalis humanae activitatis *„exceptiones"* seu evagationes, quas de- ta et scelera vocamus et quae a nulla causa vere libera sed *ıariis causis necessariis* procedunt, praesidium aliquod ac modum neratim utilem se defendendi longa experientia homines docuit. nc carceres publicos ex fine suo proxime ad socialis humani- ;is instituta, hospitia publica et nosocomia etc., accedere con- ıdunt.

---

titiae reducit, ut scilicet qui plus voluntati suae indulsit quam debuit, contra ndatum Dei agens, secundum ordinem divinae iustitiae aliquid contra illud, ıd vellet, spontaneus vel invitus patiatur. Quod etiam in iniuriis hominibus tis observatur, ut per recompensationem poenae reintegretur aequalitas titiae." De poenali iustitia vide praeterea 2, 2, q. 108. — 4 Sent. dist. 4, 2, a. 1; q. 2 ad 2.

Sunt immo qui etiam specialius illas praedeterminantes c delictorum ac scelerum in individuis hominibus per mod p cipii seu regulae generalis declarare susceperunt. I *C. L* m, medicus Italus et extremi Darwinismi sectator, om i h sceleratum talem esse a nativitate opinatur, quia ca qualitatis veluti morbum in suo physico organismo se po eo quod is (per aliquam „anomaliam") normalem um ph logicae et biologicae „evolutionis" non attigerit aut casu ab iterum exciderit. Similem doctrinam inter alios *Fr. v. Li* in Hallensi academia) professus est, in eo tamen a Lombroso di g quod determinantem criminum causam non solum in aliqua viduali qualitate psycho-physiologica, sed potissimum in *soc* u *adiunctis* individuum circumdantibus („medio sociali") inv voluit[1]. Hinc in scientia iuris criminalis originem habet *„sociologica"* quam vulgo vocant, distincta a schola *„an logica"*, quam Lombroso imprimis per opus suum la i pagatum „L'uomo delinquente" fundaverat. Ambae au id mune habent, quod ex criminali iustitia omnem ideam et hinc poenae *expiatoriae* excludunt. Hodie theoria „socio opinione „scientiae" iam passim alteri praevaluit[2].

### B. De obiecto iustitiae criminalis.

**590.** I. Ea peccata, quae iustitiae criminalis obiectum constituunt, *delicta* vocantur. Quid vero requiratur, ut peccatum aliquod delictum sit, generalibus tantum principiis hic indigitari potest et accuratius semper a lege civili determinandum erit. Ex praemissis fundamentalibus notionibus liquet *duo* haec ad constituendum delictum requiri: *primo,* ut ad tale peccatorum genus pertineat, quibus iura ab imperio civili protegenda violantur; *secundo,* ut noxa tum obiective tum subiective tam gravis sit, ut revera quendam contemptum ordinis publice sanciti vel supremae auctoritatis contineri censeatur.

*Ad primum* quod attinet, iura ab imperio civili ex officio protegenda sunt: 1. Iura cuiusque *privati* tum connata tum acquisita; hinc homicidium, duellum, mutilatio, calumnia, rapina,

---

[1] *Fr. v. Liszt,* Lehrbuch des deutschen Strafrechts, et: Mittheilungen der internationalen criminalistischen Vereinigung.

[2] Uberius de eisdem theoriis agit *Cathrein,* Moralphilosophie (ed. 3) II, 633 sqq. — Confer et „Stimmen aus Maria-Laach" XLVI (1894), 577.

tum ad tribunal iustitiae criminalis pertinent. 2. Iura, quibus stituitur *societas domestica;* quare polygamia, adulterium etc. ra delicta sunt. 3. *Ipse ordo civilis;* huc spectant crimen laesae perduellio, rebellio et ea omnia crimina, quibus vigens itutio violatur vel publica administratio turbatur et impeditur. *Religio* pariter ab imperio civili tamquam maximum civium et *reipublicae bonum* protegi et ab iniuriis defendi debet. Hinc contra Deum et Ecclesiam saltem graviora et publica per tamquam vera delicta vindicari debent. Quod hodie etiam in ulis historice plane christianis, ingravescente in dies impietate individualismo religionis, id practice multipliciter impeditur, tivae veritati principii nihil detrahit.

Contra vero publicae iustitiae vindicativae non subiacent illa ata, quae per se *externum* socialis vitae ordinem non pertur-, licet forte et haec variis in adiunctis aliquam publicam antiam exigant. Idem generatim dicendum de transgressione idatorum et ordinationum, quae ab organis disciplinae publicae communem utilitatem edi solent ea condicione, ut transgressores eprehensi poenas quasdam disciplinares incurrant.

*Ad alterum.* Iudicio criminali non subiacent: 1. Noxae leviores parvitatem materiae, v. g. simplex furtum parvi momenti. Peccata sine malo dolo vel non perfecta libertate commissa. enim quoniam *delictum* qua tale vindicem poenam exigit, non antitas damni sed quantitas *culpae* imprimis attenditur. Levis tem culpa nec censetur illum contemptum ordinis et auctoritatis ilis continere, neque tam gravem poenam meretur.

II. Ea delicta, quae vel ex genere suo vel per adiuncta se-ndum communem hominum aestimationem singulari modo vin-ativam iustitiam provocant, *crimina* (Verbrechen) vocantur, ue ita speciali nomine a ceteris *delictis* hac qualitate exemptis rgehen) distingui solent.

Generatim qualificatio criminis alicui delicto ex *triplici* ratione issimum attribuitur: 1° quia eius indoles *destructiva ord* tra *totam* rempublicam qua talem, non solum contra partic ia eius membra vel elementa dirigitur (hinc perduellio cri plex vero resistentia organo publicae potestatis opp um tantum aestimari solet); 2° quia singularem in ae nequitiae societati perniciosam coniunctam habet ( ium, latrocinium, rapina etc. crimina sunt; simp

fraus, laesio corporalis absque gravibus sequelis et similia p que delictis tantum annumerantur); 3° quia extraordinarium d sive publicum sive privatum causavit, ut v. g. furtum ı summae pecuniae. — Verumtamen accuratum *criteri* nendi criminis a mero delicto non parum ab *historica consu* cuiusque gentis dependet, nec vero practico momento caret, quaedam poenarum genera non quibuslibet delictis sed sc cri- minibus applicari possint.

### C. De poenis.

#### I. *De vario poenarum genere.*

591. Quamquam civilis potestas exercendo iustitiam vindicativam in humana societate munere quodam quasi divino fungitur, modus tamen, quo id praestari debet, modo divino per omnia assimilari nequit, sed intra limites humanae naturae et naturales condiciones humanae auctoritatis contineatur necesse est. Hinc quod *genus poenarum* spectat, non est dubium, quin *temporales tantum et externae* a civili imperio infligi possint, quippe quod suapte natura totum circa temporalia et externa versetur nec aliud quicquam sibi subiectum habeat. Genus autem poenarum *temporalium* per se aeque varium est ac malum, quod variis bonis temporalibus opponitur. Aliae scilicet bonis fortunae, aliae libertati, aliae honori, aliae iuri civitatis opponuntur, aliae demum corpus affligunt et maxima poena ipsam vitam aufert. Magnam praeterea varietatem poenarum in quolibet earum genere ratio quantitatis (intensitatis, durationis) inducere potest, si poenam mortis excipias, quae *ratione sui* merito censeri debet et qualitate et quantitate omnium maxima.

Legislatoris est pro variis delictis et criminibus illud genus poenae determinare, quod pro rei gravitate attingendis *finibus iustitiae criminalis* supra consideratis praecipue accommodari videatur; mensuram autem *quantitatis* lex sapienter non in individuo definitam sed indeterminate inter terminum maximum et minimum comprehensam proponere solet, iudicibus relinquens definire, quem eius *gradum* in individuo pro quolibet casu particulari iustitia iisdem spectatis finibus exigat.

Historia teste iustitia vindicativa apud veteres tum quoad modum et intensitatem poenarum formas generatim longe duriores sequebatur iis, quas hodie usus iuris et cultarum gentium mores

et admittere consueverunt. Et vero improbandum non est
culo XVIII denique ex publica legislatione removeri coepisse
ias antiquati illius iuris poenalis, quod primum quidem bar-
gentibus aut post accepta christiani spiritus rudimenta vixdum
ivo suo crassoque sensuum realismo emersis videbatur accom-
tum, deinde vero consuetudine, instar hereditatis ab antiquis
tae, in media luce christianae culturae tenacius conservatum
Partim etiam crudelior haec iustitiae indoles ab *exaggerato*
am studio processit, quantum fieri posset proxime assequendi
ortionem inter culpam et poenam satisfactoriam. Hinc ex-
ta illa corporis tormenta, cruentae mutilationes etc., hinc varia
liciorum genera, quibus poena mortis doloribus acerbior ac
rnior reddebatur. At vero tanta poenarum atrocitate *per*-
culpam adaequare velle eo minus auctoritati civili ex inten-
supremi iudicis Dei convenire censendum est, quod *humanum*
ium totam rationem culpae moralis cognoscere aut mensurare
potest nec debet, ideoque soli Deo *adaequata* retributio com-
la reservatur. Itaque homo in his terris ad tuendum ordinem
tiae in cooperationem cum divina iustitia vocatus non prop-
communia humanae naturae sensa exuere neque omne mo-
men christianae clementiae contemnere debet.

Quemadmodum autem crudelis in puniendo excessus merito
batur, ita et *mollis debilitas,* nomine humanitatis palliata,
hensibilis est, idque tum maxime, cum falsis de iure poenali
ue fine principiis nititur. Et illo quidem feliciter superato
alter excessus directe contrarius „modernae" potissimum
tati non minus timendus videtur. Complura namque ad hoc
ulum augendum hodie concurrunt. Eo pertinent maior et
rsalior animorum cultura et opinio publica „liberalibus"
vocant ideis atque institutionibus sedulo nutrita, nec non
*philosophemata* a recenti naturalismo titulo scientiae iam
ime sparsa, quibus omnis religiosa aestimatio rerum in vita
publica sive privata in dies magis evanescit, neque in suprema
auctoritate aliud quicquam agnoscitur nisi institutio
na studio et experientia utilitatis inventa. Conseq
sum *ius poenale,* quale usu et consuetudine publicae p
nus attributum est, quoad praecipuam sui partem philo
adum videatur. Indoles certe proprie vindicativa
*ia* illius in tali hypothesi nullo modo probari po

enim *homini qua tali* proveniat ius alterum hominem sui pro malefacto puniendi, i. e. directe malo et dolorib a

Itaque haec philosophia aliam poenalem actionem i legitimam agnoscere nequit, nisi quae stricte nitatur in iure ietatis, contra periculum actuale vel futurum *se defendendi*, officio publico prospiciendi quoque bono sociali civium, per plinarem scilicet *emendationem rëi*, qua is desinat esse no membrum societatis. Utrique autem huic fini iuris poenalis ratim fere sola congruere et satisfacere videtur *poena libertatis* seu detentio in carcere, qua malefactori vel in perpetuum vel ad tempus congruum omnis possibilitas nocendi societati subtrahitur, simulque solitudinis et disciplinae influxu opportuna occasio praebetur paulatim resipiscendi.

Quis post haec miretur, iustitiam criminalem, quo lil „humanitatis" laudem aemulans ista praecepta sequatur, eo realiter ab ipso suo fine *defensivo* recedere, qui in efficaci remedio contra crimina *futura* consistit? Commoratio certe secura sustentatio in custodia publica, nisi pro delictorum et delinquentium qualitate sensibilior castigatio accedat, eiusmodi est, quae multos homines asperam vitae sortem tolerantes non solum non efficaciter a delictis absterreat, verum etiam, ut experientia docet, non raro ad illa committenda alliciat[1]. Utcumque igitur

[1] *Walter*, Naturrecht und Politik n. 423, ad ultimos certe limites indulgentiae procedit, quam pro statu provectioris culturae admittere fas sit, cum dicit: „Körperliche Züchtigungen mögen für eine niedere Culturstufe unentbehrlich scheinen. In einem Zustande fortgeschrittener Bildung sind sie verwerflich, weil sie, zu ausschliesslich und mechanisch an die rein physische Seite des Menschen gerichtet, durch ihren vorübergehenden Eindruck auf das Geistige sehr zweifelhaft, jedenfalls nur aus niedern sinnlichen Motiven wirken, von dem verhärteten Sträfling leicht vergessen werden und überhaupt mehr erbittern und entehren als bessern. Selbst in der Beschränkung auf solche, die sich durch wiederholte Vergehen als unverbesserlich erwiesen haben oder welche die Einsperrung als eine erwünschte Unterkunft ansehen, sind sie abzurathen, weil es besser ist, solche Unvollkommenheiten zu ertragen, als etwas für das edlere Gefühl Bedenkliches in das Gesetz aufzunehmen. Als Strafmittel bleiben daher hauptsächlich Freiheitsstrafen, welche durch Zwangsarbeit, Schmälerung der Kost und anderes in angemessener Weise geschärft werden können, nur so, dass dieses nicht in Misshandlung übergehe. Indem aber die Natur dieser Strafe der Staatsgewalt die dauernde Einwirkung auf die sittliche Besserung der Sträflinge in vorzüglicher Art möglich macht, erwächst dazu für sie nach ihrem Zusammenhang mit der überirdischen Weltordnung auch eine mit schwerer Verantwortlichkeit verknüpfte Pflicht.... Sie hat für diese

delectu et mensura poenarum merito ratio habenda est tem-
ris et gradus culturae, *numquam tamen falso humanitatis cultui*
*indulgendum, ut administratio iustitiae publicae genuino et es-*
*ali suo fine, naturaliter sancito, privetur,* non sine gravi mo-
i damno societatis.

Quod in specie *poenam libertatis* attinet, quae hodie fere unice
ut certe ordinarie usurpari solet, satis intellegitur, quanti mo-
ti sit, ut ea, quo imperfectius aliquando *primariis* iustitiae
us respondet, eo maiore cura saltem ad eiusdem finem *secun-*
*ium* dirigatur, qui in *morali reorum emendatione* consistit. Nul-
um genus poenarum huic exercitio socialis caritatis per se ac-
ommodatius, nullum opportunius est. Quapropter civili auctori-
, ut recte monet Walter modo citatus, *gravis incumbit obligatio*
nodi salutarem influxum in omnes detentos, per ministros reli-
idue exercendum, non solum non praepediendi aut interna
is disciplina quomodocumque suo effectu frustrandi, sed etiam
*a* providentia procurandi et constanter promovendi.

II. *De poena mortis.*

Inter poenas temporales, quas iustitia humana infligere
haec sane extremum limitem signat; immo quadam analogia
his terris poenam aeternam imitatur, hominem maximi criminis
ı ex humana societate seu ex numero viventium in perpetuum
ando. Nihilominus poena capitis in historia populorum non
r extraordinariae exceptionis aut accidentalis excessus unius
lteriusve barbarae gentis occurrit, sed tamquam iuris institutio
a conditis civitatibus ubique terrarum communi usu recepta.
iderando hoc ipso *constanti historico facto* merito exordium su-
ere debet omnis ea de re philosophica et politica disputatio, nisi
glectis aut mutilatis veris humanae societatis condicionibus in
eris abstractionibus vel falsis politicorum figmentis niti velit.

Verum hac sapientiae regula socialis et politicus naturalis-
us, qui a saeculo XVIII societatem invasit, parum moveri so
ade mirum non est istam quoque antiquitate venerandam i
nem illius radicalem audaciam nequaquam effugisse.
o facilius eam practice simul cum suis idealibus fundi

---

chtige und schwierige Aufgabe, weil das staatliche Beamt
chtig ist, die Mitwirkung der Kirche und der christlichen Lieb
nehmen."

opprimerent, primum *theoretice* armisque philosophicis labef conati sunt. Attamen in multiplici controversia, quae ex circa poenam capitis exorta est, *duplex* quaestio est dist 1ª *quaestio iuris* et 2ª *quaestio socialis utilitatis vel oppor* Sunt nimirum qui ipsum ius auctoritatis civilis hanc po im fligendi aut omnino infitiantur aut ad extremos quosdam c cessitatis restringunt; sunt alii, qui, tametsi theoretice et ab stracto ius non negant, eius tamen exercitium nostris tem publice abrogatum volunt.

1. Quaestio iuris.

**594.** Supremae auctoritati civili ius competere atrociora crimina mortis poena vindicandi sane a philosopho christiano, spectatis sacrorum librorum testimoniis[1], in dubium vocari nequit. Sed etiam argumentis ex ratione petitis tam parum labefactatur, ut iisdem potius invicte comprobetur.

Inter primos ac praecipuos adversarios poenae mortis merito nominandus est *Cesare Beccaria* (1716—1793), professor mediolanensis, cuius opus „Dei delitti e delle pene" anno 1764 primum suppresso nomine, dein praefixo nomine saepius editum et fere in omnes Europae linguas translatum, vix minorem in iustitia criminali reformandi influxum exercuit quam liber Montesquieu „L'esprit des lois" in institutionibus politicis. Et quatenus hic influxus in iuris philosophia ad salutarem reactionem contra crudeles quosdam excessus iustitiae criminalis suscitandam ad eosque paulatim mitigandos efficaciter contribuit, haud mediocre viri meritum constituit. Id vero in isto laudabili conatu maxime dolendum, quod ipse afflatus naturalistica eius temporis philosophia[2] a veris iustitiae vindicativae principiis declinavit atque ita a vitiatis praemissis

[1] Etiamsi illud „Qui percusserit et occiderit hominem, morte moriatur" (Lev. 24, 17) solis Israelitis dictum esse contendas, hoc tamen asseri nequit de illo praecepto, quod Noe iam datum est: „Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus est homo" (Gen. 9, 6; cf. Apoc. 13, 10). Nec minus peremptorium est quod Apostolus ait: „Dei minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei qui malum agit" (Rom. 13, 4). Nam licet haec verba recte *generatim* ad iustitiam vindicativam retuleris, Apostolus tamen *speciatim* hic illam poenam denotat, quae gladio infligitur, i. e. poenam mortis.

[2] Erat Beccaria, ut ipsemet profitetur, assiduus lector scriptorum „Encyclopaediae", D'Alembert, Diderot, Helvetii, Buffon etc.

erroneas conclusiones devenit. Hinc Beccaria ius potestatis
ıe poenam mortis infligendi ad extremos quosdam necessi-
casus restringit eamque in duplici tantum hypothesi legitimam
concedit, nempe in casu *seditionis periculosae* et *si mors
ıentis sit unicum medium ad coercenda aliorum crimina*[1].
Eandem fere doctrinam post illum suo modo adstruere conatus
Anglus *Jeremy Bentham* (1748—1832), cuius tamen opera non
l eius amicus *Dumont,* Genevensis, secundum ipsius manu-
ripta libera manu redacta gallice edidit, nimirum: „Traités de
slation civile et pénale" (Paris. 1801, 3 vol.); „Théorie des peines
récompenses" (Paris. 1812, 2 vol.). Bentham, quemadmodum
ı aestimandis institutionibus politicis ab utilitarismo ut summo prin-
pio procedit, ita et in exercitio iustitiae criminalis et iure poenali
aliam mensuram non habet nisi utilitatis; secundum hanc
poenam capitalem nequaquam iustam dici posse existimat.
Hos potissimum *duces* deinceps secuta est magna turba eorum,
primis maxime deceniis saeculi XIX qua voce qua calamo in
l i n conspirarunt, ut legislatoribus populorum necessitatem
s erent quam primum poenam mortis abolendi, tum ut iuri-
humanitatis satisfacerent tum ut exercitium iustitiae publicae
culturae progressui accommodarent. Verum his agitatori-
ɔmissis, quorum plerique literario nomine carent, unus tantum
s temporis scriptor hic commemorandus videtur, auctor
l risiis et Genevae coronati, *Charles Lucas:* „Du système
al et du système répressif en général, de la peine de mort
ı ticulier" (Paris. 1827). Hic in debellanda poena capitis
ɔn solum indirecte et secundario per remotam conclusionem, ut
ıas fieri consuevit, sed *directe et primario* quaestionem *iuris* et
ɡitimitatis, interim seclusa ratione utilitatis, examinandam sus-
ɔit eamque generali philosophica ratione *negative* solvere conatus
[2], argumenta quidem a politica utilitate deprompta magno

---

[1] Dei delitti e delle pene § 16.

[2] Ita auctor in „Introductione" operis profitetur: „Il n'y avait que deux
ɾens de traiter l'importante question qui fait l'objet de cet ouvrage: par
*ıle* et par *le juste.* On pouvait, sans embrasser les deux faces de la ques-
, se contenter de l'examiner sous la première, et, il faut bien le recon-
ɾre, c'est à quoi l'on s'est borné jusqu'à ce jour. La question de la légi-
ité de la peine de mort a été quelquefois posée, mais jamais résolue. On
t demandé si la peine était nécessaire pour savoir si elle était juste, et
a toujours conclu son injustice de son inutilité." De sua propria methodo

dam et mere *humanae institutionis*, hinc iustitiae suprema p *utilitas*, hinc *verum* finem iustitiae poenalis assequendi i eiusque arbitraria mutilatio [1]. Sana autem philosophiae i ianae principia, quibus haec opponuntur, pridem a nobis ilita sunt, quare, ut inanis omnis haec nova controversia ap- , illa non tam denuo probanda quam ut certa rectae ra- n norma invocanda sunt.

**Thesis LXV. Suprema civilis potestas in se ius com- it poenam mortis infligendi.**

**Probatur I.** Suprema civilis potestas iure suo iis poenis temporalibus malefactores afficere potest, quas *finis* iustitiae criminalis exigit. Atqui finis iustitiae criminalis pro quibusdam delictis poenam mortis exposcit. Ergo . . .

Prob. mai. Ex natura et fine auctoritatis publicae certum est, ei vi officii et iuris naturalis incumbere iustitiam non solum civilem sed et criminalem exercere, eamque legitime posse, sicut leges poenales sancire, ita et transgressores et malefactores generatim in bonis temporalibus punire, id quod et adversarii poenae mortis negare non audent; determinatio autem, *qualis in specie* poena temporalis infligenda sit, ut recto ordini consentiat, non arbitrarie sed *ex fine*, ob quem iustitia criminalis instituta est, fieri debet.

Prob. min. Finis internus et primarius iustitiae criminalis omnino *duplex* est (ut probatur P. I, n. 215; II, n. 589), alter quidem *defensorius*, alter *satisfactorius* seu expiatorius; alter ad iniuriam legitimo sociali ordini actu vel remote imminentem efficaciter reprimendam aut arcendam, alter ad iniuriam factam iusta retributione vindicandam; alter ad socialem ordinem conservandum ac *tuendum*, alter ad eundem ordinem, si nefarie contemptus et infractus fuerit, ope iustae satisfactionis victrice maiestate in sua morali integritate *restituendum* pertinet. Iam vero *uterque* hic finis certis in adiunctis poenam mortis deposcit. *Etenim:*

1. Finis, qui in *efficaci tutela et defensione* ordinis socialis consistit, quemque adversarii ultro admittunt, gravissimo publicae

[1] Ex similibus fere fontibus argumenta haurire solent qui sive in Anglia sive in Germania adversarii poenae mortis exstiterunt, inter quos imprimis nominandus *Fr. v. Holtzendorff* (Encyklopädie des Rechts, 1882; et „Das Verbrechen des Mordes und die Todesstrafe", 1875).

auctoritatis officio respondet, non solum in casu urgen
tatis iniustam aggressionem a societate eiusque
pulsandi aut periculum in praesenti imminens a
*pro futuro tempore* stabilem pacem et securita
dendi. Eatenus igitur idem finis proxime legife
cumbit et a legislatione poenali initium sumit, ut deinc
huius normam per iustitiam criminalem compleatur. U
argumentamur: Ex hoc fine eas poenas temporales publice
cire et infligere licet, quibus homines a delictis rempubli
vastantibus efficaciter deterrentur. Atqui experientia
populorum constat, in multis non reprimi audaciam furo
delinquendi nisi capitalis poenae timore. Nam si hac e
pendente tot nihilominus scelera ob levissimam spem impunitatis
perpetrantur, quid exspectandum, si vel gravissima crimina
*legis* a poena mortis eximerentur? — Unde abolere poenam mortis
idem est ac parcendo nocentibus innocentium vitam et securitatem
periculo exponere. Et hanc quidem persuasionem pacificorum
civium animis inhaerere, iam nunc frequentia et instantia supplicum
libellorum commonstrat, quibus in nonnullis regionibus, ubi periculosum
illud experimentum fieri coepit, post paucorum annorum
experientiam restitutio poenae capitis postulatur. Ergo ex *primo*
hoc fine iustitiae criminalis procul dubio licebit, ad defendendam
societatem eiusque securitati efficaciter providendum, sceleratorum
audaciam poena mortis reprimere.

2. Alter finis pariter primarius iustitiae criminalis, qui *expiatorius* dicitur, ad congrue *vindicanda* crimina iam patrata pertinet. quo ordo moralis laesus, quantum is auctoritati sociali protegendus divinitus committitur, congrua poenali satisfactione sanetur atque victrici reactione ad integritatem moralem restituatur. Itaque per se eam poenam exposcit, quae naturae ac gravitati delicti secundum quandam proportionem respondet. Atqui sunt quaedam crimina, quorum naturae et gravitati secundum communem humanam aestimationem *sola* poena mortis respondet. *Nam* delicta, quae e suo genere *summam* socialis ordinis laesionem summamque iniuriam a publica auctoritate vindicandam continent, etiam poenam temporalem e suo genere *summam,* i. e. poenam capitis. poscunt. Talia autem sunt crimina, quae vel privati hominis vel ipsius civilis communitatis exsistentiam, ipsum fundamentum et quasi substratum iurium sive privatorum sive publicorum aggrediuntur atque subvertunt, ut homicidia, crimina perduellionis, for-

lis rebellionis et eiusmodi, eoque magis, quo graviore aliqua oc ıte qualificantur. Ergo etiam ex hoc fine iustitiae criminalis ımae potestati civili ius inesse dicendum est atrociora quaem crimina poena mortis vindicandi.

**Probatur II.** *Ex consensu omnium populorum,* doctorum ac ɔntium omnium saeculorum, inter quos tot viri non solum iustiamore verum et mansuetudine et caritate insignes. Num credibile est hos omnes in re tam gravi iura humani ge- ɜ ignorasse? Immo tanta haec est auctoritas, ut, etiamsi alia gu ıta non haberemus, tamen nonnisi rationibus plane evi- ibus elidi possit. Quod quidem vel ideo timendum non est, rationes, quae in contrarium afferuntur, omni graviore mo- ɔ carent.

## Notanda ad solvendas difficultates.

I. Qui cum *Beccaria*[1] obiiciunt: ius in principe oriri ex ıto particularium libertatum uniuscuiusque; neminem autem ın suam vitam alteri dare potuisse, cum nemo ius habeat ɔc ıdi se ipsum — nituntur impio et *falsissimo principio* Rousii de origine auctoritatis, quod dudum a nobis refutatum est.

II. Ex eodem falso principio *falsa* quoque ducitur *conclusio* il paucis tantum extremis casibus mortem delinquenti illatam ıo modo excusari, in quibus societas utitur naturali *iure desionis;* et universim aliam iustam causam aliquem hominem a privandi admitti non posse nisi necessitatem urgentem semet um conservandi ac defendendi.

*Resp.* a) Ita fortasse dicendum esset, si hominis *personalitas* ı finis in se esset fons omnis iuris tam privati quam publici iusque supremae auctoritatis civilis. At „non est potestas nisi Deo". Nihil igitur impedit, quominus homo, qua Dei minister , etiam in vitam hominis aliqua potestate praeditus sit. b) Alile certo probatum est poenam mortis non solum ad defendenn societatem sed insuper ad iustam *retributionem* pro malefactis linari. Ideo ex hoc potissimum capite ipse *Kant*[2] necnon *gel*[3] homicidio poenam mortis secundum rationis exigentiam ɔeri iudicarunt.

---

[1] Dei delitti et delle pene l. c.

[2] Rechtslehre § 49, nota E.

[3] Philosophie des Rechts § 101, Zusatz.

597 [illegible] qui in poena capitis similiter n[illegible] de-[illegible] examinantes hanc ipsam ita nihili faci[illegible], ut [illegible] Beccaria per modum exceptionis adr[illegible] [illegible] societati contra nefarios homines pro-[illegible] [illegible] aut accommodatum. *Rationes afferuntur:* [illegible] sententia puniri potest, nisi iam plane in potestate [illegible] quam primum autem malefactor compre-[illegible] privatus est, omnis urgens necessitas ulterioris [illegible] et hinc legitima ratio illum occidendi[1]. 2. Ho-[illegible] periculosi et criminibus obfirmati, v. g. [illegible] sustentant, quo magis se iam toti societati [illegible] periculo poenae mortis moventur aut [illegible] criminibus absterrentur. Immo plerisque sce[illegible]tis magis timenda videtur diuturna vel perpetua incarceratio [illegible] miserrimae vitae acceleratus terminus. Alii, qui revera poenam [illegible] magnopere timent, in ea magis coniunctam infamiam quam ipsam [illegible] timere dicendi sunt: potest igitur infamia cum [illegible] poena non capitali conexa similiter salutarem repre[illegible] effectum producere[2].

[illegible] Raro sane evenit, ut poenae capitalis exsecutio [illegible] urgentem necessitatem defensionis contra ag-gressionem [illegible] societatis, quamquam haec etiam ratio nequa-quam semper excluditur. Ita v. g. in casu perduellionis vel coniurationis, ut ipse Beccaria admittit, accidere potest, ut ad efficaciter comprimendum motum subversivum reipublicae non suf-ficiat comprehensio ducis, nisi simul prompto iudicio sublatus nullam suis sequacibus spem felicis successus relinquat. Ceterum auctoritas civilis, cui ordinem iustitiae tuendi ius et officium di-vinitus demandatum est, nequaquam ex aequo comparari debet cum aliquo privato, qui contra aggressorem iniustum se defendens alio iure non utitur nisi semet ipsum conservandi. Ratio autem defensiva poenae capitalis ac totius iustitiae criminalis per se eadem est, quam omnis sanctio legis essentialiter respicit, nimirum ligamen psychologice efficax, quo voluntates liberae subditorum a legis transgressione sponte se cohibeant.

*Resp. ad 2.* Assertio haec generalis, teste experientia saecu-lorum, plane neganda est. Quod hic veluti factum universale et

[1] Cf. *Lucas*, Du systeme pénal p. 61—67.
[2] Ibid. p. 210—248.

ans exhibetur, ad summum instar exceptionis *raro* aliquando plerumque apparenter magis quam vere contingit. Hominibus ceteris viventibus commune est naturali horrore mortem , quem sensum horroris et perditissimi mortalium, iique ime, experiuntur[1]. Hinc fit, ut ea proxime imminente genera- ad evadendum ultimas vires intendant. Neque contrarium t simulata fortitudo et mortis contemptus, quem malefactores lum, desperata iam vitae causa, in conspectu patibuli affec- conantur. Quod autem metu mortis nihilominus aliquando efficaciter a via scelerum absterrentur, partim inde explicatur, inveterata mali consuetudo et occasionis illecebrae opportunam mentis reflexionem suffocant, partim quod astutia et ars lendi manus ministrorum iustitiae publicae, frequenter feliciter cita, in futurum quoque spem facit impunitatis; adde quod, mos invaluit poenam mortis, licet secundum legem incur- tur, fere numquam tamen exsequendi, mirum non est eam pau- im omnem suam efficaciam amittere.

3. IV. In eo denique fere omnes adversarii poenae mortis con- niunt, quod negant auctoritati humanae ius aut officium esse m infligendi tamquam *vindictam* seu poenam *satisfactoriam* delictis commissis, etiamsi nullus respectus societatis de-

---

[1] Hoc iam *Aristoteles* tamquam factum psychologicum certissimum agno- Eth. Nic. l. 3, c. 6, ed. *B.* 1115 a, 26: *φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος· πέρας , καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακὸν εἶναι.* — Et ipse tzendorff fateri cogitur, „in vanum laborare qui hoc factum inflitiari co- r". Et pergit: „Am wenigsten ist zu bezweifeln, dass *nach der Würdigung Verbrechers*, von seltenen Ausnahmen abgesehen, der Tod als schwerste angesehen wird.... Seine Meinung wird fast immer die sein, dass er gnadigung zu lebenslänglicher Zuchthausstrafe vorzieht. In dem Augen- k, da er sterben soll, scheint ihm das Leben an sich den Vorrang zu haben. d dieses Leben, das er sich zu erhalten wünscht, ist nicht einmal hoffnungs- in seinen Augen. Aus der lebenslänglichen Haft vermag eine nachmalige adigung ihn der Freiheit wiederzugeben. Wer die Todesstrafe damit zu ämpfen glaubt, dass er versichert, lebenslängliche Freiheitsentziehung sei schwereres Strafübel und werde mehr gefürchtet werden als Lebens- lust, darf nicht darauf zählen, für seine Ansicht eine grössere Anzahl Anhängern zu gewinnen. Die Delinquenten auf dem Richtplatz und in Gefängnissen widerlegen ihn. *Die Scheu vor dem Tode*, dem nächsten bsterhaltungstrieb entstammend, ist eine natürliche, menschliche und darum *widerlegliche Thatsache*, welche der Gesetzgeber unbedingt als fest- anzunehmen hat" (Das Verbrechen des Mordes und die Todesstrafe 16 sq.).

fendendae id postulet. Cuius sententiae has fere vel rationes afferunt[1].

1. Quamquam iustitia etiam vindicativa, inquiunt, *in morali* necessaria est et vero alicui rationis postulato r ideo tamen auctoritati *sociali* nequaquam convenit, qı omnis humanae iustitiae condicionem excedit. Solus en moralem culpam delinquentis tum subiectivam tum ol ti ita perspicit, ut iusta et proportionata poena eam vindi e p Quare *soli Deo* iustitia proprie vindicativa reservatur.

2. Si revera ad humanam iustitiam pertineret non crimina efficaciter reprimere sed insuper poenis satisfactoriis dicare, recta ratio omnino exigeret, ut poenae semper qu fieri potest perfecte proportionales sint gravitati et numero criminum, igitur ut, ubicumque res patitur, poena talionis et simplex poena mortis secundum gradum malitiae et nı delictorum quodammodo multiplicetur per diuturna suppl exquisitos cruciatus, sicut barbaris gentibus placebat. Qı hodie ferat tantam crudelitatem ab homine in hominem *vi juris et officii* exerceri, idque temere et incassum, cum nihil iusta poenae proportio per humanum iudicium attingi num possit, sed semper Deo iudici reservetur? Ergo potius di humanam iustitiam criminalem ad reprimenda quidem c non vero ad *vindicanda* ordinari.

3. Sunt porro qui ex natura poenae mortis, utpote quae sit quasi aeterna et numquam reparabilis, quaeque malefactori omnem occasionem sperandae emendationis praescindat, concludunt, eam infligi legitime non posse nisi a iudice *supremo infallibili;* humanam vero auctoritatem socialem, si id facere praesumat, *christianae* religioni contradicere et per *damnum spirituale aeternum*, quod causare nil dubitet, maius crimen committere, quam illud fuerit, quod expiare velit[2].

---

[1] Cf. *Lucas* op. c. p. 108—138.

[2] *Lucas* l. c. p. 129 sq.: „Il n'y a que de la brutalité et de la profanation de notre nature dans ce coup de hache qui enlève cette puissance du remords qui donne une peine au passé et rend la vertu à l'avenir. Il n'y a que de l'athéisme dans ce coup de hache, qui ravit à l'homme la responsabilité de sa destinée, et qui le met dans la tombe avec son crime tout entier [?]." — Et in nota additur: „Sous le point de vue chrétien la société commet un crime plus grand que celui de l'assassin qu'elle immole, elle tue l'âme, c'est la vie de l'âme, c'est la vie pénitencielle, qu'elle arrache [?] . . .

*Resp. ad 1.* Iustitia etiam vindicativa intra eos limites, intra s auctoritati publicae exercenda committitur, nequaquam eius- est, quae per se humanam cognitionem vel condicionem ani iudicii excedat. Auctoritas enim socialis non universum inem moralem secundum omnes rationes internas et externas e patet, sed tantum ordinem *socialem,* qui per se externus conservare ac tueri et, si laesus fuerit, ad integritatem tuere ex officio et divino mandato debet. Itaque de solis criminibus in societatem commissis qua talibus, non quatenus peccata contra legem divinam constituunt, directe iudicare praetendit. Ad hoc autem aliud non requiritur, nisi ut certo constare possit de facinore per hominem externe patrato, de eiusdem facinoris qualitate et gradu criminali secundum sanctionem legis, et tandem de imputabilitate actus plus minusve perfecta; quae omnia etiam coram tribunali humano procul dubio cognosci ac certo probari possunt.

*Resp. ad 2.* Potestas iudicii etiam poenalis cum potestate leges ferendi et sanciendi individuo nexu coniungitur; et, si quidem omnis potestas a Deo descendit, quemadmodum haec, ita et illa hominibus ad regendam societatem civilem vocatis vi ordinis naturalis divinitus committitur[1]. Utraque intra limites et respectu societatis civilis quandam hominis cooperationem cum ipso Deo, supremo rectore mundi, denotat; utrique igitur propositum est *divinam sapientiam, sanctitatem* et *iustitiam* pro condicione et capacitate humanae naturae *imitari,* secundum generales normas ipsa natura rationali satis clare expressas. Sic naturalem ali- n iustitiae normam agnoscimus in idea essentialiter rationali *eriti* et *demeriti,* cui non minus essentialiter conectitur idea *aemii* et *poenae* tamquam retributionis rationaliter *debitae* sive o merito sive demerito (cf. P. I, n. 216). Unde certo con-

---

ndamner un homme à mourir sur l'échafaud, ce n'est qu'un moment de uffrance; mais le condamner à mourir coupable aujourd'hui, quand plus tard pouvait mourir innocent, c'est se jouer de sa dignité d'homme et de sa des- iée de chrétien."

[1] *S. Thom.*, C. gent. l. 3, c. 146: „Homines, qui in nstituuntur, sunt quasi divinae providentiae exsec . . . ae providentiae ordinem, per superiora inferiora exse . . . c ordo providentiae, ut boni praemientur et mali p . . . mines, qui aliis praesunt, peccant ex hoc, quod bonos ı ılos."

cludimus eandem rationis normam non minus ad iustitiam sc per homines administrandam quam ad exemplarem iustitiam pertinere; intimam igitur naturam, ipsamque i minalis iustitiae contra communem hominum sensum ab ri qui omnem characterem iustae vindictae et retributionis pro demerito a quovis systemate poenali humano per se e contendunt [1].

Hinc autem nequaquam sequuntur illa horrifica, ad quae fingenda adversarii, ex penuria solidioris rationis, studiose confugiunt. Quod enim iustitia poenalis respectu ordinis socialis ipsi *societati humanae* divinitus committitur, eo ipso hasce condiciones ex intentione supremi mandantis annexas habet: a) ut gravis laesio *ordinis socialis,* qui totus intra limites praesentis vitae continetur, iam in his terris et in conspectu societatis visibilem et victricem ordinis reactionem experiatur; b) ut haec reactio, quae poena temporali consistit, commensuretur gravitati delicti, non qua laesionem exhibet quodammodo infinitam divinae maiestatis, sed qua proxime est gravis iniuria ipsi *societati* illata; c) ut poena ipsa eiusque exsecutio ita iustitiae debitum adimpleat, ut tamen condicionem humanae naturae, quae iudici cum delinquente communis est, numquam excedat, sed potius, quantum licet, commiseratione homine digna temperetur.

E quibus omnibus apparet, secundum naturalem Dei ordinationem ad finem iustitiae vindicativae, qualis per auctoritatem humanam exercenda est, nequaquam requiri illam *adaequatam* proportionem poenae cum obiectivo demerito criminis, quam absolutus iustitiae rigor fortasse postularet (cf. dicta n. 591). Moraliter sufficiens igitur poenalis retributio censeri debet, quae praecipuos criminum gradus secundum communem hominum aestimationem distinguit et ideo solis criminibus e suo *genere et gradu summis* poenam temporalem e suo genere summam, i. e. poenam capitis, reservat, exclusis cruciatibus, qui omnem sensum humanum offendunt.

*Resp. ad 3.* Spectata natura poenae mortis facile conceditur ad sententiam capitalem pronuntiandam requiri maximam certi-

[1] *S. Thom.* l. c. c. 144: „Naturalis aequitas hoc habere videtur, quod unusquisque privetur bono, contra quod agit; ex hoc enim reddit se tali bono indignum; et inde est, quod, secundum civilem iustitiam, qui contra rempublicam peccat, societate reipublicae privatur omnino vel per mortem vel per exilium perpetuum."

nem, quae in *rebus humanis* haberi possit. Nisi autem talis itudo ad iuste agendum sufficeret, etiam privati homines in- ris in casibus aut per irrationalem scepticismum ab actionibus n iustitiae ac prudentiae maxime consonis abstinere deberent, dicendi essent periculo se exponere, damna fortasse haud prae- sandi. Multo magis autem id valeret de multis actibus i rationis publicae ex officio suscipiendis, ut v. g. in bello gerendo.

od vero *damnum animae spirituale* attinet, quod per poenam reo infertur, mirum sane de hac re „libe- em" humanitatis patronum adeo esse sollicitum; minus lauda- is autem viri praesumptio apparet, qua orbi christiano de legis *istianae* praeceptis interpretem ac doctorem se obtrudere nil t. Et ratio quidem, qua nititur, aliud non evincit, nisi quod e liquidum est et inter christianos semper supponitur, male- ori condemnato, priusquam ad mortem ducatur, non solum fficiens temporis spatium et opportunam copiam cum supremo lice se reconciliandi omnino esse providendam, sed illum etiam igionis ministerio cum omni caritate in hoc gravi negotio andum et spe veniae animandum, ut in spiritu poenitentiae ad n culpam fortiter moriens poenam temporalem in lucrum ernum convertat. En qua crudeli impietate per gladium licum *anima* miseri simul cum corpore necatur! — Immo e verius diceretur, plerosque sceleratos, in quibus non cuncta giosae fidei vestigia prorsus deleta vel obstinata impietate cta fuerint, feliciore sorte hoc modo aeterno iudici prae- tari, quam si violentam eiusmodi peripetiam effugientes natu- denique vel etiam improvisa morte vitam finirent. Quod si tingit, ut capite damnatus etiam in mortis conspectu omni gionis auxilio contempto animae suae immortali consulere tinate detrectet, est profecto, cur de incredibili „crudelitate" ramur — sed eius solius, qui eam temere in semet ipsum rcet. Quis enim recti rerum ordinis conscius sibi umquam adeat hisce in adiunctis in gratiam et quasi in praemium ularis eiusmodi impietatis cursum *publicae* iustitiae ex obliga- e illico sistendum esse, atque ita necessarium et universale um *communitatis* alicuius individui, non dicam utilitati, sed ae voluntati subordinandum? Talis iustitiae debilitas, si instar ulae statueretur, procul dubio ad augenda magis quam re- nenda crimina valeret, sceleratos autem poenae capitis iam

addictos ad pertinaciter omnem resipiscentiam respuendam spe vitae conservandae invitaret[1].

2. Quaestio utilitatis et opportunitatis.

599. Qui hodie institutionem poenae mortis impugnant ex iure criminali abolendam esse contendunt, non omnes eo procedere audent, ut ipsum *ius gladii* publicae potestatis infi immo plerique, omissa iuris quaestione, ad rationes poti ticae utilitatis et opportunitatis confugere solent. Quo aiunt, ope scholarum animi cultura in omnes iam populi c diffunditur, quo latius sensa humanitatis infrenatos et l mores iam mitigarunt atque ipsa „opinio publica" in dies potentissima custos omnis civilitatis evadit, eo min cruento illo apparatu indiget eoque rectius et utilius illum deinceps ex omni legislatione poenali eliminat. Ita demum lex humanitatis et christianae mansuetudinis, quae a saeculo magis magisque regnare coepit, sicut poenam mortis pro furto, torturam et alias legales crudelitates iam sustulit, similiter omnem capitalem poenam amovere debet, ut nobilem suum triumphum compleat. — In eandem practicam conclusionem consentiunt quicumque principalem finem iustitiae publicae, postquam *defendendae* societati iam satisfactum sit, in reorum *emendatione* situm esse volunt, quorum nullus, dum vivit, incorrigibilis haberi possit. — Accedit quod e suis principiis utilitarismi socialis *Bentham* poenae capitali inter alia exprobrat; eam scilicet nullum reale emolumentum afferre, sed ipsam facultatem destruere, qua malefactor, si viveret, suis laboribus malum ex parte reparare posset; immo novam iacturam societatis causare, eo quod numerum hominum et eatenus vires ac divitias nationis diminuat[2]. Facile denique poenam

---

[1] *S. Thom.*, C. gent. l. 3, c. 146 ad similem obiectionem ita respondet: „Quod vero mali, quamdiu vivunt, emendari possunt, non prohibet, quin iuste possint occidi; quia periculum, quod de eorum vita imminet, est maius et certius quam bonum, quod de eorum emendatione exspectatur. Habent etiam in ipso mortis articulo facultatem, ut per poenitentiam convertantur ad Deum. Quod si adeo sunt obstinati, quod etiam in mortis articulo cor eorum a malitia non recedit, satis probabiliter aestimari potest, quod numquam a malitia resipiscant."

[2] Théorie des peines et des récompenses t. I (ed. *Dumont*, Paris 1825), c. 14, p. 255: „La peine capitale n'est pas *convertible en profit;* elle ne donne point de dédommagement à la partie lésée; elle en détruit même la source: le délinquant, par son travail, pourrait réparer une partie du mal qu'il a fait;

is semel legibus admissam in manu potentum converti posse o iustitiae in perniciosissimum instrumentum humanarum pasnum atque tyrannidis[1].

Quibus omnibus merito opponitur

**Thesis LXVI. Plena legalis abolitio poenae mortis, pro hodierna condicione societatis civilis, nulla sufficiente sive politicae opportunitatis sive utilitatis suadetur.**

Praenotanda. Dicitur „plena abolitio", ita ut vel atrocis- crimina vi legis poenae capitali obnoxia non sint. Hinc inferre non licet omnem qualemcumque usum poenae , frequentiorem vel ad ea etiam crimina extensum, quae pitalia non censentur, utilem aestimandum esse atque num.

**Probatur I.** Praecipuae rationes, ob quas poena mortis ex ia legislatione prorsus eliminanda dicitur, ad haec fere ta reduci possunt: 1. Quia id postulet hodiernus progressus irae ac civilitatis morum; 2. quia detentio malefactorum ia et laboriosa in servitium reipublicae poena sit satis resiva et *exemplaris*, insuper autem longe utilius *satisfactoria*, quod reali lucro malum societati illatum ex parte reparet iulque ad *emendationem* rei unice accommodata sit; 3. quia societas a gravibus periculis liberetur, quae aliquando ex itrario abusu poenae capitalis civibus imminere possint. qui omnes istae rationes, tametsi usum poenae capitalis in iciendis legibus nonnisi admodum moderatum et discretum comndant, *omnem* tamen illius usum generatim hodie superfluum minus opportunum et utilem esse nullatenus evincunt. Ergo rito concluditur quod in thesi affirmatur.

Prob. min. ad 1. Ratio primo loco recensita eatenus ad a propositam aliquam vim haberet, quatenus constaret eo gis generatim in aliqua civitate crimina et numero et gravie decrescere, quo altiorem gradum culturae animorum ac citatis eius incolae participent, aut per omnem progressum

---

mort ne répare rien. Loin d'être convertible en profit, cette peine est une te, une *dépense* dans ce qui fait la force et la richesse d'une nation, le re des hommes . . . par comparaison avec une peine, telle que l'empri- laborieux, qui peut les réformer et les rendre utiles."

[1] L. c. p. 265 sq.

intellectualis culturae et eruditionis necessario vel sal
muniter simul augeri ac perfici morum integritatem atq
modam civium probitatem, et hinc securam iuris privati ac
fruitionem. Atqui tantum abest, ut haec idealis hypothe r
veritati consentiat, ut historica experientia potius contrari
monstret. Ad eiusmodi statum paradiso terrestri similem,
per originalem naturae humanae depravationem exspect
eximia morum simplicitas, religiosa institutione informata, ce
profecto modicam aliquam civilem communitatem disponere
elevare valeret, quam uberrimum augmentum intellect
turae, quae non raro valoris est valde ancipitis. In nulla
societate civili maioris extensionis, quamdiu *hominum,* non
rum, multitudine constat, umquam continget, ut criminalis
feliciter et constanter omni materia destituatur. Itaq
christianae mansuetudinis" ubique regnet optandum
in vita privata, in *publica* vero semper *una cum i*
mansueta clementia in malefactores simul fiat crudelitas et
fidia erga rempublicam et singulos cives. Ergo ex hoc p
rationum capite sapienti legislatori etiam nunc potius con
quam abolitio poenae capitalis suadetur.

Prob. min. ad 2. Detentio malefactorum diuturna vel perpetua et in servitium reipublicae laboriosa neque *per se* et generatim loquendo dici potest practice sufficienter *„repressiva e exemplaris"*, neque est pro omni genere criminum vere *„satisfactoria"* in ratione iustitiae vindicativae, neque semper *ad emendationem rei unice accommodata* aut animae saluti magis proficua quam poena capitis proxime subeunda.

*Dico:* a) *„non* per se et generatim loquendo sufficienter *repressiva et exemplaris"*, id quod iam supra (n. 597) satis ostensum est et quod ipse *Bentham* indirecte admittit, inter favorabiles qualitates poenae mortis hanc etiam enumerans, quod sit *prae omni alia* exemplaris[1]. Praeterea experientia constat a sceleratis hominibus detentionem etiam laboriosam ideo minus timeri, quod norunt eam hodie tanta humanitate temperari solere, ut huic securae publicae sustentationi, etsi laboriosae, usus libertatis inter

[1] Théorie des peines et des récompenses l. c. p. 252: „Elle (la peine de mort) est *exemplaire;* elle l'est même plus que toute autre; et, dans les lieux où elle est rarement administrée, elle laisse une longue impression de terreur." Immo ibidem contrariam opinionem Beccariae refutare non dubitat.

otidiana pericula et cum sua quotidiana miseria vix multum ɔrendus videatur. Adde quod pro varia temporum periodo instabilitas rerum politicarum et revolutionum frequentia spem gerit non semper inanem, opportuna occasione recuperandi em.

b) *„non vere satisfactoria“* in ratione iustitiae vindicativae. ıctio enim, quam finis huius iustitiae exigit, non in resar- ıdo damno materiali consistit, sed in conveniente *expiatione* nis per malum eius auctori inflictum, facinori aliquo modo *portionatum*, sive aliunde societati materialiter utile sit sive Non enim lucri ratio, sed *ratio meriti ac demeriti* poenae cativae mensuram determinare debet. Hinc est, quod in atrocis homicidii ipsi „opinioni publicae“, i. e. naturali ho- ım sensui iustitiae, sola poena capitis satisfacere solet, ut m ipse *Bentham* fatetur [1].

c) „non semper et unice — sed *saepe minus* — *accommodata d veram et salutarem emendationem rei“*, ut supra (n. 598) abunde batum est. Ceterum probe notandum „emendationem rei“ stitiae criminali ut finem tantum *secundarium* proponi. Qua- 'opter huius intuitu duplex finis *primarius*, scilicet efficax re- o criminum et conveniens poenalis satisfactio, neque neglegi e postponi debet [2] (cf. n. 589).

Prob. min. ad 3. Si vel sola possibilitas futuri abusus ıio sufficiens esset institutionem publicam illi subiectam tam- ım periculosam reprobandi vel abrogandi, nulla profecto in- :utio socialis, sive iuris humani sive divini, nulla potestas per nines administranda ab ista reprobationis sententia maneret ɔmpta; quod quam absurdum sit, nemo non videt. Verum et

---

[1] Ibid.: „Elle (la peine de mort) est *analogue* au délit dans le cas du ırtre . . . dans ce même cas elle est *populaire*.“

[2] *S. Thom.*, C. gent. l. 3, c. 146: „Bonum commune melius est quam ım particulare unius. Subtrahendum est igitur bonum particulare, ut ɔervetur bonum commune. Vita autem quorundam pestiferorum impedit ımune bonum, quod est concordia societatis humanae. Subtrahendi igitur t eiusmodi homines per mortem ab hominum societate. Praeterea sicut licus in sua operatione intendit sanitatem, quae consistit in ordinata con- lia humorum, ita rector civitatis intendit in sua operatione pacem, quae ɔistit in civium ordinata concordia. Medicus autem abscindit membrum ridum bene et utiliter, si per ipsum immineat corruptio corporis. Iuste ır et absque peccato rector civitatis homines pestiferos occidit, ne pax tatis turbetur.“

legalis abolitio poenae capitalis periculum abusus, quod pro tyrannidis timetur, vix removeret vel minueret. Quae enim reverentia regimen vere tyrannicum impediat, quominus suo bitrio indulgeat?

**Probatur II.** *Testimonio experientiae.* Validum eiusmodi testimonium reddunt illae civitates, quae per decursum saeculi XIX duce „liberalismo" de abrogata in gratiam humanitatis poena capitali gloriabantur; mox autem, facta paucorum annorum experientia, compellente necessitate securitatis publicae necnon communi civium suffragio, eandem poenam denuo restituere decreverunt. Sapientius aliae respublicae, inter quas potissimum Anglia, etsi personalis dignitatis atque libertatis civium studiosissima, per ipsam constantiam, qua iudiciale gladium, scelerum vindicem, invicto vigore conservarunt, satis ostendunt, in ea re practice aestimanda maioris se facere *experientiam et iudicium saeculorum* quam hesternum novae philosophiae politicae inventum et laudem „humanitatis" admodum ambiguae.

**601. Scholium I.** Ex dictis facile coniicies, quid practice de medio illo poenalis iustitiae systemate sentiendum, quo aliquando, qui rei publicae praesunt, rigorosam iustitiam cum exigentia humanioris nostrae aetatis apte conciliari posse existimant. Satisfieri namque volunt, *iustitiae* quidem, poenam capitalem tamquam legalem sanctionem et normam iudiciorum publice validam in pristino vigore conservando; *opinioni autem humanitatis*, illam numquam exsequendo sed post sententiam latam ex *stabili* quodam more in poenam libertatis commutando. — Laudem fortasse qualemcumque „humanitatis" eiusmodi systema hodie ad tempus sibi comparare valet, quomodo autem et *veris iustitiae finibus* perinde satisfacere valeat, non apparet. Immo si illud *expressae abolitioni* poenae mortis comparetur, cui subrogatae sint aliae poenae et graves et *certe exsequendae*, huius determinata claritas illi fictioni eo saltem commodo praestare videtur, quod legum sanctionem et iudicii maiestatem non vanam et illusoriam reddit.

Sapienter sane institutum est, ut et in iudicio condemnatis non desit supremum aliquod tribunal gratiae, ad quod humiliter eam petituri confugiant. *Ius veniae* („ius aggratiandi" — das Begnadigungsrecht)[1] quod apud omnes cultas gentes supremae potestati civili tamquam proprium inhaerere censetur, et quo regimen humanum divino assimilatur, per se decus est non mediocre christianae administrationis iustitiae. Ad huius temperandum rigorem ex natura sua ordinatur, ita tamen ut, dum apertam relinquit viam commiserationis et clementiae, non ideo viam iustitiae

[1] Cf. *Walter*, Naturrecht und Politik n. 429.

liciter claudat. Itaque „ius veniae“, eo ipso quod cum suprema te coniungitur, cum eadem analogo modo exerceatur oportet, r scilicet bonum particulare bono communi subordinando. Ex ad- autem rerum, temporis ac personarum in quolibet casu particulari andum erit, utrum salvo bono communi, i. e. necessario iustitiae licae ordine, in gratiam delinquentis poena statuta remitti vel miti- queat. Ubicumque vero id, quod per modum *gratiae* institutum est, facto causae discrimine, in generale quoddam *ius* publice quodam- o ratum et malefactoribus debitum convertitur, non tam ad miti- n iustitiae rigorem quam ad labefactandam ipsam iustitiam poenalem at necesse est.

602. **Scholium II.** Modus instituendi iudicii criminalis [1] generatim quidem ex huius natura satis colligitur, in particulari tamen a lege civili et consuetudine pendet. Eo magis autem hic modus *naturae ac fini* iudicii criminalis respondet, quo melius ac dignius ipsam ideam aeternam iustitiae tamquam communem legem ordinis in mundo rationali repraesentat, quo aptius et efficacius ad tuendum et firmandum vitae socialis ordinem confert, et quo maiore cum fructu morali iustas poenas coniungere valet.

In omni iudicio criminali tria potissimum momenta et quasi pro- cedendi gradus distinguuntur: *accusatio, inquisitio* et *sententia iudicis.*

1. *Accusare* quemquam criminis per se est functio publica nomine eipublicae a magistratu ad hoc deputato („procuratore“) exercenda. Non enim directe de ulciscenda iniuria privatis hominibus eodem crimine lata, sed principaliter de punienda laesione *ordinis publici* agitur. A rivatis autem denuntiari delictum procuratori publico potest et pro ertis adiunctis etiam debet. Nulla autem specialis inquisitio in deter- minatam personam, multo minus accusatio, fieri potest, antequam ha- eantur sufficientia indicia, quae illam obiective suspectam reddant.

2. *Inquisitio* ad ipsos iudices pertinet. Utiliter tamen unus designari olet, qui ex officio huic negotio praesit („iudex inquisitor“). Huius st ex indiciis per „procuratorem“ acceptis partim directe cum reo gendo eiusque responsa excipiendo, partim aliunde cuncta veritatis etegendae ac certo comprobandae momenta conquirere. Quae si suspi- ionem vel denuntiationem confirmant, tum demum procurator definitive t formaliter secundum notiones ex inquisitione haustas suam accusa- nem ad iudicium defert. Quo facto reus tribunali sistitur, ubi eo raesente tota eius causa oretenus et secundum procedendi formam gibus praescriptam (hodie plerumque publice) agitur, data illi copia se ontra singula capita accusationis defendendi.

---

[1] Cf. *Walter* l. c. n. 425—428.

3. *Sententia* sive collegii iudicum sive iuratorum, quor
praesertim in iudicio criminali fere ubique invaluit, ad r
nandum numquam ex mere probabili sed ex *certa* tantum ra-
tione iuste ferri potest. Convenit autem, ut, postquam pri qu
utrum N. N. criminis, cuius accusabatur, *reus sit an non reus*,
fragium iuratorum resoluta fuerit, altera, quae in commensur a
per legem definita versatur, solis iudicibus ex officio deputatis res

## Articulus 3.

### *De functionibus potestatis exsecutivae et gubernativae.*

### Prologus.

603. I. Quo ordine et gradu exercitium potestatis ex
ad functiones potestatis legiferae et iudiciariae accedat, aliqu
iam supra (n. 538) praenotatum est. Potestatem, quam p et
Montesquieu vulgo exsecutivam appellant, et quae in tri
divisione civilis potestatis ab illo proposita *alterum* locum occupat,
nobis *tertio* loco recensere, neque mere exsecutivam tantum sed
*exsecutivam simul et gubernativam* vocare placuit. Utrumque et
logica et politica ratio postulare videtur: *logica* quidem, ne par-
titio proposita in re minus fundata appareat; *politica* vero, ne
ipsum regimen civile vitali unitate destituatur. Et vero:

1. Si potestas, quae exsecutiva dicitur, nihil aliud comprehendat
praeter ius et officium procurandi legum exsecutionem, non apparet,
cur non et iudiciaria potestas in eadem iam inclusa supponatur
eique per modum subdivisionis annumeretur; et sic rectius non
tripartita sed bipartita divisio civilis potestatis commendari videtur.
Contra vero, si in tripartita divisione potestas non nude exsecutiva
sed *simul gubernativa* concipitur, hac sua proprietate ita a iudi-
ciaria potestate distinguitur, ut partitio neque logice neque prac-
tice fundamento careat.

2. Magis autem movet *politica* ratio. Namque sicuti suprema
civilis auctoritas essentialiter *una* est, ita etiam eius *exercitium*,
utcumque materialiter et organice distinctum, in suo vitali prin-
cipio iugiter *unum* maneat necesse est. Itaque ut triplex illa
functio eiusdem supremae potestatis, legifera, iudiciaria et exsecu-
tiva, tametsi in totidem diversa organa distributa, nihilominus ab
illa necessaria et vitali unitate numquam deficiat, speciali aliquod
unionis et practicae harmoniae elementum intercedat oportet.
Hoc autem aliud esse nequit nisi functio proprie *gubernativa*,

inviolatam servans sphaeram singulis illis particularibus ıctionibus propriam, sub generali tamen quodam suo primatu ı ad vitalem unitatem coniungit et actuali publicae rationis ›videntia secundum condiciones concretas ordinate complet.

Porro *functio gubernativa,* ut satis per se apparet, natura a cum functione exsecutiva arctissime conectitur, cuius com- nentum naturaliter requisitum exhibet. Pari modo et *potestas* ırnativa concipi debet ut arcte conexa cum potestate exsecu- ʼa, utpote quae cum illa hoc commune habet, quod auctoritatem ıblicam ut iugiter praesentem et actualem repraesentat. Id sum etiam usus communis confirmat. Nam in omni societate vili, in qua institutiones politicae recentioris aetatis vigent, sive ıb forma monarchica constitutionali sive sub forma democratica, nine „gubernii" ea organa publica collective nuncupari con- ʼerunt, quae suprema *potestate exsecutiva* funguntur, in mo- ;hia quidem qua „ministri regii", in democratia vero qua ministri ›puli suprematiam legaliter possidentis. Adeo in praxi dubium non ıt quin potestas *exsecutiva,* etsi per se et ordinarie in fideliter ex- quendis legibus et in administranda republica secundum legum ʼaescripta continetur, ratione tamen *boni communis,* quod frequenter ı adiunctis in dies mutabilibus dependet, ex mente ipsarum legum veram aliquam *gubernationem* necessario extendatur.

Eidem igitur potestati *qua gubernativae* competere censendum non solum opportuna initiativa motione in reliquas supremae ctoritatis functiones, imprimis legiferas, directivum influxum ercere, sed etiam pro urgente aliquando *necessitate* formalem ;um insufficientiam ex fine generali legislationis *per suam ac- ılem providentiam* supplere, scilicet quaedam actu necessaria n contra, sed *praeter* legem disponendo. Itaque cum guber- tiva indoles a potestate exsecutiva generatim separari nequeat, tis quoque per se internus rerum ordo postulare videtur, ut in lgari potestatum partitione illi convenienter nonnisi *tertius* locus signetur.

4. II. *Ambitum materialem* eiusdem potestatis ipsa eius natura tis indicat. Quatenus enim *exsecutiva* est, ad omnes et singulas rum provincias extenditur, quas legislatio comprehendit et de ibus positivae legum normae exstant. Qua *gubernativa* praeterea premam suam mensuram accipit a *fine essentiali* omnis legis- tionis totiusque reipublicae, qui est bonum commune. Hic *finis*

autem per *duos quasi gradus* adimpletur, quorum *primus* xime necessarius in *conservando recto ordine iurium*, a r publice et *positive promovenda communi prosperitate* ci sistit (n. 317). Eidem igitur fini functiones quoque tam e tivae quam gubernativae partim secundum primum | cundum alterum illum gradum potissimum subserviant . Unde aliae per se magis ad conservandam internam et ex integritatem et pacem reipublicae, aliae ad rempublicam ideal perficiendam eiusque civilem fructum, communem civium prosperitatem, augendum pertinent; quamquam realiter et p sese mutuo multipliciter compenetrant. Promiscue enim ad omnia exsecutioni danda gubernium exsecutivum ordinatur, q cumque praeter activitatem legiferam et iudiciariam, sive *or* *ari* et ex lege fundamentali sive *per accidens* et ex impro , ad finem societatis civilis assequendum necessaria sunt.

In specie autem haec fere administrationis capita officio supputantur:

1. Administratio disciplinae publicae (Polizei, Police).
2. Subsidium rei militaris necessitati publicae proportionatum.
3. Cura et administratio redituum publicorum.
4. Providentia publica a) circa fontes et condiciones communes oeconomicae prosperitatis civilis, b) circa subsidia publica convenientis et salutaris culturae animorum.

De singulis, quantum ad propositum nostrum pertinet, dicendum:

## § 1. De administratione disciplinae publicae.

### A. De huius officii natura et proprio fine.

605. In definienda functione, quae huic parti exsecutivae potestatis propria sit, iuris doctores non parum dissentiunt. Ratio autem dissensus partim *theoretica* partim *practica* est. Nimirum quicumque theoretice finem naturalem societatis civilis in *sola* publica tutela iurium ac libertatis civium consistere volunt, consequenter aliam functionem illi propriam admittere nequeunt nisi vigilem ac manu promptam *publicae securitatis custodiam*, absque ulteriore interventu *positivo* ad promovendam *utilitatem* publicam. Qui vero cum universa schola veterum ad finem societatis civilis non solum securitatem sed insuper *civilem prosperitatem* publice promovendam pertinere docent, ab eodem munere publico, quod

.e vulgo nomine „politiae“ (Polizei) designari consuevit, praeter ı custodiam insuper *positivam* quandam providentiam circa em publicam exspectant[1].

Sunt tamen et horum nonnulli, qui, magis *practica* ratione ıam doctrinae principio permoti, ad priorem potius sententiam, latiore aliqua formula enuntiatam, accedunt, quia scilicet per civium libertati et legitimae autonomiae contra timendos abusus potestatis magis consultum fore existimant[2]. Et e, ectata latitudine prope illimitata „utilitatis publicae“, cum expedita semper agendi libertate, qua ista potestas ario praedita esse debet, spectato praeterea multiplici hi- :ae experientiae testimonio, quis omnem hinc timendi rationem ıus inanem dixerit?

Nihilominus displicet vel ambiguum divortium inter theoriam praxin, inter postulatum rectae rationis et eius practicam pplicationem. Etiamsi forte praxin per se legitimam, ut in

---

[1] Ita et *Bluntschli*, Allg. Staatsrecht t. II, l. 7, c. 9, p. 176: „In dem der Polizei lassen sich wohl zwei Hauptrichtungen derselben unter- en: die eine *negative*, welche den drohenden Schaden abwendet und die ernisse der freien Bewegung entfernt; die andere *positive*, welche das Ge- ohl fördert. Die erstere, conservirende hat man dann *Sicherheits-*, die e, productive *Wohlfahrtspolizei* genannt. Aber im Leben scheiden sich beiden formellen Richtungen nicht, sondern zugleich nach beiden Seiten ı wirkt die echte polizeiliche Thätigkeit.“ — Et in nota addit: „Es ist eine nderliche Grille einzelner Publicisten, welche in dem Staate nur die *Rechts- ınung* sehen, die ‚Wohlfahrtspolizei‘ . . . zu verwerfen. *Aretin* z. B. (Con- :utionelles Staatsrecht II, 178) meinte wirklich: ‚die Wohlfahrtspolizei sei offenbarer Eingriff in die Freiheit der Staatsbürger‘.“

[2] Ita inter alios *Rob. v. Mohl*, Die Polizeiwissenschaft I, 10, „politiae“ ı positivam sed *negativam* tantum curam utilitatis publicae attribuit, scilicet movendo cuncta obstacula, quae omnimodam honestam evolutionem virium nanarum impediunt“ („Beseitigung aller Hindernisse der allseitigen erlaubten twicklung der Menschenkräfte“). — Similiter recentius *Costa-Rossetti*, Philo- hia moralis (1886) p. 687, de fine „politiae“, quam nomine „custodiae ɔlicae“ comprehendit, profitetur: „Eorum opinio non displicet, qui dicunt ɔdiam publicam proxime ad *securitatem* civium tum *negative* tum *positive* vendam referri; si enim functiones diversae considerentur, quae custodiae blicae in praxi tribui solent, eae omnes apte *reduci posse videntur ad tu- ım iurium, qua securitas resultat.*“ . . . Dein enumeratis compluribus eius- functionibus, quae quidem „etiam prosperitatem promoveant“, pergit: n haec ipsa prosperitatis procuratio, quatenus cum coactione coniun- ı am habere debet tutelam iurium et securitatem, ne arbitrio cu- ı e ] ıcae in libertate civium restringenda via aperiatur.“

multis aliis rebus contingit, periculum alicuius possibilis ex vel abusus comitatur, non tamen supprimendo sed sapienter moderando eius usu aptum remedium quaeratur oportet, et re- vera iusta sphaerae publicae limitatione tale etiam inveniri confidimus.

Itaque cum veteribus censemus „politiae" prae *curam securitatis publicae* insuper aliquam *iure limitat utilitatis publicae* promovendae ex officio convenire. De ut functione in specie aliqua subiicienda sunt.

### I. *De cura securitatis publicae.*

606. Esse hanc functionem „politiae" propriam, eamque p cipuam et maxime necessariam, omnes facile admittunt. intuitu illa speciali nomine *„politia securitatis"* (Sicherheits vocari solet et distinguitur *„superior"* et *„inferior"*, prout vigilantia contra pericula toti reipublicae qua tali undecu imminentia, aut contra quaslibet causas perturbatio ordinis socialis et quaecumque externa obstacula pacificae f iurium singulorum civium dirigitur. Quae „superior" dici politia plerumque non tam per modum stabilis publi i u- tionis quam secundum exigentiam temporum per org partim directe partim indirecte exercetur. Quare de *feriore"* potius hic agendum videtur.

Singulas enumerare materias aut officii partes, quas haec publica custodia respiciat, eo difficilius est, quo minus in ante- cessum varietas prope infinita sive eventuum sive adiunctorum computari potest, e quibus pericula et mala socialia oriri queant. Ad haec ipsa tamen, quantum per vigilem sollertiam licet, mature *praevenienda* ac prudenti interventu arcenda politiae munus potis- simum destinatur. Accedit quod haec *negativa* officii pars a *positiva*, qua insuper publica utilitas promovetur, ratione materiae plerumque vix separari potest. Nihil tamen impedit, quominus praecipua quaedam malorum genera distinguantur, ad quae pro viribus arcenda, praeter privatam civium curam, generatim publica quoque vigilantia et publice ordinatis cautionibus opus est. Eius- modi sunt:

607. 1. *Mala, quae a causis physicis proveniunt:* ut morbi pestiferi et contagiosi; pericula fluminum et inundationes ob defectum aut insufficientiam aggerum vel propter aquis paulatim congestos in

lveo obices; incendia ex neglegenti custodia ignis vel vitiosa uctione focorum; abundantior propagatio ferarum devastan- agros aliorumve perniciosorum animalium; importatio in- ɔnis per organismos hostiles in vineas, plantationes vel ar- s; populi calamitas propter insufficientiam annonae et commune ı periculum; gravia vitae discrimina, quae innumeris homini- ex variis per se utilissimis civilibus institutis impendere pos- t, nisi et materialis operum constructio securitati accommodata et iis utendi practicus ordo et modus, immo in nonnullis et per- ım fungentium aptitudo et peritia publicae vigilantiae sub- t: v. g. viae ferratae, naves et pontes usui publico destinatae, allorum et carbonum fodinae, maiores fabricae a multitudine ( iorum frequentatae, nosocomia, pharmacopoeae, emporia lice vendentium cibaria, et id genus alia. Itaque politiae ncumbit in his omnibus pro rerum exigentia contra eventura cula vel indirecte et remote tantum vel etiam directe et roxime suam vigilantiam exercere, iisque, ubi opus fuerit, ac- ommodatis ordinationibus occurrere; si vero alicubi mala iam ıgruerint, prompto auxilio et idoneis remediis vim eorum fran- ere et damna quantum fieri potest reparare.

3. 2. *Mala et pericula, quae a mala hominum voluntate aut ab ıdomitis passionibus oriri solent.* Itaque vigili observatione oc- ısionum, locorum, temporum ac personarum politia per sua rgana provide impedire conatur furta, rapinas, latrocinia, ex- ɜrnas iniurias et contumelias, rixas, violentas aggressiones et indictas privatas, duella, homicidia aliaque externa delicta. ropter maiore vigilantia circumdabit extraneorum hominum nt vagorum confluxus, clandestina malevolorum et suspecto- ım conventicula, agitationes ac sollicitationes factiosorum aut ccultas seditiosorum machinationes. Hinc pariter ad politiam ertinet materialiter et remote cooperari *iudiciis publicis,* post rimina iam patrata, eorum auctores omni industria inquirendo osque comprehensos in custodiam tradendo secundum leges iudi- ındos. Tum ratione huius officii tum ad delicta efficaciter prae- enienda politia armatis organis indiget cum potestate, non solum elinquentes sed etiam homines actu periculosos aut certis indiciis ıspectos, ubi necessarium iudicaverint, comprehendendi et in ustodia detinendi. — Non tamen ideo politia sub eo saltem espectu, ut nonnulli putarunt, pars aliqua administrationis iustitiae

esse censenda est, utpote quae fine suo principali ab
liter differt. Huius enim principaliter interest, ut i iae
fiat, et si laesa fuerit, proportionata reactione r tua
autem, etiamsi aliquando non mere praeventiva sed simul rep
siva fuerit, principaliter tamen nonnisi *securitatem* procuran
vel restituendam intendit.

Ad securitatem *efficaciter* tuendam, praesertim contra peri
quae clandestinis consiliis parantur, non raro similibus, i. e
cultis remediis, opus erit. Propterea, ubi externis indiciis
satis fundata suspicio pravorum eiusmodi consiliorum hal
non omnes etiam extraordinariae officialium industriae penet
secreta per se reprobandae sunt, quamdiu nec in se nec in
quicquam contineant, quod vel moribus vel socialis vitae hon
vel dignitati magistratus publici contrarium sit. Quamquam
non raro licitum et per adiuncta necessarium esse possi
organa politiae quibusdam in locis et occasionibus habitu
et reconditis insignibus personae publicae suam praesentian
simulent, numquam tamen iis licet se immiscere malevo
conventiculis *positive* se eorum socios simulando aut etia
excessus *instigando*, quo facilius eos in verbo vel facto dep
dant denuntiandos („agent provocateur"). Similiter auct
publica indignum est ex illis ipsis pecunia sollicitare et
proditores ac denuntiantes, ut postea tam abiectorum ho
testimonio etiam in iudicio publico utatur. Neque illi
arbitrio politiae permittendum, ut cuiusvis suspicionis
cretum epistolarum violetur vel privatae habitationes perlust
vel personae cum famae dispendio libertate priventur.

**609.** 3. *Quaecumque publicae honestati ac decentiae adver*
undecumque et quacumque ex causa eveniunt. Inter c
socialia bona omnis humanae communitatis illud etiam pra
locum occupat, quod vulgo nomine „honestatis publi
prehenditur et cuius laesio veram iniuriam in totam soci
et malum publicum continet. Tametsi igitur ad politiam
pertinet privatis civium moribus invigilare, pro viribus
praecavere et impedire debet, quae scandalo publico su
facile esse possunt. Huc merito referantur oportet non
scenicae vel dramaticae repraesentationes et ludi publici,
facto omnis morum lascivia docetur et commendatur,
publica expositio imaginum, quarum aspectus sensum p

vel offendit vel maculat, necnon scripta publice venalia, quae, quocumque praetextu edita, per se ad corrumpendos castos populi mores et propagandam luxuriam destinantur. Praeterea non minus publicae honestati adversa et societati iniuriosa dicenda sunt, quaecumque publice, sive verbo sive scripto sive facto, in Deum, supremum omnis societatis regem et legislatorem, apertam blasphemiam prae se ferunt aut religionem et sacra populo veneranda contumeliose contemptui tradunt. Haec omnia igitur a politia, quantum ab ipsa pendet, vi sui naturalis officii nec permittenda nec toleranda sunt, sed, quatenus per adiuncta licet, constanter impedienda. (Cf. P. I, n. 385; P. II, n. 324.)

II. *De cura positiva utilitatis publicae.*

**610.** In omni societate civili, cuius populus in gremio quodammodo Ecclesiae ad exsistentiam politicam primum natus et educatus, sub influxu sociali christianae religionis adolevit, proinde qua late patet occidentalium populorum cultura, prope innumera et summa varietate distincta socialia instituta partim privata partim publica successu temporum erecta et fundata videmus, quorum communis finis est aliqua ex parte utilitatem ac prosperitatem publicam promovere. Et alia quidem materialia vitae socialis commoda, alia spiritualium bonorum procurationem magis respiciunt. Alia ad producendam et comparandam rerum ad vitae usum necessariarum copiam, ad perficiendam producendi methodum et facilitatem, alia ad aperiendas augendasque terra marique mercaturae vias opportunasque nundinas, alia ad secure ordinandum ac facilitandum epistolarum ceterumque verbi humani commercium pertinent. Alia specialibus operibus misericordiae et christianae caritatis, ut iuvandis pauperibus, sanandis curandisque aegrotis et miseris, sepeliendis defunctis, deputantur; alia educandae et erudiendae iuventuti, alia excolendis docendisque artibus et scientiis subserviunt; alia denique directe ad publicum Dei cultum et ad fovenda iugiter in populo praeclara omnis virtutis exempla ordinantur. Atque haec omnia partim ipsius Ecclesiae providentia et institutione, partim, sub ei [illegible] ciali [illegible] studio et liberalitate fidelium, partim civi[illegible] priv[illegible] societatum civilium industria, partim legibus et [illegible] publicis vel principum cura suscitata et fundata [illegible] t.

Unde apparet, quanto in errore ii [illegible] curam utilitatis publicae, qua late patet, a *sola*

Cum his quoque perfecte concordat propria destinatio et *ralis ambitus* omnis civilis potestatis. Quemadmodum enim societas civilis, in ordine ad procuranda humanae vitae sub-ia in his terris necessaria et utilia, familias, tribus, earumque ctiores communitates in iis complere debet, in quibus ipsae ad m finem suis viribus tuto assequendum essent impares, ita et as civilis ad promovendam *civilem* prosperitatem naturaliter tur, non ut privatam civium activitatem socialem super-am reddat eiusque vices subeat, sed ut eam potius opportunis mulis promoveat et harmonice dirigat, opera vero, quae vires ivatas superant, publica liberalitate compleat.

l. Unde haec *generalis conclusio* consequitur:

In omni societate civili, communi saltem gradu humanae lturae praesertim christianae imbuta, *positiva publicae utilitatis ra, quae „politiam" contingit,* ad haec fere capita reducitur:

1. Cuncta opera et instituta socialia aliquo modo publice lia, quae iam erecta in republica exstant, sive ecclesiastica e civilia, sive corporum sive animorum saluti, sive materialibus e idealibus hominum bonis comparandis inserviant, non solum n veluti aliena et suspecta inutili formalismo impedire et coningere, sed benevola potius protectione fovere;

---

em das Publikum entweder zu arm ist, um über die nothwendigen Mittel gebieten, oder zu wenig in der Bildung fortgeschritten, um den Nutzen einehen, oder auch nicht hinlänglich im gemeinsamen Wirken geübt, um zu Vornahme fähig zu sein. Dies gilt mehr oder weniger für alle an Desponus gewöhnten Länder und besonders für die, wo ein grosser Abstand in Civilisation zwischen den Regierten und Regierenden ist, wie namentlich Völkern, die erobert sind. . . . In vielen Theilen der Welt kann das Volk hts für sich thun, was grosse Mittel und Zusammenwirken erfordert; alle che Gegenstände bleiben ungeschehen, wenn der Staat sie nicht unternimmt. diesen Fällen . . . wird eine gute Regierung ihre Hilfe immer in der Gelt gewähren, dass dadurch alle sich etwa vorfindenden Keime eines G ividueller Anstrengung ermuntert und genährt werden. Sie wird n eben, alles, was die freiwilligen Unternehmungen hindert und e , beseitigen, und alles, was sie erleichtert und ihnen die nöthi L ı und htung geben kann, zu befördern; ihre Geldmittel werden, w ı hr zur Unterstützung von Privatbemühungen als zu ihrer Erset ndet werden. . . . Die Regierungsunterstützung . . . sollte so n, dass sie soviel wie möglich für das Volk ein Lehrcursus , grosse Aufgaben durch individuelle Thätigkeit und freiwill ken zu erfüllen."

2. Ad nova similia condenda opera, maxime quae c ac praesenti alicui necessitati respondent, magnani spontaneitatem omni morali succursu animare, illorumque tioni viam obstaculis expeditam planamque exhibere.

3. In delectu mediorum, quibus directe ac per se tantum tuendae securitatis publicae exercetur, nihilomin tum per adiuncta licet, simul publicae quoque utilitatis promovendae rationem habere.

4. Universam corporis socialis activitatem socialiter fructiferam, eius videlicet praecipuas partes, laborum et industriarum genere, studiis et oeconomicis concertationibus multipliciter distinctas, ita supremo quodam regiminis obtutu ac moderamine, negativo magis quam positivo, suaviter complecti et prosequi, ut, dum singuli cives aut civium classes proxime sua propria emolumenta quaerunt, simul tamen eo ipso *harmonice* ad communem et publicam prosperitatem conspirent. Ad hoc autem opus est sapienti quadam publica cautione, ne inter varia genera civilis activitatis et industriae illa mutua quantitatis et expansionis proportio turbetur, ex qua sola utilitas vere communis resultat et qua neglecta grave potius damnum pro sociali pace totius reipublicae oriri potest; uti v. g. eveniret, si in aliqua societate civili „industrialismus" ita ultra modum excresceret et oeconomice dominaretur, ut *agriculturam* et naturalem productionem maxime *necessariam* paulatim absorberet aut suffocaret. Quare ad auctoritatis publicae providentiam pertinet, ut in distribuendis publicis oneribus et favoribus partim *remote* ope legislationis, partim *proxime* quotidiano influxu administrationis illius proportionis conservandae ac protegendae ratio habeatur.

5. Providentiae publicae denique est, multiplicem utilitatis publicae procurationem, quae a civium et privatorum coetuum spontaneitate procedit, insuper publice iis operibus et institutis ad finem publicae utilitatis necessariis complere, quae vel privatas vires superant, vel alia de causa diutius suo effectu carent, vel quae suapte natura necessario publicam administrationem exigunt, uti e. g. res vehicularia.

### B. Cautiones ad recte administrandam disciplinam publicam necessariae.

612. Nulla pars administrationis publicae per se magis quam haec societati *immediate* benefica, nulla promptius ac laboriosius

noctuque communi *civium bono* et *commodo* sive custodiendo
ve promovendo intenta est; simul tamen, quod mirum videri
, nulla plerumque in quotidiano civili consortio magis solli-
devitata aut etiam exosa esse solet. Quod quidem si apud
s tantum contingeret, quos ipsa conscientia aliquo modo illi
spectos denuntiat, nihil esset quod mireris. At vero idem non
apud bonos quoslibet et pacificos cives observatur. Quam-
homines generatim natura ita comparati sunt, ut, quidquid
l remote libertati derogare videtur, tamquam adversum vereantur,
ec ratio psychologica tamen per se sola ad vulgare illud factum
plicandum haud sufficeret, nisi ex variis causis offendiculi et
tatis defectibus, qui in administranda politia facile committi
ent, maiorem vim obtineret. Quam ob rem summi momenti
, ut per ipsam huius officii publicam administrationem tam in
lectu organorum quam in eorum modo procedendi, quantum
ri potest, omnis ansa inutilis offensionis aut iustae querelae sol-
ite caveatur.

I. *Cautiones ex parte ipsius administrationis.*

1. 1. *Magistratus,* quibus administratio disciplinae publicae
nmittitur, immo et subordinata eorum *organa* viri sint oportet,
i cum vitae integritate ac probitate, cum practica cognitione
;um ac iurium, cum sincero, forti et constanti zelo ordinis
blici bonique communis magnam coniungant prudentiam, rerum
rsonarumque cognitione iugiter informatam, sollertem vigilan-
m absque suspiciosa circumventione, in suo commercio cum
ıni civium classe obsequiosam humanitatem. Quae dotes in
lectu personarum eo minus neglegendae, quo magis ab his
tissimum salutares fructus huius ministerii dependent, cum eius
ıctio plerumque pro casu concreto nec particulari lege nor-
ıta nec longa deliberatione praeparata esse possit, sed pro ad-
ıctis praesentibus subiectiva aestimatione ac immediata resolu-
ne agentis nitatur.

2. In ipso *exercitio* totius huius muneris duplex peccandi
ɔpulus, vero eius fini et bono reipublicae aeque adversus, summo
ıdio vitandus est, mediam tenendo viam sapientiae inter *de-*
*:tum* et *excessum* [1]. Unde omnino cavenda:

---

[1] *Bluntschli,* Allg. Staatsrecht II, 170 sqq., ita de
ıqueritur: „Bald wird der Polizei ein zu beschrän

a) *Inertia et languens tarditas vel habitualis indul* a in iis, quae ad curam securitatis publicae pertinent. Qui d ubi instar moris inolevit, recto sociali ordini gravissima v infligit. Etenim malevolos quosque et facinorosos homin reddit et animat, bonos debito et sperato praesidio f , subditis pro fiducia diffidentiam gignit et auctoritatis cont turbis denique et anarchiae viam aperit, dum cives, de pr et opportuno auxilio publico desperantes, privata n ipsi opem ferre suaque iura contra aggressores vindi e ( pelluntur.

b) *E contrario immoderata vel importuna publicae interventionis expansio,* qua variis modis tam in curanda securitate publica quam in promovenda communi civium utilitate peccari potest; speciatim quidem:

*α*) Per improvidam praecipitantiam aut exaggerationem in usurpandis mediis coercitivis, deficiente proportionata gravitate causae; quo fit, ut animi alias pacati ac dociles ad indignationem provocentur indeque malum augeatur potius quam tollatur.

*β*) Per armatam interventionem non legalem seu excedendo limites sive lege sive consuetudine recepta praefinitos, v. g. si personae integrae famae vel etiam publica aestimatione fruentes ex quolibet levi indicio temere comprehensae *publice* in custodiam trahuntur, aut si honestarum domorum penetralia solo fere arbitrio officialium scrutationi subiiciuntur.

---

tigkeit angewiesen, und sie verhält sich unthätig und gleichgiltig, wo sie wohlthätig einzugreifen und für die öffentliche Wohlfahrt zu sorgen den natürlichen Beruf hat. Bald hinwieder breitet sie ihre Gewalt unmässig auf Verhältnisse aus, über welche ihr keinerlei Bevormundung gebührt, und hemmt oder belästigt ohne Grund die Freiheit der Individuen in Lebenskreisen, wo sie nichts zu befehlen hat." — Dein eandem rem illustrans historice, postquam ostendit medio aevo iuxta moralem disciplinam ab Ecclesia exercitam disciplinam proprie civilem satis neglectam iacuisse, ita de recentiore aetate pergit: „Gegen Ende des Mittelalters kam dagegen eine Reaction: und man gerieth bald in einen entgegengesetzten Fehler. Der wieder stärker gewordene Staat fing an, in der Absicht, die Völker glücklich zu machen, sich in alle, auch die ihrer Natur nach individuellen Verhältnisse der Bürger einzumischen. Es kam ein System auf — der *allgemeinen Bevormundung* und der *Vielregiererei*, welches die Erwachsenen wie Kinder behandelte und die bürgerliche Freiheit auf allen Seiten einengte. Von Staats wegen wurde alles geordnet und befohlen, der Glaube, die Sitte, die Nahrung, die Kleidung, die Wohnung, die Berufsweise, der Handel und Wandel."

γ) Per immoderationem in edendis fere quotidie novis ordina-
onibus ac disciplinaribus praeceptis, quorum notabilis utilitas vix
et, sed quae innumeris laqueis civilem libertatem impediunt
fatigant, maxime ubi circa res minimas et quotidianas
ersantur.

δ) Per arrogantiam se ingerendi in res a sua competentia
alienas, quales sunt potissimum res ecclesiasticae et quae
e natura ecclesiastico iuri subduntur, ut religiosa institutio
educatio iuventutis. Potestati publicae ex officio convenit,
totum iuris ordinem intra ambitum reipublicae, ita etiam iura
stica contra omnem iniuriam tueri, immo ratione utilitatis
ae eorum liberum exercitium positivo etiam adiutorio pro-
ere.

ε) Per illam denique affectatam omniprovidentiam et omni-
otentiam, qua „politia" utilitatis publicae nomine promiscue
ivata et publica complectens, cuncta fere per se informare,
dinare et regulare gestit, neque civili libertati neque domesticae
tonomiae spatium naturaliter debitum relinquens. Quantum
nc damnum sociale loco verae utilitatis publicae eventurum sit,
n supra satis ostensum est.

Enumeratis *negativis cautionibus* haec merito substitui potest

*Positiva regula.* Administratio disciplinae publicae ita suum
olicem finem, securitatem et utilitatem publicam, perfecte ad-
olere contendat, ut numquam non appareat magna reverentia
ilis libertatis et legitimae autonomiae, sitque in ore civium
ecipua eius laus: quod noverit in suis operationibus „maximum"
caciae et beneficentiae cum „minimo" molestiarum coniungere.

II. *Cautiones legales.*

Quamquam in administranda disciplina publica ex natura
rectus et salutaris usus potestatis a praepositorum potissimum
isilio, sapientia et industria exspectari debeat, considerata
nen et rerum quae attinguntur gravitate et communi humana
ilitate, generatim opportunitate non caret quaedam insuper
itiva *legalis directio*, qua pericula abutendi potestate prae
eris obvia praecaveantur atque ita non sine emolumento auc-
itatis fiducia publica firmetur. Huc pertinet:

1. Ut potestas et competentia ordinaria ratione personarum,
orum, rerum et causarum, quantum res patitur, *vi legis* nega-

tive circumscripta publice constet, q p re
nisi extraordinaria facultate, pro adi t t
vel expresse vel tacite contenta et iure p a, ut i
potest in casu non praevisae urgentis pu

2. Ut potestas poenas disciplinares statuendi et citra for
iudicii infligendi [1], aut violenta manu usum iurium e liber
sive possessionis suspendendi, non indefinita sit,
generalem aliquam legis normam certis condicionib

3. Ut contra eiusdem potestatis abusum, quo quis se i
laesum existimaverit, pateat recursus ad iudicium.

## § 2. De re militari.

### A. De origine et fine rei militaris.

615. Omne ens creatum vivens naturaliter aliqua vi p
praeditum est, uniuscuiusque organismo accommodata, q
vitam contra imminentia pericula tueatur et vitae fines su
externis obstaculis secure prosequatur. Ideo et multa
naturaliter armata conspicimus. *Individuis* autem hominibus p
vires corporis et aptitudinem membrorum imprimis intelle
data est, qua ipsi sibi ad eundem illum finem media opp
comparent. Analoga ratio est *societatis* in unitatem pe
moralis ex multis individuis hominibus compositae et p
morali et stabili unitate collectivam vitam agentis sibi pr
et a vita singulorum distinctam. Itaque ex naturae ordin
societati civili convenit, ut et ipsa *qua talis* congrua vi p
praedita sit superandis periculis et iuris obstaculis accomm
idque eo magis ei necessarium esse intellegitur, quod non
ipsum corpus sociale sed et singula eius membra tueri ex
proposito debeat. In omni igitur societate civili opus est
publica institutione et providentia, qua illi sufficiens et a

[1] Administrationem disciplinae publicae ad suum officium efficac
plendum carere non posse aliqua potestate poenas *disciplinares* absque
processu iudiciali infligendi (Züchtigungsgewalt), omnes facile admitt
tamen, qui putarunt eam non nisi per exceptionem illi competere
tuatam a iudicio, cui soli propria censeri debeat. Quae opinio merito
cum illa potestas in ipsa eius natura fundetur neque per se ullatenus
*institiae* sed ad proprios illius fines dirigatur. Cf. *Stahl*, Rechts- und
lehre II, 594. *Bluntschli* l. c. p. 183. *Walter*, Naturrecht und Politik
eandem potestatem aliqua tamen cautione quasi-iudiciali mitigandam es

*Zica* comparetur et ad necessarios usus illico praesto habeatur. dquid ad hanc specialem publicam activitatem pertinet, vulgo nine *rei militaris* complectimur. Esse autem curam rei militis functionem aliquam propriam *supremae potestatis exsecutivae* eius natura et fine satis apparet.

Nimirum ad *duplicem finem* vis publica ac proinde res militis necessaria est:

1. ad internam vitalem unitatem reipublicae in sua integrie servandam, i. e. ad ordinem publicum contra graviores innos motus vel seditionis vel civilis discordiae defendendum t, si perturbatus fuerit, restituendum;

2. ad hostiles aggressiones, quae ab extranea potentia in- possunt, efficaciter repellendas, aut in iuris conflictu intertio li aliquando etiam ad vi repetendum ius certum et magni nti iniuste negatum, id tamen nonnisi deficiente internationali ıali, legitimo causae arbitro, et post alia pacifica media h

Qui primo loco recensetur finis suapte natura quidem *primarius*, societati civili totus internus et hinc proxime atque unisim necessarius, alter potius *secundarius* dicendus est, quia essitatem ab extrinseco accidentem respicit. Nihilominus *rae actualis aut gravioris necessitatis* pro adiunctis modo hic do ille in cura rei militaris primarium locum occupare potest.

Secundum *primum* finem spectata vis publica fere tantum ervatum quoddam militare subsidium ipsius „politiae securiis" constituit, tametsi ab huius administratione seiunctum. o praesto esse debet, ut obortis vel imminentibus maioribus turbationibus ordinis publici, quibus sedandis vires „politiae" ares esse videntur, huic suam cooperationem praestet vel itus illi suam propriam actionem militarem substituat; quod nen generatim nonnisi requirentibus magistratibus civilibus fieri ıvenit. Idem igitur finis, nisi ad eum alius accederet, generatim n in maioribus civitatibus vel regnis neque valde numerosum rcitum neque adeo magnum bellicum apparatum exigeret, xime ubi indoles populi cognoscitur pacifica, publica v ad- io iustitiae laude et studio boni communis excellere que i querelis, seditiosis motibus omnem ansam subtı ere ur. Hinc et onus materiale civium admodum leve, per ı plane nullum foret, cum necessarius numerus li

facile ex voluntariis conduci posset. Et vero putandum non hunc felicem civilis societatis statum ita mere idealem , *per se* omnem terrenam realitatem transcendat. Esset enim que dubio approximative possibilis, *quam primum in mutuis relationibus coexistentium societatum civilium stabilis quidam ordo iuris internationalis ideam christianae communionis populorum realiter exprimeret, publice dominante suprema lege iustitiae et caritatis.* Sed, proh dolor! ab hac ipsa felici condicione realitas longissime distat[1].

616. Quae cum ita sint, sane mirum non est rem mili *historice* quidem formam ab illa laudata longe diversam in Eius quippe ambitus iam potissimum ex *altero fine,* qui reip tutelam contra hostes *externos* respicit, modum ac m a accipere consuevit. In particulari duo fere momenta sunt, hanc mensuram determinant: a) maior minorve suspiciosa dentia, qua confines nationes earumque rectores sese mutuo servant, novum scilicet iuris publici axioma edocti, p i rigore et litera pactorum in *politicis* actionibus vulgo p supremum *principium utilitatis* („Interesse"), quae utique in mutari nec stabilem internationalem fiduciam fundare b) relativa magnitudo potentiae physicae, qua aliae praesertim vicinae, in casu belli uti valeant. Atque ita revera tempore quo vivimus eos, qui publica gubernacula tenent, videmus vel invitos quadam inter se aemulatione cunctis viribus contendere, ut in media pace vim publicam cuivis extraneae potentiae parem vel etiam superiorem ad omnem belli eventum illico paratam habeant. Unde necesse est onera tam materialia quam personalia, quae pax ista iugiter armata civibus imponit, perpetui belli oneribus assimilari. Vel hinc satis apparet hanc civilis societatis condicionem, quacumque his temporibus necessitate nitatur, per se nequaquam ex instituto naturae intentam, sed in *morali potius societatis morbo esse fundatam*[2].

---

[1] „Solange die Nationen *ein gesondertes Dasein* führen, wird es Streitigkeiten geben, welche nur mit den Waffen geschlichtet werden können." Dictum cl. *de Moltke* in sua „Historia belli Franco-Germanici anni 1870/71".

[2] Unde primum hic morbus originem sumpserit atque iugiter alatur, fusius a nobis ostensum est in libro „Grundsätze der Sittlichkeit und des Rechts (1868) p. 260 sq. Ex quo nempe ius internationale, fere secundum ideam Macchiavelli, magis magisque non solum a lege christiana verum etiam a lege morali et naturali iustitia emancipari coepit, ut eius loco solius naturalismi ac

Verum antequam ea, quae statum morbi, quasi per excep-
a naturae regula, consequuntur, in particulari perpendamus,
losophiae interest, ut primum generalissima de re militari norma
naturalis praefigatur.

B. **Qua ratione res militaris in iure naturae fundetur.**

Ius naturale per se generalibus tantum principiis constat,
e et iura et officia, quae proxime inde derivantur, per se

---

naterialismi prudentiam sequeretur, cuius suprema lex in *nationali egoismo et* *ilitarismo* consistit, eo ipso inter nationes etiam christianas [!] virtualiter tatus belli omnium contra omnes nomine „iuris gentium" inductus est. Hinc ax nulla nisi armata et in „aequilibrio" virium inter se pugnantium fundata; inc ad instruendos et alendos exercitus huic aequilibrio pares iugiter prope xhausta medulla terrae et consumptis thesauris ingentia debitorum onera in raesentem et futuras generationes congesta; hinc denique aliorum contra alios oalitiones, sive ad firmandum sive ad impune rumpendum, si quando placuerit, „pacis" aequilibrium. Atque ita gentium inter se relationi loco christianae aritatis et iustitiae frigidus *egoismus*, loco fiduciae publicae in mutuam fidetitatem et reverentiam pactorum *universalis diffidentia* et mutua suspicio praesidet, quam politica hypocrisis et obsequiosa duplicitas insuper nutrire consueverunt. — Atque utinam hic rerum status ubique agnosceretur tamquam id uod revera est, nimirum tamquam perniciosissimus *morbus socialis, ortus ex* ipostasia *societatis a Christo et lege divina!* Sed contra videmus iam ipsa heoretica principia eidem statui, quasi per naturam necessarius esset, accomodari. Ita *A. Lasson* (Princip und Zukunft des Völkerrechts [Berol. 1871] 31 sq.) scribere non veretur: „Der Staat ist nach aussen ein ungebändigter, ngezügelter Wille der Selbstsucht. Da es für ihn keine sittliche Pflicht, keine echtsordnung gibt, der er zu gehorchen hätte, so dient er nur seinem Nutzen, weil jeder Staat das thut, so gerathen die Staaten nothwendig in einen blässigen und auch nach scheinbarer Unterbrechung doch immer sich erneuernden Conflict.... Der Staat ist ein durchaus herzloses Wesen. Aber n so rücksichtsloser ist sein Eigennutz, seine Selbstsucht. . . . Recht und ttlichkeit bindet den Willen des Staates nicht. Nur eines ist es, was den aat in solchem Trachten hindert, nämlich die Furcht vor fremder Macht. ir dem Schwachen gegenüber ist ein Staat dreist und erlaubt sich, was ihm fällt. . . . Darum sind alle Verhältnisse der Staaten auf die Spitze des hwertes gestellt; nur die Macht entscheidet, nur der Starke kann bestehen, d der Schwache ist schon um der blossen Schwäche willen zum Untergange stimmt.... Man muss also die eigene Macht auf jede Weise zu vergrössern, e fremde auf jede Weise zn verkleinern suchen. Alle Pflicht der Liebe hat re Schranken an der Pflicht der Selbsterhaltung. Mithin kann von sittlichem andeln, von Wohlwollen, Gerechtigkeit nur die Rede sein, wo ein garantirter echtszustand vorhanden ist.... Ein Recht ohne Garantie ist gar kein Recht." alibi complura similia, ut p. 55 sqq. Cf. et eiusdem opus „System der Rechtsilosophie" (1882). Auctor nullam legislationem *naturalem* neque iustitiae que moralitatis respectu status publici novisse videtur.

generalia sunt et qua talia in abstracto tantum pro ii rectae rationis normam continent. Ita et rei militaris g aliquam normam ius naturae statuit. Eam vero in conc o plicare eiusque modum secundum exigentiam adiunctorum in i- culari determinare humanae auctoritati commissum est, iis t praefinitis iuris limitibus, quos ambitus eiusdem generalis n et finis naturae assignat. Itaque generalissime valet

**Thesis LXVII.** **Quemadmodum generalis obli ci- vium est, ut ad patriam bonumque commune ab inte et ex- ternis hostibus defendendum fideliter concurrant, ita et officium est supremae auctoritatis civilis, tum ea, efficacem defensionem necessaria sunt, quo minore fieri privatorum bonorum dispendio, mature providere ac pra tum ipsam defendendi actionem imperio ordinare ac dir re.**

Praenotanda. Assertio duabus partibus constat, qua prima officium naturale civium, altera summi imperii mu utrumque autem generalissime comprehendit, quatenus omni s tati civili communiter convenit. Quare nec de modo, quo ci concurrere debeant, utrum personali militia an materiali contributione tantum, nec de institutione ac methodo conscribendi et praeparandi exercitum hic quicquam in particulari determinatur.

**Probatur pars I.** Tota subiectio civilis sub ordine legali publico iure naturae ordinatur ad bonum commune ceu finem societati civili naturaliter propositum, communi civium conspiratione et cooperatione prosequendum. Atqui nulla est pars istius boni communis magis necessaria et essentialis quam ipsa conservatio reipublicae eiusque integritatis, utpote quae prima illius boni conditio sit et fundamentum. Ergo sine ullo dubio civibus, iure naturae seu vi ipsius subiectionis civilis, generalis obligatio incumbit, ad rempublicam et commune bonum ab hostibus sive internis sive externis defendendum fideliter suam operam conferendi.

**Probatur pars II.** *Ex fine et natura supremae auctoritatis civilis.*

1. *Generalis competentia auctoritatis civilis.* Quemadmodum individuis hominibus ita et societati qua personae morali ius est naturale semetipsam conservandi atque contra imminentia pericula etiam hostilia mediis accommodatis tuendi. Hoc ius autem nomine totius societatis exercere est actio *proprie socialis*, i. e. talis, quae societati qua tali ut suo subiecto attribuenda est, et cuius proinde *principium internum* ipsa auctoritas socialis sit

tet (cf. P. I, n. 368). Atque haec quidem omni societati ıunia sunt; speciali tamen modo societati *civili* potissimum eniunt. Unde manifesto consequitur vi ordinis naturalis munus supremae auctoritatis civilis, actionem defensivam reipublicae, ıquam actionem vere publicam, a se provide comparatis mediis parare, atque requisito necessario civium concursu suo imıio disponere et ad prosperum exitum dirigere.

2. Haec omnia tamen *quo minore fieri potest privatorum bonodispendio.* Nam suprema auctoritas civilis, dum ex iure et io suo naturali sollicitam curam in totius reipublicae bonum onvertit, simul tamen officium retinet non minus naturale priata quoque civium iura tam realia quam personalia protegendi tuendi, atque communem civilem prosperitatem cura publica ıro viribus promovendi. Propterea etiam intuitu boni publici ıue temere neque arbitrarie cives re militari onerandi sunt, sed , a privatis imperio requisita, praesertim si stabilia sint, tum magnitudini finis publici procurandi, tum verae necessitati m orum ad hunc finem proportionata sint oportet.

618. **Corollaria.**

I. Generale officium, quo cives iure naturae opem ferre ad defendendam rempublicam tenentur, per se indeterminatum est; quapropter in concreto secundum adiuncta particularia in individuo determinari indiget. Haec autem determinatio quoad *modum et mensuram* secundum rectum naturae ordinem non a singulorum subiectivo iudicio procedit, sed ad officium publicae auctoritatis pertinet ab eiusque iusta et prudenti aestimatione exspectanda est.

II. Hac autem potestate auctoritas publica erga cives iniuste abuti dicenda est, si rem militarem et onera civilia cum ea conexa *absque vera et obiective fundata necessitate politica* quasi in immensum augere et amplificare contendit, sive id fit ex intentione iniustam praeparandi expeditionem contra pacificas exteras gentes vi armorum subigendas, sive ex mera militari ambitione aut ex inani et superba potentiae iactantia.

### C. De variis modis et formis in ordinanda re militari usitatis.

#### I. *Expositio historica.*

619. Omnis cura rei militaris, ut dictum est, eo dirigitur, ut societati civili *vis publica* praesto sit eius reali indigentiae pro-

portionata et ad omnem usum necessarium satis insti
expedita. At vero militaris institutionis modus, quo
secure et apte satisfieri possit, nequaquam unus et c
omni tempore et omni condicione populorum assignari
varius varia aetate pro vario statu et evolutione artis b
practice praevalere solet. In specie notari merentur:

1. Modus prae ceteris naturalis et simplex, quo on
civilibus iuribus et corporis valetudine gaudent, eo ipso defe
quoque reipublicae censentur, ac propterea in casu periculi
ad nutum supremae auctoritatis ad arma vocari iure p
Erat hic modus militiae, ut videtur, propemodum originarius,
solum apud barbaras gentes sed et apud antiquos populos d
cratice constitutos in more positus. Et organica quidem exe
ita formati distributio plerumque non tam artificialis qu re-
gionalis, i. e. secundum regiones et provincias fieri solet
belli duces praeerant supremi magistratus civiles, quos t
inferioris ordinis officiales similiter locales magistratus seque-
bantur; non raro etiam ipsa fiducia civium armatorum immediatos
sibi turmarum duces electione designabat.

Verum nemo non videt hanc institutionem vel ideo, quod originariam quandam simplicitatem refert, ea quoque externa rerum et morum adiuncta supponere, quae huic simplicitati analoga sunt. Manifesto enim supponit artem et rationem belli gerendi admodum primitivam, cuius perfectio et efficacia fere in numero et robore brachiorum et dextero usu armorum manualium consistit, quem filii a patribus dicunt neque alio fere nisi privato exercitio adolescentes sibi comparare student. Supponit praeterea belli causam universo populo satis claram et vere publicam, i. e. talem, quam omnes boni cives et patriae dediti illico simul ut *suam* agnoscant ac propterea sponte magis quam imperio coacti ad arma convolent. Supponit denique actionem bellicam absque longinqua et diuturna expeditione, sed fere circa patriae fines et brevi intervallo finiendam. Diu enim universus fere populus armatus sine gravi calamitate a suis negotiis domesticis arceri nequit. Hinc est, quod formando eiusmodi populari exercitui mox aliquod elementum magis artificiale accederet, nimirum delectus et organica coordinatio virorum, quos aetas et vitae condicio ad longinquas expeditiones et graviora subeunda belli discrimina videbatur reddere promptiores et magis idoneos.

2. Modus medio aevo usitatus „feudalibus" eius temporis institutionibus erat accommodatus. Singuli namque principes ac

tae, imperii clientes (vasalli), vi feudalis beneficii, quo fruetur, ad militare servitium in exercitu imperii tam pro se quam ı ditione erant obstricti. Unusquisque igitur armatorum rum suae feudali possessioni proportionatum ad vexilla imialia conducere tenebatur, bellico apparatu instructum et ıorum usu peritum. Quod illi quidem eo facilius praestare ant, quod aliunde iure militaris conscriptionis in suos subs gaudebant nec raro pro comitatu delecta militum manu ıtel tur.

. 3. A saeculo XVI in maioribus Europae monarchiis mos n uit alendi iam tempore pacis *exercitus perpetuos* („stehende Heere"), iugiter paratos, qui non solum internam pacem tueantur hostibus externis absque longiore praeparatione efficaciter occurrere valeant. Ad hanc novam rei militaris formam principibus magis magisque persuadendam plurimum sane contulit post inventionem pulveris pyrii et novi generis armorum recens otius artis bellicae conversio et evolutio, quae iam non qualemumque sed multiplicem et diu continuatam militum exercitationem eritiamque habitualem cooperandi variis organicis functionibus ›tius exercitus postulare videbatur. Accedit quod eadem intutio non poterat non arridere absolutismo regio, qui eodem ›mpore dilatari coepit. Maxime vero iis percommoda accidit, ıos ambitio politica in omnem occasionem ampliandi regnum et ›tentiam intentos reddebat, quique ad hos fines complendos :ercitu non minus ad aggressionem quam ad defensionem iugiter ›to et expedito indigebant; dum alii, etsi voluntate pacifici, ›fensionis gratia similiter ad omnes casus belli inopinatos sese ›rpetuo paratos reddere cogebantur. Sed quidquid est de histoca origine et vera causa huius militaris institutionis, negari non ›test eam *recentiorum temporum realibus adiunctis atque hodiernis ternationalibus condicionibus* satis congruere et eatenus fortasse iam generatim pro tempore necessariam aestimari posse [1].

Hac autem necessitate supposita ulterius quaeritur: *qua ratione quibus elementis eiusmodi exercitus perpetuus formari debeat?* — arias quippe in hac re vias variis in regionibus ac vario tem›re usurpatas videmus, quales praecipue duae distinguuntur:

---

[1] Cf. Civiltà catt. 1891, Sept., p. 513 sqq.: „Del diritto pubblico europeo della pace armata."

*Aut* enim milites voluntarii tantum seu qui mili pro vitae statu sibi eligunt, pacta mercede ad definitum annorum conducuntur, quo elapso vel recedere vel ıtra non sine congruo suo emolumento renovare possunt.

*Aut* generatim adulta populi iuventus armis idonea versa vel quotannis sufficiente numero sorte conscripta rum annorum lege definitum relictis interim suis privatis ıis sub imperio publico militare tenetur.

Utrumque iterum varias modificationes admittit:

In *prima* hypothesi potest exercitus *aut* totus el s alienigenis constare, sacramento fidelitatis et proprio suo emo mento supremo civili imperio (vix alteri tamen nisi personali regimini principis) arcte obstrictis, ita ut ipsis subditis tempore pacis pro suis civilibus ac privatis negotiis otium non interruptum maneat; *aut* ex solis civibus pacto libero conductis; *aut* demum partim ex incolis partim ex alienigenis coalescit. — Generatim autem nationali dignitati cuiusque populi magis convenire videtur, ut, quantum adiuncta permittunt, vis publica armata ex patriae filiis seu iis potissimum comparetur, quibus defendendi commune bonum reipublicae naturale officium incumbit. Praxis contraria vel exiguam principis fiduciam in fidelitatem suorum subditorum manifestat, vel incolarum indolem molliorem et ferendis armis parum idoneam supponit, vel etiam ipsi regimini principis apud subditos aliquam suspicionem aspergit, quasi prae *communi* civium bono maiore studio suis *propriis* dynasticis privilegiis, forte invito populo, defendendis intentus sit.

In *altera* hypothesi militaris conscriptio civium aut stricte *personalis* aut ex parte *realis* esse potest, prout iis, qui lege ad subeundum militiae curriculum designantur, hoc pensum personali servitio absolvendum praescribitur, aut facultas conceditur, ut, si quis velit ac possit, alium virum idoneum e civibus actu a militia liberis pretio conductum sibi substituat. Recentiore aetate, exemplo potissimum Germaniae, prior modus (obligatio militiae personalis) prae altero latius propagari videtur. Hunc modum commendari aiunt, tum civilis *aequalitatis* gratia, tum ut omnes populi classes „*communi spiritu militari et publico imbuantur*", tum ut exercitus non fere solum infimae classis hominibus componatur, sed assumptis pariter altioris culturae elementis armis ipsis et *statui militari maiorem honorem conciliet* totamque cultam sui temporis ·cietatem digne repraesentet.

II. *Critica aestimatio.*

.. Quicumque sincera et sobria mente supremum societatis ilis finem verosque omnis vitae civilis *fructus* ab auctore na- ae benevole intentos consideraverit, facile, ut confidimus, digno- ore valebit, quaenam inter exposita militiae systemata ad naturae *entiam* et *normam* propius accedant, quae vero *praeter* na- ae ordinem eius potius artificialem aut etiam arbitrariam aggerationem sapiant. Ista quippe sunt, quae maiore minoreve u illum politicum morbum signant, quem supra notavimus, quem vulgo „militarismum" vocant. Eo namque morbo labo- e dicendus est omnis status politicus, in quo instar stabilis titutionis res bellica, veluti finis quidam *in se* aut certe rela- e *supremus,* cunctis fere civilibus institutionibus, pacis operibus, tibus libertatis socialis et privatae dominatur, suam illis nor- n et mensuram praefigens, qua suo servitio deputentur, atque , vel ipso tempore pacis, toga armis cedere cogatur.

Verum quam facile est eiusmodi morbum cognoscere et theo- ice reprobare, tam solet esse difficile eundem, ubi invaluit, ectis remediis practice sanare. Quemadmodum enim non tam aeconcepto hominum consilio repente inductus est, quam pau- im potius faventibus rerum adiunctis per longiorem historicam olutionem invaluit, ita nec subito imperantium voluntate tolli l successivo temporis influxu quasi per partes mitigari et ad tum sanitatis reduci potest. Unde et a civibus aliquando eius- di onus, etsi per se normam recti ordinis excedens, quamdiu infelicia rerum adiuncta citra grave publicum periculum re- veri nequit, tamquam malum temporaneum virtute et patientia tari convenit. Eo certius autem eoque citius reditum ad na- ae moderamen sperare licet, quo apertius et universalius mortiferis fructibus, quibus ipsa civilis prosperitatis condicio struitur et perpetuo bellico apparatu onerata pax ipsa vilescit, a denique mali radix agnita fuerit. Moraliter intolerabilia quo temporis spatio aegre sustentari, perpetuae aut stabilis titutionis firmitatem ac durationem habere nequeunt.

Propterea abunde iam facta populorum de militarismo ex- ientia tam politica quam sociali et oeconomica, non vanum um futuri praesagium apparet, qui pro futuris generationibus *amque* illam rei militaris formam *simul* persistere posse negant, licet et universae iuventutis conscriptionem et exercitum

perpetuum, in quo per annos vitae domesticae ac civili
detineatur, — et praedicunt fore ut, siquidem placu
cratica institutio universalis militiae (allgemeine W
exercitus quoque *civilis et popularis non perpetuus*
instituatur; ubi autem securitas publica aliquem exerci
petuum ad bellicam actionem semper paratum postulaverit, is
nonnisi ex militibus *voluntariis* seu libere conductis com

**622. Scholium.** Multum sane abest, ut in his iam i
christianae reipublicae agnosci posset. *Idea civilis ordinis christ*
omnis cultura sincere christiana suapte natura subservit, pot
est, quae, si ex mente Evangelii aliquo modo ad realitatem
vel ipsos maiores exercitus superfluos redderet. Bello qu
*nationes christianas* locum nullum relinqueret. Fac enim, ut po
christiani, qui hodie omni organico inter se unitatis vinculo
frigido nationali individualismo ab invicem alienati (nisi forte „in
aliquod commune ad tempus alterum alteri coniungat) vit
*egoisticam* vivunt, aliquando sibi iterum conscii fiant illius *inter*
*societatis*, ad quam non minus natura quam religione destinantur; fac,
ut sese agnoscere incipiant tamquam membra *unius* magnae familiae
gentium, sub communi capite Christo, rege regum ac domino dominantium; fac, inquam, ut hanc ideam *ius publicum internationale* realiter
exprimat: et omnis bellorum ratio inter nationes christianas sublata erit.
Tum enim prae caeco et cruento armorum discrimine placebit potius
*supremum aliquod pacis tribunal*, internationali consensu erectum et iure
publico munitum, cuius sit obortas inter varias gentes controversias et
lites ex norma iustitiae et aequitatis sedulo examinare ac demum *iure*
*iuris gentium auctoritate* dirimere. Quod si ita quoque interventu armorum aliquando opus fuerit, id numquam inter pares litigantes evenire
poterit, sed erit actio *executiva* nomine et viribus totius communitatis
internationalis contra apertam rebellionem, si forte aliquod ex membris
consociatis sollemni iuris communis arbitrio acquiescere detrectaret;
quod quidem eo rarius eveniet, quo efficacius in iis adiunctis et ratio
opinionis publicae et virium imparitas pacem suadebit.

Propterea neque plane otiosum neque inopportunum studium apparet,
quod hac aetate ille periodicus coetus virorum, qui a scrutandis condicionibus stabiliendae publicae pacis nomen habet (Congressus pacis —
Friedenscongress), sibi ex instituto propositum profitetur. Tametsi enim
sperato effectu *proximo* sane carens, consilium tamen per se rectum et
laudabile dicendum est, quo et principibus et populis magis magisque
persuadere nituntur tam uniuscuiusque reipublicae quam universae humanitatis plurimum interesse, ne internationales iuris controversiae
ullae deinceps armis et sanguine dirimantur, sed facta conventione alicui

bi neutri parti suspecto et utrimque designato committantur. verit eiusmodi interventionem pacificam, si aliquo modo in publicum reciperetur, ingenti fore beneficio populorum? — Nihilo- et haec salutaris institutio suo necessario complemento et natu- i perfectione carebit, quamdiu non stabile institutum determinati supremi ernationalis arbitrii provisum fuerit, ad quod omnis gravior causa er nationes christianas et cultas disceptata *ex iure gentium condicto sancito* ultimatim deferenda sit.

Ipsa autem historia satis insinuat, quaenam eiusmodi arbitrii sedes orbe christiano aptissima, quaenam cunctis necessariis condicionibus sedita et providentiali dispositione populis christianis praeparata cen- ri debeat. Id certe vel ipse *Leibniz* acatholicus intellexit, ubi pri- m nativis lutheranae institutionis praeiudiciis paulatim emergens, lo ductus lumine philosophico, historico, politico, quaestionem de ra et secura populorum utilitate ac pace fundanda sibi proponebat. erum et recentiore aetate inter protestantes viri sapientes et sin- non defuerunt, qui certissimum refugium pacis internationalis in la Pontificia Sede Romana agnoscerent atque ardenti studio hanc sam ideam publice commendare ac propagare non dubitarent [1].

De eadem re specialius dicendum erit infra in libro II: de iure in- ionali.

## 3. De cura et administratione redituum publicorum.

### A. De fontibus redituum publicorum in genere.

3. Quemadmodum omnis respublica qua persona moralis ad conservationem et ordinatam publicam activitatem congrua qua vi physica instructa esse debet, ita absque sufficienti sub- io publico pecuniarum neque hanc vim sibi comparare neque eris functionibus ad finem necessariis satisfacere neque omnino sistere posset. Magnis igitur sumptibus, quos ordinata et sapiens ius reipublicae administratio exigit, pares publici reditus re- ondeant necesse est. Ante omnia igitur de horum *fontibus* aeritur.

Theoretice loquendo, necdum consideratis necessitatibus, quas ria temporum adiuncta aliquando inducunt, *fontes* redituum blicorum ad *duplicem classem* revocari possunt: alii sunt, qui publicae proventus gignunt *per se* et *in sua origine publicos*, i, qui per contributionem e bonis *privatis* aut quomodocumque

---

[1] Vide testimonia in hanc rem allata P. I, n. 429, p. 351. — Cf. etiam *threin*, Moralphilosophie (ed. 3) II, 714 sq.

*civium sumptu* comparantur. Illi per se *primarii,* hi au *darii* seu *subsidiarii* dicendi sunt.

I. *Fontes primarii* sunt

624. 1. *Bona publica et possessiones stabiles ipsius rei* quae eius quasi patrimonium constituunt. Quamdiu civ munitates arctioribus limitibus circumscriptae modicum territorium a maioribus traditum secure incolebant, ı ɴ licet fiduciam in religiosa pactorum fide et communi in reverentia quam in propugnaculis et armis habentes, admini publica minus complexa longe minores quoque sumptus ad ficam civium prosperitatem tuendam ac promovendam exi Unde non raro contigit, ut vel soli illius patrimonii fr ad ordinarias expensas sufficerent. Quare sapienter in gr futurae generationis per ipsam legem fundamentalem cau ı solebat, ne arbitrio principum talium bonorum substantia pari aut alienari posset.

625. 2. *Bona iacentia* (adespota), i. e. quae intra fines territorii alicuius civitatis ita exstant, ut per se quidem in nullius adhuc proprietate contineantur, sed ad quae sibi acquirenda in usum publicum potestati publicae *prae aliis* ius esse censetur. Varia quidem huius iuris extensio pro varia regionum ac temporum consuetudine erat. Generatim vero tamquam illi obnoxia computari nomine „regalium" consueverunt, quae in visceribus terrae, in montibus, in locis desertis, in nemorum complexibus citra hominum culturam ortis, in fluminibus etc. inveniebantur, ut metalla, fossilia, salinae, ligna adespota, ferae libere vagantes et fluminum pisces, immo et fontes rivorum toti alicui regioni proficui.

*Ratio* autem, cur in haec reipublicae prae privatis ius esse dicunt, partim in quadam aequitate et morali societatis axiomate, quod, ceteris condicionibus utrimque paribus, bonum commune privato praeferri postulat, partim in *practica et oeconomica* considerationc fundatur. Minore quippe civium incommodo ita necessarii publici reditus complentur, quam si unusquisque ex bonis iam acquisitis tributa solvere cogeretur. Praeterea interest plurimum, ne eiusmodi bonorum fontes, per se quidem fere perpetui, immodica et importuna spoliatione in multos annos exhauriantur, sed posteris quoque integri conserventur necnon provide in bonum ius gentis colantur; id autem generatim exspectari vix posset,

illi absque limitatione privatae occupationi, industriae et ava-
ae permitterentur.

*Modus* tamen, quo eadem bona in reditus publicos convertan-
ur, pro varia eorum natura varius esse potest. Sunt quae
*diate*, publica ad hoc instituta operatione et industria, no-
reipublicae acquiri, ad usum communem praeparari ac dein
ure monopolii pro conveniente pretio dispensari possint, ut v. g.
producto salinarum alicubi fieri videmus. Plerumque autem
*liate* tantum inde reditus publici percipiuntur, ius in bona
privatis vel privatorum societatibus certis condicionibus
o aut praescripto ordine ad limitatum usum concedendo[1].

626. *Instituta publica,* quibus *res vehicularia,* imprimis per *vias ferratas,* ordinatum et securum *commercium epistolarum* nuntio-
umque *telegraphicorum* publice curatur. Hac re hodie apud cultas
entes in immensum aucta atque in dies magis technice perfecta,
uius usus facilis et proficuus cunctis hominum classibus patet,
eri non potest, quin sub strenua et prudente administratione
ost ingentes licet expensas publicum ex ea lucrum haud modi-
um quotannis resultet.

Ceterum nota est recenter orta necdum penitus soluta *po-
tica controversia,* qua in quaestionem vocatur: utrum in specie
ias ferratas paulatim omnes publice administrandas in dominium
ublicum converti, an vero potius privatarum societatum dominio
t administrationi sub legis publicae cautela et directione porro
ermitti ad commune bonum magis conveniat? — Utraque sen-
entia gravibus rationibus fulcitur.

*Primae* sententiae favere videtur theoretica convenientiae ratio
x natura rei deprompta. Nam cum viae ferratae, si earum
artes mere locales aut regionales excipias, *per se* et directe non
am privatae quam *publicae necessitati et utilitati* subserviant,
egari non potest eas per se ad ambitum quoque publicae curae
c providentiae pertinere. Atque haec ratio inde etiam maiorem
im acquirit, quod tempore belli in viis ferratis necessarium
uoddam ac praecipuum militare subsidium situm esse constat ac
ropterea in ipsa earum constructione et directione huius etiam
nis, qui totus *publicus* est, rationem haberi necesse est. — Ad-
unt praeterea rationem *maioris utilitatis communis* civium, eo

[1] Cf. *A. Wagner,* Finanzwissenschaft vol. I, ubi de regalibus eorumque
su tum antiquiore tum huius aetatis fuse disseritur.

quod administratio publica generatim securior, ordinatior et bilior sit, simulque odiosis aemulationibus privatarum so inter se aditum praecludat, quod denique auctis hoc modo r publicis privatorum annua tributa minuantur.

*Alteram* sententiam ex adverso non tam theoreticis et versalibus quam *practicis* et a concreta *politica opportuni* de promptis propugnare solent. Quamquam et theoreticae supra commemoratae non sine vero fundamento opponunt: Recte quidem auctoritati publicae munus attribui ea etiam sollicite providendi, quae non solum ad pacem publicam et iurium integritatem servandam, sed insuper *ad communem civilem prosperitatem positive promovendam* utilia vel necessaria videantur; at vero hanc alteram providentiae partem ex officio illi non absolute sed *subsidiarie* tantum incumbere, scilicet eatenus, quatenus spontanea civium activitas ad eundem finem adimplendum impar aut insufficiens fuerit. Ubicumque igitur privata industria vias ferratas construere et administrare possit ac velit, muneri auctoritatis publicae abunde satisfieri, si illud nemini liceat nisi ex huius concessione et approbatione servatisque condicionibus ab ea praescriptis; atque ita etiam exigentiae militari satis provideri posse.

Quod autem *practica momenta* et *politicam opportunitatem* attinet, prae prima hanc alteram potius sententiam suadent: a) quicumque, socialismo debellando hodie potissimum intenti, nullo modo, ne remote quidem, per institutiones publicas ei viam parari vel complanari volunt, si quidem in acquisitione viarum ferratarum per statum publicum iam praeludium quoddam ipsius socialismi agnoscendum esse existimant; b) qui studio conservandae libertatis civilis et legitimae tam civium quam provinciarum autonomiae prudenter cavendum esse ducunt, ne sine urgente necessitate in manu supremi gubernii instrumentum tam pot et invictum ponatur, quo ipsius centralis influxus immediate et di in omnes provincias et populi classes in dies dilatari easq culi materialis sibi *politice* devincire efficaciter possit, cum sincerae politicae conscientiae et libertatis pro multitudine ci et electorum. Quae ratio sub regimine *constitutionali* in politicarum conflictu quandam sane diffidentiam e supponit, non semper vanam, praesertim ubi forte co factionis politicae sibi homogeneae studia data occasi curare. — Praeterea qui primam sententia administrationem publicam viarum ferratarum,

lectum sed *omnes* comprehendat, adeo magnum aut certum emolu-
ıtum pro aerario publico polliceri, cum per adiuncta minus
ı evenire aliquando possit, ut reditus ne expensas quidem
quent. Immo animadvertunt, posse inde in casu belli minus
liciter gesti aliquando toti reipublicae calamitatem imminere
ias facilius vitandam; per victricem enim hostilem invasionem
rae ceteris bona *publica,* proinde vias ferratas cum omni earum
ıppellectili tamquam praemium victoriae occupatum iri.

*Accedit* denique quod cum hac quaestione alia non minus
avis conectitur, illi analoga et cuius solutio in illius solutione
am rerum necessitate praeiudicatur. Ut viae ferratae suo
idiano servitio sine interruptione fungi valeant, semper praesto
eant necesse est necessariam neque umquam ex improviso
entem copiam carbonum. Ab hac condicione omnis earum
s, tempore autem belli ipsa salus reipublicae dependet. Qua-
ıropter plane inanem esse eorum opinionem vel politicam divina-
ionem non arbitramur, qui post adoptatum publicum dominium
ıiarum ferratarum brevi intervallo omnes quoque fodinas carbona-
ias intra fines regni sitas eidem dominio subiiciendas fore praedi-
ıunt, atque in eo novum passum versus socialismum agnoscunt.

27. II. *Fontes secundarii seu subsidiarii* cunctas civium *con-
ıibutiones ex bonis privatis* comprehendunt, quae, *praeter* reditus
x praedictis fontibus primariis, ad conservandam et recte ad-
istrandam totam rempublicam necessariae videntur.

Ita sane ex natura rei et ex recta aestimatione finis, qui
ıni societati civili naturaliter proponitur. Requisitio bonorum
*ivatorum,* quorum possessionem et pacificam fruitionem societas
blica *ex officio* tueri ac promovere debet, per se neque unicum
que primarium fontem redituum publicorum exhibet, sed *ulti-
ım* potius in casu necessitatis *subsidium*[1]. At vero, ex quo
cietates civiles *gradum et ideam „moderni status publici"* aemu-
ı coeperunt, qui tamquam omnium iurium fons numinis instar
n propter homines, sed propter quem homines esse finguntur,
no non sentit, quanta hic rerum conversio facta sit. Loco
ıorum ac proventuum publicorum, quibus annua tributa ad

[1] Ita exempli gratia antiqua respublica Bernensis teste *Bentham* (Oeuvres
ıx. 1840] I, 336) absque ullis civium tributis administrabatur, quia ad hoc
ıciebat fortuna publica provide aucta et conservata. — Plurima alia historica
mpla refert *Haller,* Restauration der Staatswissenschaft t. II, c. 37, p. 322 sqq.

subsidii partem relative exiguam reducere liceat, thesauri hodie magis *debitis* abundare solent, quibus non solum p sed et futurae generationes in antecessum onerantur. Hinc non est, *tributa* deinceps inter fontes redituum publicorum, minus natura, certe *facto* principem ac *primarium* locum o passe. De his igitur potissimum hic agendum videtur.

### B. De contributionibus publicis [1].

#### I. *De iure exigendi tributa.*

628. Omissa interim distinctione inter varios modos, contributiones publicae fieri consueverunt, sive *directe* tributa stricte dicta, sive *indirecte* seu per vectigal primum generalissime quaeritur: utrum omnino contrib cuiuscumque formae seu tributa latissimo sensu accepta legitimos fontes redituum publicorum censeri debeant et quo iuris fundamento nitantur.

**Thesis LXVIII. Ad ius supremae auctoritatis civilis pertinet, ut redituum publicorum insufficientiam ad necessarias reipublicae sumptus per imposita civibus tributa complere legitime possit, servatis tamen condicionibus lege fundamentali sancitis.**

Praenotanda. Thesis universaliter quidem supremae auctoritati civili ius exigendi tributa tamquam *proprium* tribuit, minime tamen pro arbitrio usurpandum vel illimitatum, sed a) in sua *substantia* et actuali exsistentia per solam obiectivam *necessitatem* publicam determinatum, b) in *suo usu* seu practico exercitio condicionibus iuris positivi obnoxium, ubicumque tale subsistit.

Probatur pars I, qua ius ipsum condicionate asseritur.

*Argum. 1.* Qui ius et officium habet adimplendi certum aliquem finem, idem procul dubio ius quoque habere dicendus est

[1] In extenso et secundum rationem *recentioris aetatis* hanc materiam non pauci magnis voluminibus complexi sunt. Ita inter alios: *L. v. Stein*, Lehrbuch der Finanzwissenschaft (1886). *A. Wagner*, Finanzwissenschaft (ed. 2 1890) vol. II et III, simul fere completam de ea re „litteraturam" exhibens. *Schäffle*, Grundsätze der Steuerpolitik (1880). *Leroy-Beaulieu*, Traité de la science des finances, 2 voll. (ed. 4 1888). *Stuart Mill*, Grundsätze der politischen Oekonomie (ed. 2 germ. *A. Soetbeer* 1864) lib. 5. Cf. etiam *r. Huene*, Staatslexikon der Görres-Gesellschaft, Art. „Besteuerung" et „Einkommensteuer". — Antiquiorum autem doctorum ea de re doctrinam et iudicia vide apud *Suarez*, De leg. l. 5, c. 13—18.

edia, quae ad eundem finem sunt necessaria et aliunde nec a nec inhonesta. Atqui suprema auctoritas civilis vi muneris solum ius, sed gravissimum officium habet omnia ea efficaciter raestandi ac providendi, quae intuitu boni communis et instanum necessitatum reipublicae ab omni bona administratione expectantur et quae sine congruis expensis publicis realiter fieri equeunt. Porro, ubi ad tales expensas necessarias ceteri reditus ublici non sufficiunt, exigere a civibus subsidium tributorum est dium ad praedictum finem a) *necessarium,* ut liquet, b) per se que *iniustum neque inhonestum,* immo vero certissimo officio civium rempublicam plane respondet, quo singuli tenentur ad bonum iune pro virili parte concurrere. Ergo sub condicione in supposita in dubium vocari non potest ius auctoritatis civilis, tum *necessitas* postulaverit, civibus tributa imponendi.

*Argum. 2.* Quam invicte hoc ius in natura rei et in rectae rationis dictamine fundetur, universalis et perpetuus populorum consensus et usus practicus demonstrat, praeterquam quod et in Sacris Paginis idem divinitus confirmatum videmus.

**Probatur pars II**, qua iuris usus asseritur legi fundamentali adstrictus.

Soli regimini monarchico puro, nulla sive constitutione sive ege fundamentali limitato, ita ius imponendi tributa convenit, t et liberum eius exercitium et determinatio modi et quantitatis ibutorum a principis voluntate dependeant. Quare, ut legitima ius decreta tributaria censeri possint, alia condicio non requitur, nisi ut quoad rem et modum intra limites *naturalis iustitiae* ontineantur. Aliud dicendum, si, ut hodie fere ubique, ad imonenda ac determinanda tributa lex fundamentalis cooperationem opuli per comitia deputatorum vel, ut olim, per „ordines" poulat. In hac igitur hypothesi, quaecumque tributa contra vel raeter hanc formam (formam legis) a magistratu publico exerentur, *per se* iuris effectu carerent; nisi forte per accidens in iquo casu *urgentis* necessitatis et salutis publicae illa iuris forma rvari nequeat et aliunde populi consensus tamquam iure narae debitus rationaliter praesumatur, eique post superatam nessitatem talis exceptionis ratio sufficiens reddatur.

Sunt haec per se satis manifesta neque alia probatione ingent nisi ea, quae ex conceptu legis fundamentalis sponte erivatur. Haec enim tamquam ius publice sancitum et sollemni

sponsione pro inviolabili norma totius administratio pu acceptatum et confirmatum, procul dubio vim habet exercitii potestatis, etsi ceteroquin *naturaliter* legitimum, iuris effectu *positive* limitandi.

**629. Corollaria.**

I. *Iuri* supremae auctoritatis civilis exigendi tributa usui quoad rem et modum legitimo in civibus correlatum r *officium* illa fideliter persolvendi. Itaque lex tributa excedens iuris competentiam in imperante per se in sul ligationem *in conscientia* producere nequit, sed indolem t materialis coactionis habet. Id v. g. evenire dicendum si tributum aliquod exigeretur *speciatim* ad exsequendum notorie iniustum aut etiam impium contra ius divinum et l qualis esset institutio et sustentatio scholarum, quae s ice ad suffocandam et excludendam educationem christianam iuventutis, ad labefactanda et evertenda in animis fidei christianae fundamenta dirigerentur. Immo nefas esset, populum fidelem sponte ad hunc finem opem ferre, vel eum non pro viribus legitima resistentia impedire.

II. Verum et essentiale *fundamentum philosophicum*, quo nititur tam ius exigendi quam officium persolvendi tributa, *sola est necessitas publica*[1]. Haec necessitas autem et hinc ratio imponendi tributa tamdiu non exsistit, quamdiu reditus ex bonis publicis, ex „regalibus" et ceteris fontibus propriis reipublicae ad necessarias expensas publicas sufficiunt. Ubi enim copia manet bonorum, quae sunt reipublicae *propria*, i. e. per se ad usus publicos destinata, constare nequit necessitas requirendi *aliena*. i. e. quae *per se* ad usus privatos destinantur.

III. A patronis absolutismi regii inventa ratio, qua ius imponendi tributa indefinite a praetenso *„alto dominio"* sive regis sive status publici in bona etiam privata civium derivare conati

[1] Satis per se intellegitur hanc „necessitatem publicam" („wahres Staatsbedürfniss") hic non ita accipiendam esse, quasi tributa ad fines publicos tantum *absolute necessarios* iuste requiri possint, cum constet ius et officium auctoritatis publicae ad ea quoque se extendere, quae pro adiunctis *magnae communis utilitatis* fore iudicantur. De qua re recte monet *Walter*, Naturrecht und Politik n. 386: „Bei den Ausgaben [im Staatshaushalt] kann jedoch nicht das schlechthin Nothwendige allein das Massgebende sein. Die Würde, die Machtstellung des Staates, die Pflege der gemeinnützigen Interessen führen ihm stets neue Aufgaben zu, deren Lösung er sich nicht entziehen kann."

t, non solum vero fundamento caret, sed et reipublicae per-
i est. Practice enim favet despotico arbitrio civilis potestatis,
retice autem ipsi socialismo viam parat.

IV. Neque veram rationem tributorum ii attigisse putandi
it, qui in tributis explicandis et commensurandis fere unice
; praecipue quandam rationem iustae compensationis agnoscere
lentur, quam singuli cives pro gradu socialis prosperitatis, quae
beneficio vitae civilis sub legum providentia et ordinis
blici tutela obtingit, reipublicae praestare debeant. Non enim
alicuius contractus „do ut des" auctoritas publica suo munere
utilitatem communem civium fungitur, sed ordinatione et ob-
tione naturali[1]. Aliunde tamen legitime fundato iure tribu-
) nil impedit, quominus et illa ratio *aequitatis* ad iuste *distri-*
*a* tributa inter varias civium classes usui esse possit.

II. *De vario contributionum systemate.*

Duplex contributionum forma seu systema (Steuersystem)
iguitur, quod hodie utrumque coniungi et mixtim usurpari
l ita ut modo unum modo alterum magis praevaleat. Possunt
ut iam dictum est, a civibus tributa exigi et persolvi vel
*recte* (tributa directa) vel *indirecte* (tributa indirecta, vectigalia,
erbrauchssteuern). Contributio *directe* fieri dicitur, si cives ali-
ia fortuna praediti certam aliquam partem quotam suorum
uum annuorum quotannis reipublicae tradere tenentur; *in-*
*recte* autem, si illa directe quidem *res* tantum ac merces in
privatum destinatas attingit, aliquid eorum valoris publice
aeoccupando, indirecte autem eos demum omnes *per modum*
*ioris pretii* onerat, qui res illas in suum usum acquirunt.

Aliunde supposita tota summa tributorum *iusta* (i. e. se-
ıdum veram publicam necessitatem determinata), interest prae-
ea quam plurimum tam reipublicae quam singulorum civium,

[1] Recte de hac re dicit *Trendelenburg*, Naturrecht (1868) § 159: „Die
ıern sind nicht ein Aequivalent des Schutzes, den der Staat den Einzelnen
:et, nicht ein Tauschpreis für die vom Staate den Einzelnen gleichsam als
:e dargebotene Sicherheit, sondern sie entspringen aus dem innern Ver-
niss des Ganzen zu den Gliedern und der Glieder zu dem Ganzen und
gemeinsamen Zwecken. Es zahlen daher die Unterthanen die Steuern
t wie Auflagen eines fremden Herrn, sondern als Abgaben an das eigene
ze und in demselben zugleich an sich selbst." — Similiter *Walter* l. c.
78. *I. Stahl*, Philosophie des Rechts II, 2, § 161. *Bluntschli*, Allg. Staats-
t II, 394.

*systema contributionum* sapienter eligi. Porro ut aliquod ei systema perfecte suo fini respondeat, requiri videtur, ut has in se, quantum fieri potest, coniunctas habeat proprietates[1]:

1. *Ut in distribuendis tributis aequa habeatur ratio virium oeconomicarum et actualium facultatum* (Leistungsfähigkeit) *variorum civium*[2].

2. *Ut onus reale illis reddatur levius ipso modo minus mi minusque sensibili, quo subeundum est.*

3. *Ut tributorum legalium perceptio pro administratione publica neque nimiis difficultatibus impedita neque incerta sit.*

Quod si hanc *normam idealem* utrique praedicto s[illegible] ati applicemus, facile apparet neutrum in se esse perfectum n[illegible]

[1] Cf. *Walter* l. c. n. 379, p. 271.

[2] Circa hanc primam proprietatem, qua statuitur *condicio iustitiae distributivae* in imponendis tributis servandae, omnes quidem facile in eo consentiunt, quod in genere rationem aequitatis erga omnes haberi volunt. Plerique etiam hanc rationem aequitatis et condicionem iustitiae reponunt in ipso *principio aequalitatis*, non sane absolutae sed relativae seu proportionatae reali inaequalitati civium. Si autem ulterius quaeritur, *quid in specie et formaliter illud sit, cui tributa proportionari debeant*, ut iusta illa aequalitas obtineatur, scriptores dissentiunt. *Alii* tributa mensuranda esse existimant secundum varios gradus *fruitionis* bonorum et commodorum in societate civili, utpote quae omnia nonnisi beneficio ordinis civilis haberi possint (Theoria fruitionis, „Genusstheorie" — cf. *Laspeyres*, in „Staatswörterbuch", ed. a Bluntschli, IX, Art. „Staatswirtschaft"). *Alii*, ut hodie communiter, pro mensura proportionis assumunt *vires oeconomicas* singulorum („wirtschaftliche Leistungsfähigkeit"). *Alii* denique eandem mensuram ita admittunt, ut insuper recurratur ad aestimandam *diversam gravitatem oneris* („Grösse des Opfers"), quod variis civium classibus oeconomice valde inaequalibus per quodlibet tributum imponitur („Opfertheorie"). Namque, aiunt, *una eademque pars quota* redituum contribuenda plane *inaequale* sacrificium importat civibus fortunae notabiliter inaequalis, scilicet eo *maius et acerbius*, quo minor fortuna, eo autem *minus*, quo fortuna amplior et abundantior fuerit. (De quibus singulis cf. *Wagner*, Finanzwissenschaft II [1880], 348 sqq.) — Nos quidem primam sententiam ex falso principio profectam respuentes, *alterum* cum gravissimis auctoribus adoptamus, interim simul *tertia* utendum rati, quatenus eandem regulam aequitatis insinuat, simulque modum eam recte applicandi. Ideo dicitur, non ratio, sed *aequa* ratio habeatur virium oeconomicarum etc. Id ipsum congruit cum iis, quae *S. Thomas* 2, 2, q. 63, a. 4 requirit ad proportionem distributivam iustitiae, et cum „condicione ad iustitiam tributi necessaria" ex parte „formae", quam exigit *Suarez*, De leg. l. 5, c. 16, § 1. „Non est enim iustum, ut omnes aequaliter solvant, sed iuxta facultatem et condicionem uniuscuiusque: plus enim a divite quam a paupere exigendum est, ceteris paribus." Addit tamen (§ 8): „condicionem illam ... moraliter accipiendam esse, quantum videlicet suaviter possit servari et haberi ratio illius proportionis sine vexatione populorum et sine magna difficultate principum."

dem ratione a perfectione deficere. In utroque tamen quaedam mmoda cum incommodis miscentur.

1. *Systema contributionis directae,* theoretice seu *in abstracto* nsideratum, haud mediocriter prae altero commendatur. Per se nim praestat non solum claritate et simplicitate verum et itia et aequitate. Quippe cum in omni systemate contri- ionis sive directae sive indirectae tributa generatim nonnisi ex nnuis *reditibus* (non ex capite patrimoniali), et quidem secundum tiam distributivam requiri debeant, nullum ad hunc finem um magis obvium et simplex apparet quam generalis taxatio butionis, qualis unicuique pro tali et tali gradu suorum tuum contingit. — Ita sane; sed *in concreto* seu in practica utione his commodis *gravia quoque incommoda* opponuntur. nodo enim organa publica rei tributariae eam *cognitionem* tuum singulorum civium sibi acquirent, quae ad iustam dis- utionem tributorum requiritur et sufficit?

*Duplex tantum in hac re via iniri potest:*

a) *Aut* inquisitionem instituent in uniuscuiusque res oeco- nomicas et fontes redituum aliquo modo externe apparentes, ut ex his probabili iudicio ad realem summam annuorum redituum concludant et hinc contingentem gradum persolvendi tributi deter- minent. — At nemo non videt hanc methodum *α*) haud facile conciliari cum ea reverentia, quae libertati domesticae ac civili publicis etiam magistratibus debetur; *β*) neque talem esse, qua biectiva in distribuendo iustitia satis tuto sperari possit. Frau- ibus enim et celandi industriae, immo alicubi forte et corruptioni agistratuum satis liberum spatium relinquit.

b) *Aut* ipsi cives realem statum suorum redituum coram agistratibus ad hoc deputatis declarare iubentur vel interposito ramento vel propositis gravibus poenis, si declaratio aliunde sa et fraudulenta probaretur. — At vero haec altera methodus, metsi forte ad uberiorem tributorum messem colligendam aptior, tione tamen bonorum altioris ordinis, quae in discrimen vocantur, nge etiam praecedenti posthabenda videtur, *tum saltem,* cum da- m declarationem a singulis civibus *iuramento* firmari praescribitur. sset enim haec gravis quaedam *tentatio* morali integritati totius opuli obiecta eaque non transiens sed per modum stabilis in- itutionis perdurans. Spectata autem hominum fragilitate, prae- rtim sollicitante aliqua causa pecuniae, haud dubie praevideri

eu tributum ratione *quaestus* cuiuscumque in societate exercendi persolvendum (Gewerbesteuer).

b) *Vectigalia* de mercibus extraneis intra fines proprii territorii invehendis. Pro administratione publica hoc genus tributorum prae ceteris id commodi habet, quod eorum perceptio, utpote in finium transitu exsequenda, minus complexa et hinc promptior et facilior esse solet. Ceterum vectigalia communem *indirectae* contributionis indolem habent. Licet enim a solis invehentibus merces, sive extranei sunt sive cives, illa directe reipublicae persolvantur, indirecte tamen internas illarum mercium nundinas multipliciter afficiunt atque in singulos emptores redundant.

Porro ratione *finis* duplex classis vectigalium probe distinguenda est. Sunt enim vectigalia, quae ex intentione legislatoris alium finem non habent, nisi ut augendis reditibus publicis subserviant (vectigalia *fiscalia*, Finanz-Zölle); sunt alia, quae principaliter ad arcendam vel moderandam affluentiam earum externarum mercium institui solent, in quibus producendis ipsorum civium industriae et plurimorum incolarum quaestus versantur (vectigalia *tutelaria*, Schutz-Zölle).

Vectigalia *mere fiscalia* eidem regulae distributivae iustitiae subiacent, quam generatim pro tributis indirectis statuimus; quare, nisi intra patriae fines frumentum ac cetera ad victum necessaria ita abundent, ut cunctis incolis commode et modico pretio alendis sufficiant, tam iustitia quam prudentia prohibet necessarium commeatum vectigalibus gravari, ut ex laboriosa pauperum necessitate et inopia aerarium publicum ditescat. Iis igitur mercibus potius hoc genus vectigalium accommodatur, quae ad luxum magis quam ad vitae necessitatem pertinent.

Sola vectigalia *tutelaria* suapte natura aliquando modicam exceptionem ab illa regula non penitus excludunt. Contingere namque potest, ut in aliqua terra, per facilitatem et abundantiam commeatus rei frumentariae aliorumque communium alimentorum e regionibus dissitis, universa annona ipsorum civium cura et sudoribus comparata pretio adeo vilescat, ut integer fere status agriculturae, solidissimum hoc socialis aedificii substratum, in dies magis magisque oeconomice periclitetur. Itaque ad avertendam aut minuendam eiusmodi calamitatem agriculturae, quae simul in grave damnum publicum redundaret, ratio haud insufficiens apparet, ut auctoritas civilis, saltem aliquo temporis intervallo et quantum opus fuerit, importationem frumenti, pecorum aliorumque

potest ac debet, fore ut plurimi eiusmodi tentationi suc nefaria industria utendo; quo fit, ut fere iis tantum p oneris pars realiter incumbat, qui morali integritate ac sinceritate magis excellunt.

632. 2. *Systema contributionis indirectae.* Ratione obiecto tributa indirecta *duplicis* potissimum generis distinguuntur:

a) *Tributa de rebus indigenis,* i. e. de iis, quae int proprii territorii producuntur, ut sunt pecora et producta agro partim naturalia partim industrie transformata etc. Exi plerumque ab ipsis producentibus secundum normam et me publice ordinatam, a quibus sub forma adaucti pretii in ementes ac demum in consumentes transeunt; atque hinc q fit, ut onus tributorum, tacite in particulas prope innu visum, a contribuentibus quasi insensibiliter aut certe minus feratur. Verum huic commodo ex adverso opponitur *inco* quod in hac forma contributionis, praesertim ubi eius ubertas intenditur, admodum difficile iusta proportio aeq et aequitatis servatur. Nam cum a multitudine consum (contribuentium) huius contributionis ubertas potissimum de aerarii publici interest, ut ea prae ceteris obiecta tributaria reddantur, quorum usus fere omnium hominum communis est et in vita quotidiana necessarius, uti panis, lacticinia et reliqua communia populi alimenta. Hoc autem revera aliud non est, nisi longe maximam oneris partem in humeros pauperum et civium tenuioris fortunae devolvere.

*Itaque, ut in hac re iustitiae distributivae aliquo modo satisfiat, haec merito regula servanda est:*

*Omnia, quae ad vitam communiter cunctis necessaria sunt, ab indirectis tributis generatim quantum fieri potest immunia maneant; eorum autem loco ea potissimum conveniente proportione onerentur, quae per se tantum divitum luxui et superfluae vitae commoditati, exquisitis fruitionibus morumve corruptioni inserviunt*[1].

Est porro quidam tributorum modus, qui, licet formam directae contributionis participet, nihilominus aliquo modo huc quoque referendus est, quatenus scilicet *indirecte* influit in augendum pretium frugum rerumque in communem usum destinatarum. Tale est tributum *solo agrorum* impositum (Grundsteuer); et „*auraria*"

[1] Cf. *Suarez,* De leg. l. 5, c. 16, § 9. *Taparelli,* Diritto nat. II, § 1178.

a tributum ratione *quaestus* cuiuscumque in societate exercendi rsolvendum (Gewerbesteuer).

b) *Vectigalia* de mercibus extraneis intra fines proprii terririi invehendis. Pro administratione publica hoc genus tributorum rae ceteris id commodi habet, quod eorum perceptio, utpote in nium transitu exsequenda, minus complexa et hinc promptior et ilior esse solet. Ceterum vectigalia communem *indirectae* conbutionis indolem habent. Licet enim a solis invehentibus merces, ive extranei sunt sive cives, illa directe reipublicae persolvantur, recte tamen internas illarum mercium nundinas multipliciter ficiunt atque in singulos emptores redundant.

Porro ratione *finis* duplex classis vectigalium probe distinenda est. Sunt enim vectigalia, quae ex intentione legislatoris alium finem non habent, nisi ut augendis reditibus publicis subserviant (vectigalia *fiscalia*, Finanz-Zölle); sunt alia, quae principaliter ad arcendam vel moderandam affluentiam earum externarum mercium institui solent, in quibus producendis ipsorum civium industriae et plurimorum incolarum quaestus versantur (vectigalia *tutelaria*, Schutz-Zölle).

Vectigalia *mere fiscalia* eidem regulae distributivae iustitiae subiacent, quam generatim pro tributis indirectis statuimus; quare, nisi intra patriae fines frumentum ac cetera ad victum necessaria ita abundent, ut cunctis incolis commode et modico pretio alendis sufficiant, tam iustitia quam prudentia prohibet necessarium commeatum vectigalibus gravari, ut ex laboriosa pauperum necessitate et inopia aerarium publicum ditescat. Iis gitur mercibus potius hoc genus vectigalium accommodatur, quae d luxum magis quam ad vitae necessitatem pertinent.

Sola vectigalia *tutelaria* suapte natura aliquando modicam xceptionem ab illa regula non penitus excludunt. Contingere amque potest, ut in aliqua terra, per facilitatem et abundantiam ommeatus rei frumentariae aliorumque communium alimentorum regionibus dissitis, universa annona ipsorum civium cura et doribus comparata pretio adeo vilescat, ut integer fere status griculturae, solidissimum hoc socialis aedificii substratum, in dies agis magisque oeconomice periclitetur. Itaque ad avertendam it minuendam eiusmodi calamitatem agriculturae, quae simul in ave damnum publicum redundaret, ratio haud insufficiens aparet, ut auctoritas civilis, saltem aliquo temporis intervallo et iantum opus fuerit, importationem frumenti, pecorum aliorumque

similium productorum accommodatis vectigalibus moderetur at ita non tam privatae quam publicae necessitati succurrat, li modicum aliquod incommodum pro aliis civium classibus i eventurum praevideatur.

Quoniam autem et aliis civitatibus independentibus id vectigalium competit, quo unaquaeque suis suorumque ci commodis commercialibus intenta est, ipsa necessitas cavendi inutiles internationales conflictus et gravia commercii detrimenta varias gentes, praesertim sibi vicinas, adigere solet, ut facta inter se pacifica conventione de mercibus sive importandis sive exportandis eas mutuas condiciones statuant, quae pro rerum ac temporum adiunctis utrimque relative utiles et acceptabiles apparent (conventiones commerciales, Handelsverträge).

633. 3. Est praeterea aliquod contributionum genus, quod etsi pariter in reditus publicos confluat, nequit tamen neque di neque indirectis tributis annumerari, eo quod formaliter c tum speciali aliquo *retributionis titulo* nitatur. Huc refer sunt variae expensae, quas cives ex formula legali in fa reipublicae subire tenentur, quoties in causa privata et ad privatum usum exercitium alicuius functionis publicae a magistratu deposcunt, ut sunt testimonia publice exarata, documenta fide publica munita, exemptiones vel dispensationes iuris instrumento confirmatae etc. Quae retributiones (Gebühren), tametsi per se non omni aequitatis titulo carent, praesertim si pro extraordinariis officiis a magistratu praestandis exiguntur, facile tamen gravibus abusibus ansam praebent, maxime vero, ubi tales pecuniae non tam ut aerario publico accedentes, quam potius remunerandis personalibus officiis magistratuum destinatae existimantur. Hinc sane, praeter periculum, cui probitas et integritas officialium exponitur, querela quoque civium non semper iniusta provocatur: quod sic pro una eademque re tributum *bis* exigatur, *primum* quidem sub forma *salarii* magistratuum, quod totum contributionibus civium constat et. ut merito supponitur, pro cuiusque muneris gradu et functionibus sufficiens est; *deinde iterum* sub forma *retributionis* pro particularibus functionibus, quas iidem magistratus vi officii data occasione exercere debent, pro hac gratia in antecessum iam salario remunerati. — E dignitate igitur administrationis publicae est, ut tales retributiones, quae non raro cupidam exactionem sapiunt, quantum fieri potest evitentur.

III. *Resultans consideratio practica.*

1. Quoniam nulla ex formis enumeratis tributorum eas mnes condiciones practice satis adimplet, quas idea formae per- ıe tam ratione finis realiter attingendi quam iustitiae distribu- ae in modo et aequa proportione servanda per se exigeret, liquod qualecumque remedium huius incommodi eo constare ıidetur, ut simul omnes illae formae in usum deducantur atque ta pro sua diversitate ipsa coniunctione aliquatenus se mutuo ɔorrigant. Et hactenus quidem haec publica praxis communiter ısurpatur, fortasse eo etiam libentius, quod ingens annuus appe- itus aerarii facilius multiplicatis canalibus quam paucis expleri ɔotest.

Ut autem mixtum hoc systema contributionum non solum ıd augenda sed simul aequius distribuenda tributa revera aliquid onferat, non sufficit qualiscumque arbitraria mixtio aut talis, uae fisco utilior apparet, sed necesse est, ut ea ipsa, quantum eri potest, normam distributivae iustitiae seu iustam onerum roportionem iugiter servet. Hinc, spectatis praesentibus socie- ıtis adiunctis, generatim loquendo convenire videtur:

a) Ut prae altero illud systema *primarium* locum teneat, ıod *directis vel quasi-directis* contributionibus constat, alterum ıro tantum necessarii complementi aut subsidii instar accedat, nimirum hoc modo praecipua pars oneris eo certius validioribus ımeris imponatur.

b) Ne etiam maiores fortunae sine discrimine aequaliter at- ıgantur, sed eae prae ceteris magis, quae non tam immobilibus ıam mobilibus bonis constant et quae fere absque labore, quaestu ıc productivo nec aliis utili, mera pecuniariae negotiationis in- ıstria, quotannis in immensum augentur, et quarum opima lucra ın raro innumerabilium aliorum iactura et spoliatione comparan- r. Bonis autem immobilibus, iis praesertim, quibus agricultura titur, vel ideo magis parcendum, quod per se in commodum cietatis productiva sunt, quod magnis sumptibus et laboribus odicos reditus gignere solent, quod publicis oneribus in casibus lversis tempore belli et pacis ferendis semper proxime exposita anent, quibus ipsa sua immobilitate se subtrahere numquam ıssunt. — Ea denique bona, quae iam per se seu ex fundatione ıblicae utilitati deputata sunt, ut nosocomia, instituta beneficentiae, c. a contributionibus libera maneant.

c) Ut tributa annuis reditibus imposita in nulla civium c minime autem eorum, qui re familiari nonnisi mediocri u ita proportionem excedant; ut cum reditibus ipsum quoque caput et fontem sensibiliter attingant ac minuant, quod initium ruinae. Propterea inter reditus et reditus caute di guendum, ne illi quoque proventus veluti incrementa s tributarii censeantur, qui ad sustentandam domum et f forte numerosam plane necessarii sunt et quibus subtractis stantia capitalis consumenda esset.

635. 2. Quaestio denique in se non nova quidem sed hodie in frequentius proposita *„de tributo redituum progressivo"* quod vc hic sine omni examine praetereunda non est. Eo nomine intelle systema contributionum, quo ab aliquo certo limite annuorum redituum ascendendo omnes reditus hoc limite superiores in quasdam classes seu gradus per modum scalae distribuuntur, quibus tributa respondeant non constanti sed *progressiva proportione* crescentia[1].

Sunt quidem hoc tempore prae ceteris socialistae, quorum pro suo instituto specialius interest hanc imprimis formam tributariam non solum commendari, sed etiam ceteris omnibus abrogatis, ut volunt, unicam substitui. Neque tamen soli nec primi socialistae eiusdem systematis ideam veluti a se inventam protulerunt. Eadem enim a saeculo inter viros doctos, ceterum a socialismo alienos, serio in quaestionem vocata et examinata[2] fuit. Et theoretice quidem ab *aliis* vel tamquam iniustitiae suspecta vel practice periculosa reiecta, ab *aliis* tamquam per se iusta et aequitati conveniens, simulque tum ad augendos reditus publicos tum ad sublevanda onera inferioris classis civium accommodata, partim simpliciter probata partim ea restrictione acceptata est, ut tamen modica aliqua communis contributio indirecta conservetur, qua et ceteris civium classibus aliqua sui civilis officii erga rempublicam exercendi occasio maneat, necnon ope vectigalium interna productio et industria adiuvetur.

*Rationes systemati „progressivo" contrariae* hae potissimum afferri solent:

1. Non vacare despotico arbitrio vi legis certum limitem statuere, ultra quem bona legitime acquisita possessori superflua et ideo fisco magis obnoxia censeri debeant.

---

[1] Cf. *Neumann*, Die progressive Einkommensteuer (1874).

[2] Cf. *Lehr*, Hildebr. Jahrb. 1877 II, 1 sqq. 190 sqq.

2. Tributum progressivum speciem quandam habere poenae, ua divites absterreantur ab omni ulteriore productiva industria 'el magnis suscipiendis operibus toti plerumque societati utilibus[1].

3. Ipsam hanc inaequalitatem et exceptionem a communi proportione contributionis laesionem aliquam iuris privati involvere; non enim ideo aliquod bonum privatum arbitrariae dispositioni potestatis civilis obnoxium fieri, quod illud singulari dono fortunae aut speciali successu industriae et ingenii possideatur.

*Ad defendendum autem idem systema* hae fere rationes invocantur:

1. Illud potius, aiunt, *iustitiae perfecte congruum,* immo, ut nonnulli contendunt, unice iustum esse. Quod ita fere probare suscipiunt: Si quidem in dubium vocari non potest auctoritati publicae ius esse e bonis privatis civium eam summam contributionum exigendi, quae ad sustentandam et administrandam rempublicam revera *necessaria* fuerit, quaestio iustitiae, ista necessitate supposita, versari tantum potest circa modum et proportionem, qua illa necessaria quantitas contributionum in varias classes bonorum privatorum inter se valde inaequales recte distribuatur. Porro ad iustitiam distributivam hac proportione servandam id *unum* requiritur, ut per illam *necessitas publica,* cui satisfieri debet, minima qua fieri possit collisione cum *necessitate privata civium,* cui bona privata proxime inservire debent, apte concilietur. Ratio est, quia auctoritati publicae

[1] Ex hac potissimum ratione etiam *Stuart Mill* (l. c. p. 600), ceterum ıagni faciens principia Adami Smith, tributum progressivum *ex annuis reditiıs* impugnat, admittit tamen *ex hereditatibus:* „Sowohl in England als auf ɜm Continent hat man eine progressive Einkommensteuer aus der offen erlärten Rücksicht empfohlen, dass der Staat die Besteuerung als ein Mittel ır Milderung der Vermögensungleichheiten benutzen sollte. Ich wünsche so ıhr wie irgend jemand, dass Mittel ergriffen werden, diese Ungleichheiten zu ɜrringern, allein nur nicht in der Weise, dass dadurch die Verschwender auf osten der Verständigen begünstigt werden. Die grossen Einkommen nach nem höhern Satze besteuern als die geringen, heisst nichts anderes, als die rwerbsthätigkeit und Sparsamkeit besteuern, und den Fleissigen mit einer trafe belegen, weil er mehr gearbeitet und mehr gespart hat als andere.... linsichtlich grosser, durch Schenkungen oder Erbschaften erworbener Verıögen ist die Befugniss zur letztwilligen Verfügung eines derjenigen Priviıgien des Eigenthums, welche auf Grund allgemeiner Zweckmässigkeit für ine Regulirung passend erscheinen. . . . Der Grundsatz einer progressiven teuer, d. h. einer solchen, wo die Quote mit der steuerbaren Summe steigt, ɔ verwerflich er bei einer allgemeinen Besteuerung sein würde, scheint mir ır Erbschafts- und Vermächtnissteuern ebenso gerecht wie zweckmässig."

ex naturali officio incumbit haec ipsa privata bona civium in sua integritate tueri ac publicis institutionibus promovere; quod officium in particulari eo gravius urget, quo magis eiusmodi bona cum ipsa condicione honestae exsistentiae civium necessario conectuntur, et quo minus pro extraordinariis tantum vitae fruitionibus abundant[1]. — Iam vero hoc ipsum iustitiae distributivae requisitum eo perfecl adimpletur, quo magis contributiones publicae primario *ex ea bonorum privatorum classe* hauriuntur, quae in tota civili communitate *prae ceteris ad communes et prosperos etiam vitae usu superabundantia et superflua apparent;* qualia generatim rationabili iudicio aestimari possunt omnes illi privatorum annui reditus, qui certum (liberaliter mensuratum) limitem non solum attingunt verum etiam multum superant. Ergo — ita concluditur — systema tributi progressivi redituum tam parum iustitiae repugnat, ut eam ceteris omnibus perfectius assequatur.

2. Idem systema speciali *indoli et condicionibus recentioris oeconomiae nationalis maxime consentaneum* esse dicunt. Ex quo scilicet vi vaporis et electricitatis facilitas mutuae communicationis inter omnes cultas nationes etiam dissitas mirum in modum aucta sit, internationali commercio ingens quoque incrementum extensionis accessisse et porro accessurum, cuius influxui se subtrahere nec populi nec gubernia possint. Huius commercii autem ubique terrarum interesse, ut tributa indirecta, quibus illud multipliciter impediatur, magis magisque tributis directis iisque progressivis cedant.

3. In eodem systemate, aiunt, *remedium aliquod opportunum* — necnon ex supra dictis iustum — legislatoribus datum esse, quo indirecte et sensim sine sensu *praecipuum illud huius temporis malum sociale* sanetur aut minuatur, quod in excessiva accumulatione divitiarum in paucis manibus consistit. Nemini dubium esse, quin non solum licite sed et laudabiliter vectigalia *solito maiora* certis productis ac mercibus imponi possint eo fine, ut hac providentia impediatur, quominus boni communis dispendio nonnullae civiles industriae *potentiores* alias minus potentes sed *utiles et necessarias,* sua expansione opprimant. Ergo *a pari* non apparere, cur non similis providentia in imponendis tributis directis redituum prudenter adhiberi possit, eo etiam fine, ne illa disproportio inter varias civium fortunas, non sine periculo pacis reipublicae, in immensum iugiter crescat.

---

[1] Cf. *Taparelli* l. c. I, § 742; II, 1178, nota.

Atque hic fere status controversiae est inter viros doctos ·lusis iis, qui *socialistica* principia participant. Horum namque ·pria *ratio*, ob quam nullum contributionis modum nisi directum progressivum commendant, vel ideo in antecessum contemnenda quod a *negatione omnis privatae proprietatis* proficiscitur et ı *collectivam proprietatem totius reipublicae* supponit.

Praeterea notandum *priorem* sententiam generatim eorum ıum patrocinio et auctoritate fulciri, qui tradita et con- ·ativa in rebus politicis principia profitentur[1]; quibus partim ıu doctores „nationales" seu „conservativo-liberales" magis sve accedunt[2]. Ad *alteram* sententiam magis propendent

[1] *Walter* (l. c. n. 382) inter hos satis communem opinionem ita complec- „Dieses (das System der progressiven Einkommensteuer) hat scheinbar sich, dass über eine gewisse Grenze hinaus das Einkommen in steigendem immer mehr Luxus und Ueberfluss werde, also auch in steigendem ıbe besteuert werden dürfe. Allein dawider reden folgende Gründe: es willkürlich und despotisch, von oben herab die Grenze zu be- n, wo das Bedürfniss aufhört und das Uebermass anfängt; dieses ist der Elasticität der menschlichen Bedürfnisse und wegen der an ein s Vermögen geknüpften socialen Stellung und steigenden Anforderungen thunlich. *Zweitens* reizt das kolossale Vermögen zu grossartigen Unter- un ı, die auch dem Allgemeinen zu gute kommen, und wozu man die gı durch eine ungleiche Besteuerung nicht lähmen soll. *Drittens* ist ıe Ungleichheit mehr oder weniger ein Eingriff in das Privatrecht, indem jenige, was eine besondere Gabe des Glückes, des Fleisses oder des Talentes nicht deshalb ein Object ist, worüber die Staatsgewalt in besonderer Weise verfügen das Recht hat. Es bleibt als eine besondere Besteuerung des chthums nur die Besteuerung der Luxusartikel übrig, und auch diese ist Mass einzurichten, damit sie nicht nachtheilig auf die Consumption und urch auf die Production selbst zurückwirke." — Acrius adhuc non tan- ı progressivum sed et omne purum et exclusivum systema contributionis ·ctae redituum aversatur *I. Stahl*, Staatslehre (1856) p. 583.

[2] *Bluntschli* l. c. p. 402 sq.: „Würde die Steuer (Progressivsteuer) glich nach *privatrechtlichen* Gründen dem Privatvermögen als eine Last n, so müsste dieselbe durchaus als widerrechtlich erscheinen; denn dann der einzig natürliche Grundsatz der: So viel Privatvermögen, so viel uerprocente. Wenn man aber von dem Rechte des *Staates* ausgeht, das ·mögen der Privaten je nach der ihnen innewohnenden Erwerbs- und Steuer- ft zu messen, so lässt sich nicht ebenso unbedingt eine Einrichtung ver- fen, welche nicht bloss zählt, sondern auch wägt, d. h. insofern ihr die ·ductions- und Tragkraft in stärkern Verhältnissen zuzunehmen scheint, auch ıes Wachsthum in Anschlag bringt. Nur allerdings liegt hier die Gefahr Missbrauchs und willkürlicher Ueberspannung, welche hinwieder andere grössere Uebel nach sich ziehen kann, z. B. Reizung despotischer Hab- ht oder communistischer Gier, Beunruhigung des Privateigenthums, Lähmung

schola democratica et pars eorum, qui in oeconomia politica ideas *Adami Smith* sequuntur[1]; dein nonnulli etiam independentes philosophi aequitatis rationibus ducti[2].

**636.** Quibus expositis haec merito *concludenda* videntur:

1. Systema progressivae contributionis redituum *per se* vel communismum sapere vel iustitiae adversari, et ideo non practice sed etiam theoretice reprobandum esse nullo ex evincitur.

2. Immo et aequitatis laudem eidem denegare non p quicumque *necessaria onera publica,* quantum res patitur, sec principium *proportionalis aequalitatis* inter cives distribui volunt[3].

---

der grossen Industrie, so nahe, dass der Staatsmann nur mit grosser Vorsicht diesen schlüpfrigen Boden betreten wird. Verwandte Gefahren erheben sich übrigens gegen das System einer allgemeinen Vermögens- und Einkommensteuer überhaupt." — *A. Wagner* (Finanzwissenschaft II [1880], 355) agnoscit, ex theoria illa satis recepta et cui ipse favet („Opfertheorie"), quae tributa distribuenda sint secundum *proportionalem aequalitatem onerum* (Opfer) a singulis ferendorum, logice sequi, loco contributionis redituum simpliciter proportionalis potius *progressivam* admittendam esse. Sed immediate addit: „Aber mit der Opfertheorie lässt sich eben in der rein finanziellen Besteuerung doch eine solche Forderung aus den angeführten Gründen nicht genügend rechtfertigen. Die herrschende Theorie, Praxis und Gesetzgebung sind hier ganz folgerichtig in der Verwerfung jeder andern als der proportionalen Einkommenbesteuerung."

[1] *I. B. Say,* Économie politique l. 3, c. 8, post *A. Smith* (cuius theoriam ipse systematice excoluit) ita suam mentem declarat: „L'impôt progressif est le seul équitable: qui osera soutenir qu'un père doit retrancher un morceau de pain à ses enfants, pour fournir son contingent au luxe des monuments publics?"

[2] *Taparelli* l. c. § 1178, omissa quaestione practica, theoretice quidem nihil dubitat de iustitia contributionis progressivae. — Similiter *v. Moy de Sons,* Philosophie des Rechts vom katholischen Standpunkt II (1857), 263, eam intra certos limites applicari probat. — *Trendelenburg* l. c. p. 360 generatim tantum in distribuendis tributis tamquam normam iustitiae designat eorum „mensuram proportionatam facultatibus singulorum", non explicite intrando in nostram quaestionem.

[3] Postquam in „iure novo" principium aequalitatis civium tam emphatice proclamatum est, consequi videtur, ut idem principium, ne sibi ipsi contradicat, quantum in concreto fieri potest, etiam distribuendis civilibus oneribus applicetur. Id ipsum monet *Wagner* l. c. p. 334: „Die Gleichmässigkeit der Besteuerung im Sinne einer gleichmässigen Vertheilung der Steuerlast unter den einzelnen Steuerpflichtigen ist ein Axiom unserer Zeit und folgt als Rechtsgrundsatz aus dem Princip der staatsbürgerlichen Freiheit und Gleichheit der Staatsangehö-

3. Utrum vero hisce ipsis temporibus et qua condicione illud ıice commendari et in usum deduci iuvet, quaestio est non ım iuris naturalis quam *oeconomiae politicae*. Et vero iugiter rescentibus in „moderno statu“ et expensis et debitis publicis, nul autem crescente hinc capitalismo illinc pauperismo, ac fere am grassante in visceribus populorum intestino bello sociali, vix hbitandum est, fore ut eadem quaestio maiori fortasse quam ıactenus instantia etiam legislatoribus serio discutienda se obtrudat ıque qualemcumque solutionem deposcat.

### C. De debitis publicis.

#### I. *Notiones praeviae.*

537. Quotiescumque reipublicae reditus sive ex fontibus pro- ɔriis sive ex contributionibus ordinariis civium non sufficiunt ad ıequiparandas expensas publicas, quas administratio publica iudicat xime necessarias, duplex quidem ad eiusmodi difficultatem uperandam via patet, *aut* extraordinarium tributum ad hoc civi- us imponendum, *aut* recursus ad debita ope versurae publicae ɔntrahenda. Alterum hisce temporibus vel ideo praeferri solet, ıia ordinariis contributionibus cives plerumque iam ita onerantur, : insuper novam forte maiorem exactionem ferre non possint, ɜrsura autem nomine reipublicae bene ordinatae facta magnis fficultatibus non subiacet, immo minoribus quam omnis versura ·ivatorum. Ipsa namque aestimatio potentiae et publicae fidei, ıa illa fruitur, efficit, ut a creditoribus generatim neque alia gnora materialia requirantur neque certus reddendae sortis ter- inus praefigatur. Ita factum est, ut vix iam inter cultas gentes spublica inveniatur, cuius debita publica non iam fere in im- ɜnsum succreverint ac porro iugiter crescant. Verum enim vero c rerum status, licet praesentibus variis commodis et publicis privatis non careat, est tamen tum per se tum ratione securi- tis politicae et socialis procul dubio morbis „modernae“ socie- tis annumerandus, quorum finalis exitus futurus ambigua obscuri- te involvitur. — Quod si quaeritur, quaenam praecipua eiusdem .usa exstiterit, negari vix potest eam, sicut complura alia mala

---

ɟen. . . . Für die *praktische Steuerpolitik* lässt sich die gleichmässige Be- ɜuerung aber wieder nur als *ideales Ziel* hinstellen, dem man sich soviel ɜ möglich nähern soll, das man aber wegen der praktischen Schwierigkeiten ɜmals vollständig erreichen kann.“

socialia huius aetatis, potissimum a nativa indole „li . ac *proprio „moderni status“ ingenio* repetendam esse, qui, mo bus antiquis limitibus totius publicae activitatis superbe co , universam potius *humanitatis culturam* (unde nomen „Cultur sua publica providentia complecti suisque institutionib c gloriatur; pacem interim internationalem non fide a *ingentibus exercitibus* firmans. Hinc videlicet illa *dispr* fere iugiter progressiva inter *expensas*, quas pro ideali ı ex- pansione haec omnipotens et creatrix providentia sibi ( et *realem copiam mediorum* seu bonorum materialium in quovis populo actualiter exsistentium; hinc proinde necessitas nova identidem debita publica contrahendi cum onere perenni praesentis et futurarum generationum.

Omnis fere versura publica, ut ex dictis iam facile coniicitur, tametsi ad declinanda graviora onera actualia contribuentium suscipitur, revera tamen aliquod augmentum extraordinarium tributorum importat, eatenus quidem minus actu sensibile, quod titulo persolvendi annui faenoris futuris simul generationibus per successivas partes imponitur. Quo fit, ut decursu temporis demum supra modum auctis debitis publicis omnes posteri cives in sinu reipublicae nascantur iam ingentibus antiquis debitis obstricti, dum interim in dies novis necessitatibus sui temporis pariter satisfacere coguntur.

Vel hinc satis apparet in contrahendis publicis debitis secundum rectam rationem necessarios quosdam exsistere *iustitiae naturalis* non minus ac *prudentiae politicae* limites, qui si temere neglegantur, gravissima tam reipublicae quam privatorum pericula signant.

II. *Quaestio iuris et politicae honestatis.*

638. In dubium vocari generatim non potest societati publicae utpote verae personae morali ius competere, quemadmodum bona acquirendi et possidendi, ita et per acceptam pecuniam mutuam debita contrahendi ad urgentes oeconomicas difficultates aut extraordinarias necessitates superandas. Itaque iuris dubium aliquod tum solum oriri potest, cum de concreta illius iuris extensione aut de recto vel minus recto usu in particulari quaeritur; quare *ex modo* et *adiunctis concretis* potissimum iudicium informandum est. Nihilominus considerando praecipuas quae vulgo usurpantur *versurae publicae formas*, etiam theoretice generales quaedam

:tae rationis *condiciones ac regulae,* quae illis singulis in partilari applicentur, merito notantur. Sunt autem tales formae

1. *Editio publica pecuniae chartaceae.* Tota summa pecuniae li editione repraesentata verum *debitum publicum* constituit erga ivatos possessores chartarum contractum, ab omni tamen faeıre liberum. Quamdiu integra et inconcussa manet in populo ırii *fides* (Staatscredit), haec forma sane, ut ipsa sua simplici- ac facilitate, administrationi publicae se commendat, ita et vibus in quotidiano commercio multiplicia commoda affert et benter admittitur. Condicio autem et fundamentum illius fidei ı secura populi persuasione consistit, eam esse ac tuto manere i publici facultatem, ut omni tempore pecunia chartacea in umm signati valoris permutari possit. Unde hac fide quaue ex causa deficiente vel notabiliter diminuta, *relativus* r chartis assignatus illico similiter diminuatur necesse est, ravi damno et publico et privatorum. Ideo ne immoderata ıultiplicatio pecuniae chartaceae in fraudulentam denique civium onem degeneret, cuius notissima historica exempla exstant, ·ationem tam *iustitiae* quam *prudentiae* politicae pertinet, ut illa *uam temere proportionem realium reipublicae facultatum excedat.*

2. *Versura per imperium civibus imposita* (Zwangsanleihe), si pro iusto faenore exigatur, per se *ex iure saltem ordinario* adinistrationis publicae probari nequaquam potest, quia ipsi naturae rsurae contradicit, quae per liberum contractum fieri supponitur, terveniente fiducia, quae imperari nequit. Itaque iure tantum traordinario urgentis necessitatis excusari potest, quo casu inlem potius habet extraordinariae contributionis impositae, sed : externam *mutui formam* mitigatae. Haec autem vana manere ı debet, sed respublica *ex iustitia* quam primum fieri potest ditoribus satisfacere tenetur.

3. *Versura libero contractu faenebri cum privatis inita.* Haec ma vulgaris est et frequentissimi usus. Circa eius naturam ıeritur, utrum eiusmodi contractus inter fiscum et privatos endus sit iuris *publici* an *privati.* Dubium aliquod inde quin oriri potest, quod ille, tametsi a decreto publicae auctoritatis cedat et ad bonum non privatum sed publicum dirigatur, per tamen libera conventio est inter fiscum et privatos pecuniae sessores, qui ad eam illi mutuam offerendam non obligantur. rito tamen iis assentiendum videtur, qui *contractum* quidem ım per se spectatum omnino *iuris privati* neque ulla *interna*

ratione a practicis condicionibus iuris privati exemptum cunt; eundem tamen per externum influxum iuris publici, ei secundum aliquod elementum conectitur, usu practico varie modificari posse admittunt[1].

Quantum autem reipublicae tam pro praesenti quam pro futuro eius statu prospero intersit, ne temere utendo versura ultra modum debita publica contrahantur, quibus et posterorum p occupantur fortunae, iam supra ostensum est. Propter alios iuris doctores etiam *Bluntschli*[2] *causas iustas* debita p cum tali onere futuro contrahendi non admittit nisi has duas:

a) casum inevitabilis publicae *necessitatis*, quae extraordinariam intensionem virium oeconomicarum reipublicae postulat, ut v. g. ingruens bellum;

b) suscipienda magna *opera communis et perennis utilitatis* haud dubiae et per temporis adiuncta valde desiderabilia.

In his duobus casibus iniquum non esse censet futuram generationem reipublicae, quemadmodum praesentis generationis laboriosos fructus, ita et onus participare. Contra explicite negat ad commode explendas *ordinarias* administrationis expensas unquam iustam rationem haberi debita contrahendi; hanc enim curam exclusive ad temporis *praesentis* officium pertinere.

## § 4. De generali providentia publica ad prosperitatem civilem positive promovendam.

639. Potestas exsecutiva, quatenus simul gubernativa est, neque ideae et fini naturali societatis politicae neque officio regiminis

[1] Cf. *Bluntschli* l. c. p. 409.

[2] Ibid. p. 406 sq.: „Moralisch berechtigt ist der Staat nur dann zur Schuldencontrahirung, wenn entweder die *Noth* des Staates, wie in Kriegszeiten, eine ausserordentliche Anstrengung seiner ökonomischen Kräfte nöthig macht, oder wenn grosse *gemeinnützige Werke* von dauerndem Interesse Bedürfniss geworden sind; nicht aber, wenn die Aufgabe nur die ist, die gewöhnlichen laufenden Ausgaben des Staatshaushaltes zu decken. Dafür zu sorgen ist jederzeit die Pflicht der Gegenwart.“ — *Walter* l. c. n. 388 duabus illis legitimis causis adhuc *tertiam* addit, nimirum: „*zu grossen, der Staatskasse direct Gewinn bringenden Unternehmungen.* In diesem Falle sind jedoch zwei Beschränkungen zu beachten: dass der Gewinn der Speculation ein gesicherter sei, und dass die Zinsen der Anleihe von dem übrigen Staatshaushalte ganz getrennt und lediglich aus dem Gewinn bestritten werden. Im letzten Falle ist auch immer, in den beiden ersten Fällen [supra recensitis] wo möglich auf die successive Tilgung der Staatsschuld aus Ersparnissen Bedacht zu nehmen, und zu diesem Zwecke ein besonderer Amortisationsfonds zu stiften.“

ne satisfaceret, si vel solam exsecutionem legum caeca quadam ilitate curaret vel totam suam curam boni communis ad solam tivam eius partem coarctaret, puta, solum ad avertenda peri- ac tuendum iuris ordinem, ceterum autem ab omni sollici- line illud positive quoque promovendi abstineret. Ius enim officium supremae auctoritatis civilis, ut suo loco demonstratum (n. 317), ad hanc positivam quoque boni communis procura- , etsi intra certos tantum limites exercendam, se extendit. ie vero putandum hoc officium nonnisi speciali aliquo func- m genere exerceri, et hoc quasi proprio charactere distingui. potius eiusmodi, quod ordinarie ad sui exercitium fere omni- potestatis functionibus, quas hactenus consideravimus, pariter ur easque intentionis influxu comitatur et informat, specialem i positivum interventum eatenus tantum superaddit, quatenus necessitas et opportunitas exigit[1].

Porro communis civium prosperitas, non secus ac singulorum im in his terris, partim bonis *materialibus* partim *spiritua-* apta proportione coniunctis, coalescit. Quapropter omnis i publica ad eam promovendam ratione obiecti proxime dupli- m quasi provinciam comprehendit.

### A. De cura publica circa oeconomiam nationalem[2].

#### I. *Notio oeconomiae nationalis.*

). Nomine *oeconomiae* (Haushalt, Wirtschaft) vulgo omnis mana activitas comprehenditur, quae ad comparandas vel au- idas materiales condiciones humanae prosperitatis refertur. Et quidem talis activitas tam a privatis (sive individuis sive coeti-

[1] „Per quos civitas regitur, primum conferre operam generatim atque uni- se debent tota ratione legum atque institutorum, scilicet efficiendo, ut ex ipsa formatione atque administratione reipublicae ultro prosperitas tam communi- s quam privatorum efflorescat. Id est enim civilis prudentiae munus, pro- imque eorum, qui praesunt, officium. Nunc vero illa maxime efficiunt pro- ras civitates, morum probitas, recte atque ordine constitutae familiae, custodia gionis ac iustitiae, onerum plublicorum cum moderata irrogatio tum aequa titio, incrementa artium et mercaturae, florens agrorum cultura, et si qua sunt generis eiusdem, quae quo maiore studio provehuntur, eo melius sunt victuri es et beatius" (*Leonis XIII* Encycl. „Rerum novarum", 1891, ed. Herder, p. 47).

[2] Solide ex principiis philosophiae christianae totum hoc argumentum tractatum exstat apud *Costa-Rossetti*, Philosophia moralis (1886) p. 747—832; gemeine Grundlagen der Nationalökonomie (1888). — Recentius luculenter critice de eadem re agit *H. Pesch* in opere „Liberalismus, Socialismus und istl. Gesellschaftsordnung" P. II (1899).

bus) ad privatam quam a personis et societatibus publicis publicam materialem prosperitatem exerceri potest, oecon generalissime distinguitur *privata* et *publica*.

Ad significandam oeconomiam *publicam* non raro fere promiscue nomina: *oeconomiae nationalis* (Nationalökonomie, Volkswirtschaft), *oeconomiae politicae* (politische Oekonomie, Staatswirtschaft), *oeconomiae socialis* (Social-Wirtschaft) usurpantur. Vera tamen et propria sua significatione non parum inter se discrepant.

Ceteris latius patet nomen *oeconomiae nationalis*, quae *publicam oeconomiam universam* secundum omnes eius partes complectitur proindeque omnem eam activitatem alicuius societatis publicae denotat, quae sive directe ab eius capite politico sive a membris qua talibus procedit et in prosperitatem materialem publicam seu communem totius corporis socialis dirigitur. — Oeconomia autem et *politica* et *socialis* non immerito tamquam partes quasi constitutivae universae oeconomiae *nationalis* considerari possunt. Haec enim *politica* vulgo vocatur, quatenus fiscalibus operationibus et industriis publicae administrationis constat, quibus proxime quidem aerario publico, remote vero simul communi prosperitati materiali providetur; *socialis* denique nuncupatur, quatenus idem hic finis communis multiplicem et harmonicam inter se cooperationem variarum classium societatis exigit.

Oeconomia nationalis denique ipsa quoque *scientia* recenter exculta dicitur, quae in indagandis et cognoscendis praecipuis fontibus et condicionibus materialis prosperitatis publicae versatur. atque ita latissime accepta tamquam unius scientiae partes *politicam* et *socialem* oeconomiam comprehendit.

Est autem haec ipsa scientia, a qua practica oeconomiae nationalis cultura plurimum dependet; et prout illa a veris aut falsis principiis, a recta vel erronea rerum humanarum aestimatione procedit, hanc similiter ad veram et hominum societate dignam aut ad apparentem tantum et falsam prosperitatem materialem publicam conducat necesse est. Vel hinc satis apparet, quantum omnis societatis civilis intersit in hac re viam teneri non temere electam, sed, quomodocumque pro rerum ac temporum vicissitudine variam, semper tamen *rectae rationis et christianae legis lumine probatam ac tutam*.

II. *Principia obiectiva, quibus omnis oeconomia nationalis dirigi debet.*

641. Quo minus hic nostri propositi esse potest singillatim ad omnes technicas rationes et formas descendere quibus praxis

ınomica abundat, eo magis opportunum videtur ante omnia g ɜralia sanae et christianae philosophiae documenta brevi : ɔectu praefigere, quae generalissimas et obiective certas in ac re et iudicandi et operandi *normas* partim negativas partim ositivas continent. Et si quidem singula tamquam fundamentalia rinae capita pridem comprobata sunt, hic non denuo probari commemorari indigent.

1. Nulla huius vitae prosperitas sive privata sive publica manda est ut aliquis *finis in se.* A fortiori igitur idem valet le prosperitate materiali, quae ad prosperitatem proprie humanam hal ut bona corporis et vitae sensitivae se habent ad bona nii rationalis. Itaque prosperitas materialis tam privata quam in serie finalis subordinationis rerum omnium humanarum fine supremo hominis eum ex lege divina locum et gradum ɔccu t, quo secundum harmonicam unitatem universae naturae ɔr i *spirituali et morali convenienter subordinetur.* (Cf. P. I, ı. 75—80. 375; P. II, n. 317.)

2. Hinc colligitur, quaenam sit iure naturae fundata et divinitus intenta *mutua relatio* inter *privatam* et *publicam* prosperiatem materialem. Videlicet quemadmodum non homo propter ocietatem civilem, sed contra societas civilis propter homines xsistit, ita et *privata* materialis prosperitas civium in societate egentium *rationem finis* habet, ad quem omnis materialis prospetas *publica* quodammodo ut medium seu subsidium ordinetur. — ıod utique non ita intellegendum est, quasi ad oeconomicam ıinistrationem reipublicae pertineat interventu publico in res mesticas civium se ingerere easque directe *facere* prosperas, m haec cura propria sit liberae activitatis et industriae pritorum. Publica igitur prosperitas eatenus prosperitati privatae ıtar medii seu subsidii inservire debet, quatenus condiciones et ıtitutiones publice necessarias quasi in medio ponit et offert, ibus omnes cives, necnon omnes civium classes et privati coetus, ıi ipsi sibi desint vel invincibili casu impediantur, subsidia marialia ad vitam civilem prosperam necessaria et opportuna sibi mparare iisque secure frui possint. (Cf. P. I, n. 373; P. II, n. 320.)

3. Vice versa tamen privata prosperitas iterum prosperitati blicae subservit, quatenus privatis officium civile incumbit e is etiam bonis, ubi necessitas exigit, ad bonum commune conbuendi. Id vero supra dictis nil derogat, sed ea potius conmat, quia omne bonum commune reipublicae e suo fi

ordine naturali quasi cum usura in privatam civium utilitatem ac prosperitatem redundare debet. (P. I, n. 373.)

4. A iure sociali *christiano* merito repudiatur *nova interpr* „*prosperitatis publicae*", qua haec unice aut principaliter ut b *corporis politici* in abstracto sumpti (Staatswohl) concipitur. namque fere tota in sumptuosa et ambitiosa status publici exaltatione et externo potentiae splendore consistit, *communem* a civium prosperitatem potius devorat quam fovet et auget. Pro *reali* civium spoliatione et penuria profecto haud condigna compensatio in eo sita est, quod in ordine *ideali* et ipsi singuli pro sua qualitate *civium* aliquid illius *publici splendoris* participaturi sunt. Est haec inventio iuris publici „moderni" quod vocant, Hegeliano pantheismo afflati, qui altiorem finem hominis rerumque omnium humanarum in his terris non novit, nisi ut statui publico subserviant.

5. Subsidium sociale publicum, mediante materiali prosperitate publica civibus offerendum, ratione copiae et naturae bonorum quibus constat, debet esse quantum fieri potest *universale*, i. e. non uni tantum et alteri civium classi favens, sed pariter omnium classium oeconomicis indigentiis ac necessitatibus harmonice proportionatum; ne, dum quaedam populi pars publico favore et patrocinio facile ditescit, altera contra suis angustiis derelicta necessario tabescat.

6. Qualiscumque divitiarum affluentia intra fines alicuius nationis *per se* nondum eius veram publicam prosperitatem, ne materialem quidem, constituit. Insuper enim cautum sit oportet — idque, si opus sit, apta aliqua legali providentia —, ne illae mox in paucos acervos confluant, sed, quantum fieri potest, sponte instar sanguinis totum corpus sociale naturali circulatione pervadant et nutriant.

7. Universa denique populi prosperitas tam privata quam publica, qua materialis est, per se naturaliter incompleta manet, nisi simul idealibus et spiritualibus animorum bonis informetur[1]; immo, si naturale hoc complementum respuit, si sibi ipsi sufficiens finis in se esse praetendit, a Deo autem, essentiali hominis bono et supremo fine, studiose se avellit, pro vera felicitate privata et nationali, moralem potius et consequenter socialem et politicam ruinam importet necesse est. Quapropter neque a materialismo neque ab atheismo umquam salutaris directio et evolutio oeconomiae nationalis exspectanda est.

---

[1] Inter alias veritates historice-philosophicas haec etiam opportune illustrata est in claro opere O. *Willmann*, Geschichte des Idealismus (1897).

III. *De variis formis oeconomiae nationalis.*

2. Sive sanis et veris principiis sive erroneis dirigatur conomia nationalis, quoad modum et formam ab adiunctis lorum ac temporum multipliciter dependeat necesse est. Et vero ae situm, quam populus inhabitat, huius indolem ac mores, ri ɜ traditiones et institutiones maiorum talem influxum io exercere, nemo non videt. Porro in una eademque ɜ non raro varii culturae gradus, quos successive decurrit, analogas mutationes totius rei oeconomicae signantur. Apud ıtiquos populos stabile institutum servitutis omnes oeconomicas ıt es tam privatas quam publicas informabat; medio aevo inɔnes feudales necnon multiplices sociales coetus stabili organıo coniuncti formas oeconomicas magna ex parte determinabant. Novos impulsus novasque vias oeconomiae nationali recenora saecula attulerunt, postquam America recenter detecta, metallis omnique genere mercium abundans, novos ditefontes aperuit. Variae deinceps methodi seu varia „sya oeconomiae publicae partim theoretice partim practice ı a et successu temporis prae aliis in usum deducta sunt; rum *tria* potissimum distinguuntur[1]:

3. 1. *Systema mercantile,* quod immediate ex commemoratis vis internationalibus relationibus ortum duxit et in Gallia saelo XVII sub Ludovico XIV duce *Colbert* eius ministro politice cultum est, unde et *Colbertismi* nomen ei vulgo accessit. *Finis* ›ximus systemati propositus erat efficere ac promovere magnum continuum *confluxum pecuniarum,* auri et argenti, intra regni ites, impedire autem ac diminuere, quantum fieri posset, undem effluxum et decrementum. Huic igitur fini ope multi:is legalis interventus, maxime per accommodatum vectigalium inem tam importatio quam exportatio mercium iugiter servire ›ebant, ita ut per totum internationale commercium quotannis ior vis pecuniae fines regni intraret quam relinqueret. Verum eterquam quod erronea est generalis suppositio, qua censetur ›ulus ipse ditescere ratione directa multitudinis pecuniarum in

[1] De iisdem cf. *Iul. Kautz,* Theorie und Geschichte der Nationalökonomik 1860), l. 3 et 4. *Roscher,* Geschichte der Nationalökonomik in Deutschland 74). *Ch. Périn,* Les doctrines économiques depuis un siècle. Paris 1880 (ed. . 1882). — Cf. imprimis *H. Pesch* l. c. P. II, ubi varia oeconomiae emata e suis fundamentis philosophicis critice aestimantur.

aliqua terra praesentium, agriculturam hoc systemate eo is neglegi necesse est, quo magis illud imprimis productionem rerum promovet, quarum exportatio relative maximum incr tum pecuniae promittit.

644. 2. *Systema physiocraticum* iam medio saeculo XVIII instar reactionis in favorem agriculturae successit, promovente *Fr. Quesnay,* ideis neophilosophicis imbuto. Secundum hoc fons naturalis et unice vere *productivus* divitiarum populi sola terra et *agricultura* declaratur, ad quam et industriae opera et mercatura tamquam necessaria subsidia accedere debeant. Solis rebus *frugiferis,* adeoque solis *fundis* tributa esse imponenda, quae tamen a possessoribus in emptores rerum productarum sub forma pretii convenienter aucti iuste devolvi possint. Porro in favorem agriculturae plena mercaturae libertas postulatur, abrogatis etiam vectigalibus et indirectis tributis. Ita quidem generalis indoles huius systematis, quod vim productivam bonorum potissimum in *natura* ipsa sitam esse agnovit (unde nomen physiocraticum), passim describi solet, quamquam idem apud varios suos asseclas et patronos, nominatim extra Galliam, varias modificationes subiit, ceterum non liberum a materialistica tendentia.

645. 3. *Systema industriale* partim a nonnullis elementis physiocratici systematis iam praeparatum, sed proprie fundatum a scriptore Anglo *Adamo Smith* [1] (1723—1790), cuius litterarius influxus a saeculo apud cultas gentes admodum rarum triumphum celebravit, universam deinceps nationalem oeconomiam theoretice et practice informans. Hinc enim prodiit *„liberalis oeconomismus“* quem vocant, hodie non solum in se sed etiam in suis fructibus ubique notissimus. Totum systema ab hoc fere intellectuali fundamento procedit: *Finem* oeconomiae nationali propositum esse: *augere nationales divitias* et super eas fundandam *potentiam publicae nationalis societatis. Divitias nationum* consistere in copia *omnium bonorum materialium ad fines et usus vitae humanae utilium* (non solum in affluentia pecuniarum). Singula haec bona repraesentare aliquem *valorem* (Werth) tam in

[1] Adamus Smith, natus in Scotia, primum Glasgoviae professor philosophiae moralis et unus ex primariis ducibus „scholae scoticae“, scripsit: „Theory of Moral Sentiments“ (1759), quo opere sensum internum sympathiae vel antipathiae principium moralitatis (boni et mali) esse docet. — Opus autem, quo deinceps novam methodum in oeconomiam nationalem invexit, erat: „Inquiry into the Nature and Causes of the Wealth of Nations“ (London 1776).

line ad *usum* (Gebrauchswerth) quam in ordine ad *permutanem* mercium (Tauschwerth); eorum autem *fontem* fundamenlem esse humanum *laborem* (non solam terram et agriculturam); mirum laborem esse qui, sibi quasi associando *naturae vires* et mias parsimonia comparatas (Kapital), progressum nationum ti in industria ita in prosperitate efficiat. Hanc laboris effi- ı et fecunditatem tum quidem fore maximam, si 1° *plena rtate* labor se movere possit, exclusis omnibus externis con- ɔus vel modum et genus laborum vel commercium restrin- ɔus, quamdiu nullum alienum ius violetur (Gewerbefreiheit, d freiheit, Freizügigkeit); 2° si insuper apta accedat *laboris* (Arbeitstheilung) aptaque ad invicem correlatio variarum ium oeconomicae activitatis. Hac duplici condicione sponte ıuram quandam *exaequationem* (Ausgleichung) inter humanas *igentias* et *media*, quibus illis satisfieri possit, inter *laborem ensum* et eius *compensationem*, percipientibus cunctis, qui pro- ionem participant, suam congruam partem. Atque ita even- ırum, ut ipsae quoque *nationes* sese mutuo *oeconomice compleant*, ccommodatum ordinem in formis productivi laboris infinite variis quendo; hinc resultare internationale quoddam oeconomicum *quilibrium*, quod iugiter semetipsum sustentet, et in quo proprie erialis prosperitas, potentia et cultura nationum fundetur[1].

Idealem hanc systematis structuram vel obiter consideranti ıtim clarescit, unum hic principium prae ceteris gravitate inere, scilicet *principium omnimodae libertatis oeconomicae*, quod sua fecunditate sociali et politica suisque necessariis corol- iis integram quandam revolutionem, etsi specie pacificam, non um oeconomiae publicae sed et totius interni socialis organismi ɔulorum quasi in sinu gestat. Eius victricem efficaciam ipsa ɔque temporis adiuncta, in quae incidit et quae deinceps illud nitabantur, mirifice adiuvarunt. Ex officina partim rationalismi tim materialismi iam tum extremus *iuris individualismus* pro- rat, qui, contempto omni iure historico, universum *naturalem* ietatis organismum in aequales et autonomas atomos primum llosophice deinde et iuridice dissolvere gloriabatur, ut *ex sola rtate individuali* totam civilem societatem artificiose denuo ıstrueret. Hinc necessario nova quoque invecta *idea auctori- is publicae*, individualismo iuris perfecte congrua, nempe talis,

[1] Cf. *I. Kautz* l. c. II, 420.

cuius finis et officium unice consistat in *protegenda omn* | ·
*tate,* sustentando publicam securitatem et ordinem iustitiae,
autem plane indifferenter se habeat circa modum, quo li
libertate utantur, quamdiu nullum ius alienum violetur („
Rechtsstaats-Idee"). Haec autem potestatis publicae
circa rem etiam oeconomicam (secundum vulgare axio „l
faire, laissez passer") id ipsum erat, quod novo systemati
palaestram aperuit. Sed mox novum illi impulsum, ab e
tore non praevisum, magnae saeculi XIX inventiones attule
quibus industrius labor innumeris auxiliaribus machinis in
mensum multiplicatus, simulque mutua communicatio inter
etiam maxime dissitas terra marique mira facilitate ac c
praedita est. Atque haec quidem *extrinsecus* promovendo s
mati faustissima contigerunt.

*Internum* autem psychologicum principium et agens in re oeconomica longe potentissimum fore hominum *egoismum* et acquirendi cupiditatem *Adamus Smith* eo minus dubitabat, quod, ut in philosophia ita et in moribus, iam late realisticum *utilitarismum* dominari probe sciebat. Ex hac igitur generali *emancipatione egoismi oeconomici* non poterat non oriri tam inter privatos quam inter nationes illa *aemula concertatio* („concurrentia") industriali systemati ubique propria, in qua *maior potentia* (pecunia capitalis, copia mediorum, exigui sumptus productivi laboris) praevalentem successum et victoriam concurrentium determinat: debilioribus deinceps concurrendi paritatem adimens, aliis desperationem proficiendi aut ruinam relinquens, innumeras mediocres fortunas absorbens, honestorum opificum multitudinem ad dependentiam operariorum deprimens. Atque ita in immensum crescentibus paucorum fortunis et potentia in medio multitudinis pauperum. qui suis laboribus in favorem illorum quodammodo in locum antiquae servitutis succedunt, augentur sane „nationales divitiae" ab Adamo Smith promissae; quis autem eas *prosperitatem nationalem* vocaverit, praesertim cum „liberalis" egoismus nec legem nec caritatem christianam noverit, qua tanto sociali incommodo saltem aliquod moderamen morale adhiberi posset? — Nihil iuvat, quod idem auctor, miro optimismo ductus, sibi persuadebat, eadem libertatis lege, qua sufficienti productioni bonorum provideatur. congruam quoque eorum *divisionem,* immo exaequationem quandam inter haec et humanas indigentias esse sperandam. Ceterum vero in eius systemate nullum reale antidotum contra frigidum egois-

m et illos abusus „capitalismi“ apparet, qui partim hodiernam
aestionem socialem“ genuerunt. Immo in tota hac theoria, qua
docetur ex *„labore humano“* procreandi divitias nationales, *cura*
*ipsis hominibus,* qui hunc productivum laborem suae valetudinis
endio praestant, ultimum locum tenet. Accedit, quod pretium
oris (merces operariorum) non secus ac pretium mercium sup-
nitur dependere a proportione inter quaerentes et offerentes
rem (Nachfrage und Angebot). Hoc autem fere idem est ac si
tur: eo magis florebit industria et fructus productionis in-
ialis in manu eorum, qui operarios conducunt, quo magis in
ulo crescit numerus miserorum, qui ad suum laborem quavis fere
licione offerendum vitae sustentandae necessitate coguntur.

Ex eius denique *fructibus* verum internum valorem eiusdem
matis hodie aperte cognoscimus. Neque eos singillatim
merare aut describere opus est, cum a generatione, in qua
imus, illi iam non sine gemitu sentiantur magis quam oculis
nantur et cum optimi quique in id unum fere omne suum
dium intendant, ut praesentibus et futuris malis socialibus op-
tuna remedia inquirant. Utinam unum saltem fructum vere
utarem saeculi transacti experientia nobis afferret, *persuasionem*
licet populorum et eorum qui imperant, divitias nationales per
solas, neglecto aut contempto patrimonio ordinis moralis et
istianae institutionis, nequaquam sufficere ad veram nationalem
speritatem fundandam, neque impune in coacervandas quo-
documque divitias incumbi, nisi eadem sollicitudine provideatur,
illa congrua et aequa partitione toti corpori sociali proveniant,
ue ita nec insatiabili opulentiae nec pauperismo locum relinquant.

Et hodie quidem „liberalis oeconomismus“ tamquam speciale
onomicum systema (Manchester-Theorie) in publica opinione
stino fiduciali dominio iam excidit, sed grave dubium angit:
ex adversariis demum locum cedere cogatur, utrum *ordini*
*iali christiano* supra novas huius temporis formas restaurando,
*antichristiano radicali socialismo,* naturali filio liberalismi? —
qua spes manet illius salutaris restaurationis perficiendae aut
tem discriminis socialis efficaciter avertendi, ea principaliter
idem in potentissima morali interventione *Ecclesiae christianae*
a est[1], quae sola ad moralem compagem et essentialia funda-

[1] „Seit 1800 Jahren liegt es vor aller Welt Augen, dass jede, aber auch
hmslos jede wahrhafte, jede grosse und heilsame Vorwärtsbewegung nur

menta societatis consolidanda necnon ad medendum po] o malis etiam socialibus divinitus commissum thesaurum p quem ut liberaliter propinet, aliud non requirit, nisi ut in sui iuris suaeque beneficentiae libertate fruatur. Attan hic ipse influxus religioso-moralis in societate civili suo ex complemento et legalis ordinis fulcro careat, procul dubio ı sarium est, ut illi congrua quoque et efficax cooperatio ci auctoritatis accedat.

IV. *De necessaria publica interventione in praesenti causa oeconomico-sociali.*

**646.** Permulti viri eximii et de salute publica solliciti ex variis cultis nationibus, maxime autem catholicis, a compluribus annis in hunc nobilissimum finem studia et ingenii fructus contulerunt, ut optimis consiliis et aptissimis remediis sociali morbo in dies crescenti occurrerent. Sed quominus singulorum laudabiles contentiones ubique optata unitate ad eundem finem dirigerentur, non parum obfuit practica quaedam *de via capessenda* controversia.

Dum enim *alii* praeter Ecclesiae influxum et privatorum coetuum generosam atque indefessam caritatem insuper *publicae quoque auctoritatis* positivam curam requiri affirmabant, *alii* contra omnem publicae auctoritatis interventum, qui communem iustitiae administrationem transcenderet aut oeconomicam privatorum libertatem aliquo modo restringeret, penitus aversabantur. Ad hoc eos movebat: 1° indoles „moderni Status" rei catholicae fere ubique adversa aut etiam aperte hostilis, cui si semel iuris aditus permittatur in sanctuarium ordinis socialis, sphaeram videlicet, propriam civilis libertatis et christianae caritatis, merito timendum esse existimabant, ne ista concessio, in detrimentum libertatis tam ecclesiasticae quam civilis, affectatam „omnipotentiam Status" firmaret; 2° sympathica acceptatio illius theoriae iuris publici, quae totum finem societatis civilis et consequenter *ambitum potestatis*

---

von einer grossen Kraft getrieben, getragen und mit Erfolg zum Abschluss gebracht ist, nämlich vom Christenthum. Die christliche Liebe allein ist die principielle Lösung der socialen Frage.... Es gibt nur einen Arzt und nur eine Arznei dafür: Christus und die christliche Erneuerung des socialen Lebens. Die Aufgabe des Christenthums ist eine universale. Ohne diesen Factor sind die brennenden Fragen der socialen Noth nicht zu lösen." In periodico „Evangelisch-kirchlicher Anzeiger" mensis Iulii 1892 haec verba referuntur ex epistola *familiari* alicuius (non catholici) magistratus publici in Borussia potentis, qui autem in suo publico officio *practice* longe aliam mentem respectu Ecclesiae *catholicae* ostendit.

*blicae* intra limites tuendae iustitiae ordinisque iurium efficaciter ntandi contineri docet („Rechtsschutz-Theorie" cum sua cote „Manchester-Theorie")[1].

Quamquam omnis huius controversiae causa per memorabilem onis XIII Encyclicam „Rerum novarum" (15 Maii 1891) non lum auctoritate sed et solidissimis scientiae rationibus satis mpta censeri potest[2], ipsa tamen rei gravitas hic quoque illi iquem locum vindicare videtur.

17. **Thesis LXIX. In causa oeconomico-sociali his tembus agitata suprema civilis auctoritas ex iure et officio prio partim primario partim secundario intervenire potest e debet.**

Praenotanda. Duo in thesi probanda proponuntur, uti nuitur per distinctionem „partim primario, partim secundario". licitur autem ius interveniendi *primario*, i. e. non tantum per odum supplementi post aliam aliunde factam interventionem; *cundario*, i. e. supplendo insufficientiam alterius qualiscumque nterventionis.

**Probatur pars I.** Ius et officium interveniendi procul dubio *rimario* civili auctoritati competit, ubicumque de servando aut stituendo ordine iustitiae, de tuendis iuribus sive realibus sive rsonalibus civium tam singulorum quam eorum classium agitur. eo enim omnes consentiunt, *primarium finem* societatis civilis hinc primarium ius et officium *supremae auctoritatis civilis* in curitate iurium efficaciter procuranda et universo ordine iustitiae ndo contineri. Atqui inter mala et pericula oeconomico-socialia, ae hodie praesentissima remedia postulant, pleraque vel certe nplura ad ipsum *ordinem iustitiae* in societate tuendum perent. Ergo talia remedia efficacia, praesertim per modum conienti legislationis, providere *directe et primario* auctoritati ili incumbit.

Prob. min. Eo sane computanda sunt:

1. Plena et omni freno soluta libertas possessorum indualium fabricarum conducendi iam *puerilem aetatem et immaturam olescentiam* ad quotidianos in suis officinis subeundos labores, n raro huic aetati per se nocivos, aut per multas continuas ras, aliquando etiam nocturnas, productos. Unde fit, ut suc-

[1] Cf. Stimmen aus Maria-Laach XL (1891), 47 sqq. 265 sqq.

[2] Cf. ibid. XLI (1891), 1 sqq. 133 sqq.

crescens generatio numerosissimae huius classis operario
a primo flore annorum corpore tabescere incipiat, non sine
suo et totius societatis detrimento, lucro et avaritiae pauc
subserviens. Accedit quod iidem adolescentes necessaria i
tione religiosa et morali plerumque vel omnino vel pl a
destituti, non obstante externa quadem fortasse vigente disc
quotidiano multiplici consortio praemature et inermes grav
moralis corruptelae periculis obiiciantur.

Neque vero generatim exspectari potest ipsis *par*
paupertate pressis et de suorum sustentatione in dies s
cordi fore, ut minorennem istam iuventutem eiusque *ius p*
*et moralis integritatis* ipsi provide contra illum abusum t
nummorum vel modico augmento renuntiantes. Neque le *pat*
*industriales*, quorum interest quam minimis suis ex ita
necessariam quantitatem mercium producere, ut secundum
qualitatem et pretium in internationali concertatione cum
similibus industriae operibus utiliter competere valeant, *sp*
abstinebunt a conductione puerilium manuum utriusque sexus,
modica scilicet remuneratione, quae communem adultorum r
cedem non adaequet.

Remanet igitur, ut auctoritas publica, iurium et iustitiae
custos, istam partem minorennis iuventutis contra iniuriosum
illum abusum convenienti legali remedio tueatur, simulque ipsa
iura societatis ab attentata populi degeneratione physica et mo-
rali vindicet.

2. Similis plena libertas *personas debilioris sexus, etiam matres familias,* promiscue ad eosdem labores conducendi, unde ipse naturalis finis internus familiae et essentialia bona domestica praepediuntur, irreparabili damno totius societatis. Tam fundamentalia autem iura naturae, qualia ea sunt, quibus ipsa familia ad finem sibi divinitus praeordinatum subsistit, et a quibus omnis sana constitutio societatis dependet, nequeunt profecto *singulorum hominum arbitrio* indifferenter permitti, sed sollicitam *publicae auctoritatis* vigilantiam et custodiam exigunt. Quare hic quoque publica interventione, quae illis contraria vel valde periculosa sunt, aut penitus removeri aut pro adiunctis certis condicionibus sapienter mitigari debent, uti iam nonnullis legislationibus fieri consuevit.

3. Ipsi quoque *contractus,* qui inter patronos et operarios adultos ad certos labores praestandos „libere" iniri censentur. Et-

*rmaliter liber consensus* operariorum de condicionibus a
ı propositis nequaquam per se et semper impedit, quominus
contractibus non solum aequitas sed vera *iustitia commuta-*
ıletur. Non enim qualiscumque liber consensus partium
entium ad *iustum* contractum sufficit, maxime cum prae-
cum egeno contrahit, quem egestas ac praesens necessitas
o ad quaslibet durissimas condiciones acceptandas morali
ıe compellit. Ideo praeter liberum consensum insuper re-
*aequalitas* moraliter aestimata inter *datum* et *acceptum.*
o quod per operarium datur, est personalis labor, applicatio
corporis et artis acquisitae, nec raro ipsius valetudinis in
ım alterius contrahentis. Quod datum eo ipso, quod *per-*
est et a persona humana separari nequit, id peculiare
quod suapte natura nequaquam aequiparari possit merci-
ae qualicumque pretio vulgari pro statu nundinarum modo
modo maximo emuntur. Habet e contrario *naturaliter*
*ıum valorem,* quem nulla vicissitudine commutationis vel
ı commutantium umquam amittere potest, et infra quem
pretium (mercedem operariorum) deprimere salva naturali
non licet. Namque ad sui suorumque in vitae necessita-
ıstentationem pauper operarius *unum* tantum subsidium
*ivina ordinatione ad hoc concessum et destinatum,* frugi-
ısum virium corporis et laborem manuum. Itaque *divina*
*ione* fructus realis seu pretium laboris operarii, qui integri-
ium utitur, ut iustum censeri possit, *ad minimum* aequare
ıedia ad illam convenientem sustentationem necessaria [1].

---

Reapse manere in vita commune singulis officium est, cui scelus est
Hinc ius reperiendarum rerum, quibus vita sustentetur, necessario
quarum rerum facultatem infimo cuique non nisi quaesita labore
uppeditat. Esto igitur, ut opifex atque herus libere in idem placitum,
atim in salarii modum consentiant: subest tamen semper aliquid ex
aturali, idque libera paciscentium voluntate maius et antiquius, scilicet
ıifici, frugi quidem et bene morato, haud imparem esse mercedem
Quodsi necessitate opifex coactus, aut mali peioris metu permotus
condicionem accipiat, quae, etiamsi nolit, accipienda sit, quod a domino
lemptore operum imponitur, istud quidem est subire vim, cui i
(*Leonis XIII* Encycl. „Rerum novarum", ed. Herder, p. 63). —
ım illustrata reperies quae supra ad prob. minorem sub n. 1 et 2
55—61. — Eadem puncta inter alios iuris doct
*i* [Allg. Staatsrecht II, 433] iam anno 1857 tamqu
notaverat vigilantiae publicae serio inculcanda.

Ergo civilis auctoritas nequaquam suam potestatem exc aut civium libertatem contrahendi iniuste restringere putanda si vel infimum iustae mercedis operariis debitae limitem modo *determinet* vel certe aequum *tribunal* lege provid , quod singuli operarii cum fiducia et absque suo gravamine iuris causas legitime dirimendas deferre possint.

4. Omnis denique sive fraudulentus sive despoticus praevalentis potentiae patronorum in operarios a se oeconomice dependentes, uti v. g. usuraria circumventio qualiscumque, ini terrorismus, quo illi indirecte iusta sua libertate vel civili vel morali et religiosa priventur. Nemo enim non videt in his i bus de vera causa *iustitiae* agi, quae directe et *primario* ci auctoritatis vigilantiae et curae subiacet.

**648. Probatur pars II.** Ad positive mitiganda quaelibet mala socialia tam moralia quam oeconomica, quibus variae hominum classes hodie premuntur, atque ad *positive* promovendam veram et omnimodam populi prosperitatem sane *neque sola neque primario* civilis auctoritas *per se* deputata censeri potest; i maxime, si regendus populus christianis moribus ac tradi imbutus necnon ad maturam intellegentiam excultus sua sponte ac privato impulsu ad multiplicia socialis caritatis opera et instituta suscipienda promptus ac magnanimis praesto est. Initia nempe et *primariae* partes huius salutiferae socialis culturae iugiter perficiendae, tam historice quam ex natura rei, ab inexhausto fonte christianae caritatis, et partim quidem a socialis beneficientiae institutis directe per Ecclesiam suscitatis, partim sub eius influxu ab innumeris ac prope infinite variis privatae caritatis fundationibus proficiscuntur [1].

Nihilominus et publica civilis auctoritas ex fine sibi naturaliter praestituto et officio sibi divinitus commisso eandem felicem socialem culturam, utpote verum bonum commune societatis, in suo gradu impense promovere debet, idque non tantum negative, iuris ordinem tuendo, verum et *positive* seu convenienti influxu publico (cf. n. 305 et 317). Attamen tota haec publicae potestatis activitas, quatenus positiva est, ad supradictam activitatem primariam *secundario* accedat necesse est, i. e. *subsidiarie* illam publicis mediis iuvando eiusque insufficientiam complendo [2]. (Cf. P. I, n. 423; P. II, n. 317.)

---

[1] Vide *Leonis XIII.* Encycl. „Rerum novarum", ed. cit., p. 43.

[2] Ibid. p. 51: „Iubet ... aequitas curam de proletario *publice* geri, ut ex

Quemadmodum enim societas domestica naturaliter instituta ad complendam *individuorum* hominum insufficientiam in or- e ad necessarios naturae socialis fines, ita ulterius ex naturae tuto singulae familiae et tribus coniunguntur in societatem ivil , eo proposito fine, ut per ampliatam huius abundantiam orum socialium in ordine ad alteriores hominum fines sociales insufficientia *singularum familiarum ac tribuum ad communem ufficientiam compleatur* (n. 320 sq.). In iis igitur procurandis ocialibus bonis, in quibus sub religioso Ecclesiae influxu privata ivium cooperatio eorumque libera consortia per se iam illam icientiam prae se ferunt, non est, quod auctoritas civilis liberis iodi socialibus conatibus suam actionem publicam substituat, ed suo officio plane satisfacit, si *subsidiario* suo praesidio et egali confirmatione illos comitatur, et ubi necessitas postulaverit, uprema sua directione ad unitatem boni communis harmonice onducit.

Hanc *subsidiariam* rationem activitatis publicae in prosperi- ite communi civium positive procuranda manifesto supponit et xprimit ipsa *idea societatis civilis*, quam ab Aristotele iam pro- am *universa christiana philosophia* constanter tenuit, et qua, t alias in decursu huius operis monuimus, novissima „idea atus publici" ceu numinis cuiusdam omnipotentis atque „om- ium iurium fontis" opportune excluditur. Aristoteles namque, minus practice in variis suis deductionibus, certe theoretice

---

, quod in communem affert utilitatem, percipiat ipse aliquid, ut tectus, ut stitus, ut salvus vitam tolerare minus aegre possit. Unde consequitur vendum rebus omnibus esse, quae condicioni opificum quoquo modo videantur ofuturae. Quae cura tantum abest ut noceat cuiquam, ut potius profutura t universis, quia non esse omnibus modis eos miseros, a quibus tam neces- ria bona proficiscuntur, prorsus interest reipublicae. *Non civem, ut diximus, n familiam absorberi a republica rectum est: suam utrique facultatem agendi m libertate permittere aequum est, quantum incolumi bono c uni et sine iusquam iniuria potest.* Nihilominus eis, qui imperant, vi n, ut c unitatem eiusque partes tueantur. Communitatem qui , e i mmae potestati conservandam natura commisit usque eo, ut lutis non modo suprema lex sed tota causa sit ra que pr ro, quia procurationem reipublicae non ad utilitatem t, sed ad eorum, qui commissi sunt, natura p e, les christiana consentiunt. Cumque imperandi fac usque sit communicatio quaedam summi principatus, ge testatis divinae, non minus rebus singulis quam lentis."

nullum alium *naturae finem* in societate civili instituenda agno nisi ut familiae et familiarum tribus per dilatatam illam ( sociationem *in iis complerentur,* in quibus singulae separatim assequendam vitam perfectam et prosperam *sibi non suffice*

Id ipsum quoque continetur in formula, qua verus naturalis finis societatis civilis (n. 317) secundum omnes eius partes enuntiatur ac per modum theseos probatur. Non enim sine consilio ibi dicitur: . . . „omnimodae civilis prosperitatis *socialiter prosequendae condiciones externas, publice necessarias,* harmonice providere" — reiecta vulgari ambigua formula: „omnimodam civi prosperitatem promovere".

Quibus praemissis *ita argumentamur:*

In quantum ad praesentes sociales necessitates efficaciter superandas neque providus Ecclesiae influxus neque privatae caritatis institutiones absque congrua cooperatione civilis auctoritatis plane sufficiunt, huic procul dubio ius et officium oritur suum illis positivum succursum et auxiliare subsidium praestandi, etiam ubi de causa iustitiae proprie dictae tuenda minime agatur. Atqui de reali illa insufficientia hodie generatim ambigi nequit. Ergo in causa oeconomico-sociali his temporibus agitata potestas civilis *secundario* interveniendi ius et officium habet.

Prob. min. Quae quidem satis patet:

1. *Ex ipsa natura quorundam malorum socialium,* quorum medela, ut efficax sit, necessario cooperationem aliquam publicam exigit. Et sane quid vel influxus Ecclesiae vel privata caritas proficiat contra obstinatam et potentem avaritiae et usurae conspirationem, quae et Ecclesiam et praecepta christiana contemnit, nisi armata voluntas et legis publicae rigor intercedat? — quid efficacis remedii in optimis quibuscumque privatis associationibus inveniatur, nisi iure publice agnito et *legali praesidio* fruantur, quod semper tuto invocare possint?

2. *Ex multitudine et extensione iugiter crescente necessitatum socialium,* quae praeter libera privatorum auxilia *vires totius societatis organice coniunctas* exigunt, si quidem magna simul pericula

[1] Polit. l. 3, c. 9, ed. *B.* 1280 b. 33: *πόλις . . . ἡ τοῦ εὖ ζῆν κοινωνία καὶ ταῖς οἰκίαις καὶ τοῖς γένεσι, ζωῆς τελείας χάριν καὶ αὐτάρκους.* Et ibid. 40: *πόλις δὲ ἡ γενῶν καὶ κωμῶν κοινωνία ζωῆς τελείας καὶ αὐτάρκους.* Cf. l. 1, c. 2, ed. *B.* 1252 b. 27. — Plura de eadem re a nobis dicta in libro: Die Arbeiterfrage und die christlich-ethischen Socialprincipien (1895), p. 49 sqq.

ıro ipsa republica continent. Accedit quod earum causae partim ı cunctis gentibus communes sunt; quare non solum localibus m et *internationalibus* remediis indigent, quae sine congrua terventione ac providentia publica haberi nequeunt.

3. Ex facto iam *fere unanimi consensu sapientium*, eorum etiam, qui prius in sola libertate et caritate privata confidebant, interim autem per ipsam experientiam magis magisque edocti sunt.

**649. Corollaria.**

I. Ex allatis huius doctrinae fundamentis, a certissimo iure socialis naturae petitis, facile apparet, quam aliena illa sit ab eo systemate, quod hodie vulgo *„socialismum status“* (Staats-Socialismus) appellant, et quo tota solutio „quaestionis socialis“ aut unice aut primario a statu publico exspectatur.

II. Nec minus apparet omnem *legalem restaurationem socialem*, ut salutaris et stabilis esse possit, a restaurando *spiritu christiano* in cunctis populi classibus exordiri debere, quod iure divino proprium Ecclesiae munus est. Itaque ut hoc suo munere Ecclesia *perfecta libertate* ad salutem publicam fungi valeat, imperium civile ante omnem aliam interventionem provideat necesse est.

**650. Scholium.** De *necessitate* et *modo* efficaciter succurrendi necessitatibus operariorum, et qua ratione in eundem hunc salutarem finem et *Ecclesia* et ipsi *operarii* et *respublica* secundum recta christianae philosophiae principia *harmonice cooperari* debeant, iterum iterumque legenda Leonis XIII illustris Encyclica „De condicione opificum“.

### B. De cura publica circa culturam animorum.

#### I. *Praenotatur obiectiva eius limitatio.*

**651.** 1. *Intra ordinem mere philosophicum.* Finis proprius seu onum commune societati politicae directe proportionatum non ıe potest nisi bonum *per se externum* (P. I, n. 373). Similiter gitur omnia bona socialia, quibus „omnimoda civilis prosperitas“ fficitur, per se *externa* sint oportet, quia haec sola civili conpiratione et cooperatione comparari possunt. Verum tamen num ociale „externum“ non idem significat ac mere ı niversim ad omne bonum homini naturaliter co u ıtellectualis et moralis ordinis, se extendit, qua ı ate humana aliquo modo ut externum aestimari so ıum ex condicionibus et operationibus externis re n suis fructibus sensibiliter apparens et aliqua

bile. Talia autem sunt nonnulla etiam genera bonorum, quae se ad culturam animorum pertinent, ut *scientiae* et *artes*. Qu et haec a „civili prosperitate" per auctoritatem publicam promovenda per se non excluduntur, *dummodo* publica promov activitas modum ac limites supra (n. 648) assignatos et quos tura rei postulat, non praetergrediatur. Et haec quid dicio, quae instar cautelae additur, in *omni* hypothesi, ac tum secundum rectam rationem vim haberet, si in hac re sola philosophia de recti ordinis norma consuli posset, i. e. si humanum omnis supernaturalis institutionis expers in n pura viveret.

652. 2. *Post factum supernaturalis christianae revelationis.* *supernaturalem* ordinem Deus suo beneplacito hominem elev voluit, finem ei beatificum supernaturalem supernaturalibus me assequendum praefigens. Huc refertur universa *christiana rel divinitus revelata et praecepta,* huc a Christo, Deo et ho et rege saeculorum, fundata et *hierarchice constituta Ecclesia,* per stabilitatis et cunctis deinceps generationibus nomine Ch i iugiter praesens, *iure divino magistra et interpres veritatis revelatae, ad omnes homines missa iisque superna salutis media et animorum culturam ad vitae praesentis pariter et futurae felicitatem maxime necessariam subministrans. Et hoc quidem etiam philosophiae sub luce christiana non ut mera hypothesis, sed ut factum divino testimonio certum obversari debet, quod qui contemnit vel studiose ignorat, vanas fictiones magis quam realem et obiectivam veritatem sequi comprobatur.*

ndependentiae societatis domesticae, neque legitimae libertati ci-
ium locus tutus maneret, multo etiam minus iuri ecclesiastico.
Propterea eiusmodi *theoriam* tamquam verae „culturae", immo
mni *vero sociali bono directe adversam et inimicam,* philosophia
hristiana invicte reprobat, ut supra (n. 307) ostensum est[1].

**Thesis LXXIII. Civili potestati circa scholarem in-
ti ionem puerorum duplex cooperatio ex officio competit, altera
gativa, quae in publica iurium, etiam personalium, tutela
onsistit, altera positiva, sed externa et subsidiaria,
uatenus ad fundandas et sustentandas scholas necessarias so-
ialis spontaneitas oneri impar publico succursu indigeat.**

Praenotanda. Dicitur in thesi: cooperatio *circa* scholarem
nstitutionem, ut distinguatur ab omni cooperatione *interna.* —
Prior ratio cooperandi *negativa* vocatur, quia tantum in removen-
lis iuris obstaculis consistit; altera *positiva* quidem est, sed
antum quatenus *subsidiarie* requisita. Etiamsi forte per tem-
orum et rerum adiuncta haec subsidii necessitas ordinaria et
tabilis evadat, ut fere communiter hodie accidit, nihilominus haec
ositiva cooperatio *natura sua subsidiaria* manet et ut talis con-
iderari debet, quia scholas instituere *proxime ac primario* ad
os pertinet, quorum est munus educandi et formandi pueros.
deo horum iura usurpandi et scholas suo arbitrio tamquam *suas,*
ion solum administrandi, verum et dirigendi et interne informandi
egitimum titulum societas publica tum etiam non acquirit, cum
as omnino vel ex parte publico subsidio sustentat, scilicet pe-

[1] Remedium longe efficacissimum contra eiusmodi periculum societatis
umanae provisum est in institutione Ecclesiae Christi universalis tamquam
societatis *perfectae* et a civili potestate *independentis.* Quare ne *politice* qui-
lem salutare illud agnosci potest, quod in senatu procerum regni borussiaci
Iulii 1880 Dr. *Dove,* professor in universitate Göttingensi et redactor libri
periodici „Zeitschrift für protestantisches Kirchenrecht", tamquam interpres
„evangelicae" doctrinae declaravit: „Die Kirche als eine rechtlich organisirte
Gemeinschaft der Gottesverehrung . . . ist der Hoheit des Staates unterworfen,
ie ist nicht souverän; es kann nur *eine* Macht auf Erden die höchste sein."

cuniis ad hoc etiam bonum commune per parentum et civium contributiones conflatis.

**Probatur pars I.** *Cooperatio negativa.*

Spectato quidem ordine solius iuris naturalis, ut gra auctores communius censent, inter genitores et genitos relatio strictae iustitiae commutativae intercedere non unde illi erga hos non tam stricti iuris officio quam gra *pietatis officio* naturaliter obligantur (cf. n. 105). Nihil impedit, quominus *naturale pietatis debitum* lege civili simul *tivi iuris debitum* declarari et ut tale legitime haberi po revera communiter fieri solet. Quam ob rem, si ce constet aliquos forte parentes educationem suis liberis *debitam*, i. e. homini physice et moraliter evolvendo sim *necessariam*, usque adeo neglegere aut etiam positive in ut illis manifeste gravis iniuria irrogetur, *spectato ordine* potestatis civilis est, suo publico interventu ius liberorum parentes tueri et, nisi id aliter fieri possit, eos sub conv aliorum tutela collocare. Dico: „spectato ordine naturali"; nam in ordine supernaturali seu ubi de *familia christiana* agitur, ius interveniendi *primario* Ecclesiae competit, quippe cuius proprium quoque ius in illis liberis baptizatis laeditur, *secundario* tantum et per modum subsidii coercitivi potestati civili. Huic enim ex officio incumbit, sicuti liberorum ita etiam Ecclesiae iura tueri.

Magis directe interveniendi ratio pro magistratu civili oriretur, si quacumque de causa aliqua schola a sua genuina et nobilissima destinatione *„notorie"* in scholam potius corruptionis morum, aut in fontem apertum veneni intellectualis degeneraret, quo animi puerorum perfida quadam methodo omni impietate et doctrinis universae humanae societati perniciosis imbuerentur. Hic enim inter alia etiam iura *per se publica* directe attinguntur, nimirum ius publicae honestatis a contumeliis vindicandae, et ius arcendi pericula et molimina, quae suapte natura ad labefactanda reipublicae et societatis fundamenta diriguntur.

**Probatur pars II.** *Cooperatio positiva, sed externa et subsidiaria.*

Ad finem naturalem societatis civilis pertinet non solum iuris ordinem efficaciter custodire, sed insuper communem prosperitatem civilem positive promovere, id vero tantum intra limites illius ordinis, i. e. neque legitimam privatorum libertatem et socialem activitatem, neque ulla quae in societate organice ex-

ant et vigent iura absorbendo, sed condiciones *publice necesrias* complendo, quibus prosperitatis civilis assecutio, quanm fieri possit, cunctis vel possibilis vel expeditior et facilior ddatur (cf. n. 317). Omnis igitur cura publica communem vium prosperitatem *positive* promovendi *subsidiaria* sit oportet, mpe spontaneam privatorum activitatem socialem ad commune num publico succursu in iis rebus complens, in quibus illa per a viribus impar aut quomodocumque insufficiens apparet.

Applicando hoc generale principium ad eam partem communis itatis civilis, quae ex re scholari opportune provisa et ne ordinata resultat, ita ratiocinari licet: Instituere et fundare las educandis pueris (christianis) idoneas *per se* et *proprie* m ipso iure et officio educandi conexum est, quapropter *prome* quidem ipsis parentibus et regimini ecclesiastico incumbit t ex supra dictis consequitur). Et hac quidem ratione in nerica septentrionali aliisque compluribus regionibus etiamnunc ıumeras erigi et sustentari scholas „parochiales" seu „liberas" lemus, unde fructus salutares, qui proxime *internum* commune num familiarum respiciunt, simul tamen in civile bonum totius publicae redundant.

At vero neque ubique neque semper sperare licet fore, ut es conatusque privatorum simul cum locali providentia ecclestica iugiter per se tanto oneri sociali sufficiant. Ubicumque go de hac insufficientia constet, intuitu maximae communis litatis aut etiam necessitatis socialis iis, qui reipublicae praent, *officium* haud dubium oritur *publico subsidio* privatam infficientiam, quantum res postulaverit, *complendi*, ita tamen, ut erim *neque parentum neque Ecclesiae iuri anteriori et inalienabili icquam detrahatur*. Haec enim condicio vel ideo omnem istam *sitivam* cooperationem publicam necessario comitatur, quod haec tura sua et iuris origine tantum *secundaria* est et *subsidiaria*, proinde ius *primarium* eiusque liberum usum non tollit nec nuit, sed supponit et extrinsecus adiuvat. Estque eadem conio, utpote in rei natura fundata, semper *constans et iure inficiens*, qualemcumque ambitum vel formam publica in re schoi cooperatio de facto assumpserit. Itaque *tum etiam non cesre putanda est*, cum forte quibuscumque de causis contingat, cubi fere universam de scholis fundandis et ordinandis externam ovidentiam earumque administrationem per fas aut nefas in ınus auctoritatis civilis devolvi.

Ex principiis de re scholari modo stabilitis haec grav sequuntur:

**Corollaria.**

666. I. *Monopolium* quod vulgo dicitur scholarum pub („staatliches Schulmonopol", „Zwangsschule"), quo parentes com lege adstringuntur, ut suos liberos, secluso omni suo libero lectu, scholis et magistris publice designatis ad normam le arbitrio magistratus civilis instituendos tradant, flagr libertatis conscientiae violatio et iuris domestici usur io est[1].

Huic iniuriae alia gravior additur, si insuper co i it in scholis eiusmodi obligatoriis spiritum vigere aut bonis aut verae religioni perniciosum, aut si Ecclesiae salutaris coo tio vel nulla vel inefficax tantum et illusoria admittitur.

667. II. Ubicumque de facto systema scholarum mere publicarum earumque regiminis exclusive civilis lege sancitum exstat, ius *inalienabile* et parentum et Ecclesiae omnino postulat, ut ad minimum *libera facultas* illis maneat *scholas privatas* sibi consentaneas suis sumptibus erigendi, dum iniquam necessitatem

[1] *Stuart Mill*, tametsi benevolam curam formandi adolescentes, qua parentum incapacitas vel neglegentia compensetur, regimini civili ex officio incumbere existimat, plane tamen omne „monopolium" scholarum publicum tamquam despoticum abhorret et condemnat. In suo opere „Principles of political Economy" (ed. germ. „Grundsätze der polit. Oekonomie" [1864] p. 716) haec eius verba leguntur: „Auf *einer* Sache muss man durchaus bestehen, dass nämlich die Regierung kein Monopol für ihre Erziehung weder in den untern noch obern Zweigen beanspruche, dass sie weder direct noch indirect die Leute zwinge, sich an ihre Lehrer vorzugsweise zu halten, und dass sie den in ihren Anstalten gebildeten keine besondere Vortheile einräume. Obwohl die öffentlichen Lehrer wahrscheinlich besser sein werden als durchschnittlich die Privatlehrer, so werden sie doch nicht alle in sämtlichen Lehrern zusammengenommen befindliche Weisheit und Kenntniss in sich vereinigen, und es ist wünschenswerth, so viele Wege wie möglich zu dem erstrebten Ziele offen zu lassen. Auch darf man nicht dulden, dass eine Regierung de iure oder de facto eine vollständige Controlle über die Erziehung des ganzen Volkes habe. Eine solche Controlle haben und wirklich ausüben, heisst Despot sein. Eine Regierung, welche die Ansichten und Gefühle des Volkes von erster Jugend an formen kann, vermag mit ihnen aufzustellen, was sie will. Obwohl eine Regierung daher Schulen und Universitäten errichten darf und in vielen Fällen sollte, so muss sie doch niemanden zwingen oder bestechen, dieselben zu besuchen; noch auch sollte die Befugniss für Privatleute, rivalisirende Anstalten zu gründen, irgendwie von ihrer Genehmigung abhangen. Es mag sich rechtfertigen lassen, von allen Menschen zu verlangen, dass sie in gewissen Dingen Kenntnisse besitzen sollen, aber nicht, ihnen vorzuschreiben, wie und von wem sie dieselben zu erwerben haben."

tolerant, qua communibus simul contributionibus scholas publicas sibi alienas sustentare coguntur.

668. III. Schola publica, in qua systematice ab institutione puerorum omne documentum religionis studiose excluditur („religionslose Schule"), inepta est, quae bonos homines et bonos cives efformet, quia id spernit, quod est *essentiale* elementum omnis educationis humanae[1]; quod si insuper cunctis obligatoria declarata sit, est omni tyrannide in cives deterior. — *Nec valet praetextus:* Ubi ipse status publicus qua talis nullam religionem profiteatur, mirum non esse, si idem in *suis* scholis (pro liberis parentum

[1] Quid *Pestalozzi*, quem „schola moderna" tamquam auctoritatem veneratur, de educatione absque influxu religionis senserit, eius scripta *passim* testantur (cf. Schweiz. Kirchenzeitung 1872, n. 16), v. g.: „Die Veredlung des Volkes kann nur durch seine Hinlenkung zum wahren lebendigen Glauben an Gott erzielt werden. Religion, Religion allein beschert der Menschheit Gerechtigkeit und wahre Freiheit.... Das Gefühl innerer Würde kann zwar einen unter tausenden zum Patrioten erheben; aber Gottesfurcht und Glauben an die ewige Bestimmung der Menschheit bildet im Volke still wirkend, aber allgemein zu tausendmal tausend Thaten sich aufopfernder Güte. Darum ist Eifer für Gottes Ehre und Religionsanstalten ewig in der Hand einer weisen Obrigkeit das sicherste Mittel, ihre Befehle von jedermann respectiren zu machen, und was mehr ist als dieses, den Quellen aller Bosheit und aller Unfuge durch das Uebergewicht einer allgemein rege gemachten Achtung für Gott und die Menschheit auf die einfachste Art Einhalt zu thun." — Ceterum, quicumque religionem e schola penitus relegari postulant, satis aperte, ad quos denique fines haec molimina spectent, profitentur. Hinc socialistico-democraticum axioma: „Religio est res privata." Cui consentit, quod iam 1849 duces democratiae germanicae in documento publico Genevae edito professi sunt: „Die Umgestaltung der jetzigen gesellschaftlichen Zustände muss durch eine *Umgestaltung der Bildung, der Erziehung und des Unterrichts begründet oder dauernd gemacht werden.* Die Erziehung und der Unterricht müssen also *aller religiösen Unklarheiten und Ueberschwänglichkeiten entkleidet werden.* Ihr einziger Zweck ist, den Menschen zum Zusammenleben mit andern zu befähigen. *Die Religion, welche aus der Gesellschaft verdrängt werden muss*, soll aus dem Gemüthe des Menschen verschwinden.... Wir berücksichtigen deshalb die religiösen Kämpfe und Bestrebungen, die Bildung freier Gemeinden u. s. w. nur insofern, als unter religiöser Freiheit *die Freiheit von aller Religion* verstanden wird. Wir wollen nicht die Freiheit des Glaubens, sondern *die Nothwendigkeit des Unglaubens*" (cf. *J. Diendorfer*, Der staatliche Schulzwang in der Theorie und Praxis [1868]). — Immo etiam in internationali „congressu pacis" (Friedenscongress) Bernam convocato mense Sept. 1868 inter alias propositiones haec quoque discutienda exstabat: „Die Religion muss als Sache der individuellen Ueberzeugung den politischen Einrichtungen fremd bleiben und ebenso *aus dem öffentlichen Unterrichtswesen beseitigt werden*, damit die Kirchen nicht ferner die freie Entwicklung der Gesellschaft aufhalten können" („Katholik" 1868 II, 77).

christianorum!) similem „neutralitatem" observari praeci interim liberum maneat parentibus et Ecclesiae ministris domestico et privato notitiam religionis sibi convenientis s *Resp.:* Ut educatio hominis naturae conveniat, instituti tellectualem et moralem nequaqam a religiosa ita seiungere ut haec ad illas quasi per accidens aut ornamenti instar sed *tota institutio animorum* religiose informetur oportet. si publica potestas id praestare nequit aut aliunde fieri d id unum ratio dictat, ut ipsa ab educandi munere plane et iis illud restituat, ad quos solos iure pertinet.

669. IV. Scholae, quae, tametsi generales aliquas religionis sal naturalis notiones tradere solent, nullam tamen certam maticam religionis formam profitentur (*„confessionslose"* Sc practice vix differunt a schola sub numero III descripta n alio consilio inventae sunt, quam ut iuventus christiana pueritia pretiosissima hereditate parentum, vera fide ch methodice defraudetur[1]. Quare christiani parentes talib s suos liberos committere tuto nequaquam possunt.

670. V. Scholae quoque, quae vulgo *„simultaneae"* (Simultanschulen) vocantur, i. e. quae in instituenda iuventute quandam christianam indolem prae se ferunt, ea tamen condicione, ut illa tantum christianae doctrinae capita in sermonem inducant, quae et catholicis et protestantibus communia censentur, vel ideo reprobandae sunt, quia *pro vera religione arbitrarie mutilatam et falsam insinuant,* simulque religioso *indifferentismo* viam parant[2].

[1] Notus aliquis professor academicus, in senatu deputatorum populi borussiaci mense Martio 1863 ita fere in scholis publicis institutionem religiosam communem proposuisse fertur: „Die allgemeinen Sätze, in denen wir einverstanden sind, die *Nothwendigkeit des Gottvertrauens* und *das Bewusstsein der Gottesbedürftigkeit*, diese Sätze, die *einzigen*, die für die Schule und die Jugenderziehung *wichtig* sind, sie sind auch allen Confessionen gemein, und diejenigen Lehrer werden *die beste* religiöse Einwirkung auf die Jugend ausüben, welche sich auf diese Anschauung beschränken."

[2] Occasione electionum faciendarum pro senatu Britannico 1886 regius Minister *Lord Salisbury* contra theoriam contrariam acriter defendit systema scholarum secundum fidei „confessiones" distinctarum (confessionelle Schulen) in publica oratione dicens: „Ich verlange, dass jeder christlichen Kirche oder Secte die grösstmögliche Gelegenheit geboten werden soll, ihre Angehörigen in ihrem Glauben zu unterrichten, anstatt sie in die Board-Schulen zu treiben, wo ein kraft- und saftloses, mechanisches, religiös-unwahres Lehren vorherrschend ist. Denn, glauben Sie mir, das Wesen des religiösen Unterrichts be-

- Hoc scholare systema institui solet in iis potissimum regio-
bus, in quibus duo vel plures religionis cultus inter se divergentes
cundum legem civilis „paritatis“ sibi coexsistunt aut saltem iure
bi coexsistere possunt. Idem „liberalismo“ huius temporis miri-
ce placet et commendari solet praetextu fovendae „tolerantiae“
ionalis unionis tam inter cives eiusdem patriae quam inter
as eiusdem urbis vel civilis communitatis [1]. Accedit, quod,

---

teht darin, dass der Lehrende das, was er lehrt, auch glaubt und diesem
lauben entsprechend die volle und ganze Botschaft der Wahrheit, die er
mpfangen hat, überliefert!“ Dein tangens quaedam morum scandala, quae
odem tempore patefacta in Anglia bonorum indignationem moverunt, ita pergit:
Gegen eine solche Corruption gibt es nur ein einziges Heilmittel, und dieses
t der christliche Glaubensunterricht. Deshalb lege ich es Ihnen aufs ernsteste
d nachdrücklichste ans Herz, das theuerste Besitzthum zu vertheidigen, das
ir als die Bürger eines freien Landes haben, und keinen Theorien von Staats-
nischung und weltlichen Doctrinen zu gestatten, dazwischen zu treten und
es grösste und unveräusserlichste Privilegium eines christlichen Volkes zu
hmälern oder zu vereiteln.“ („Hist. polit. Bl. XCVII [1886], 717).

[1] In coetu paedagogorum Germaniae („Allg. deutsche Lehrerversamm-
ng“) habito Lipsiae mense Maio 1898 inter tractanda die 24 Maii prima
aestio haec proposita est: *„Die Simultanschule — warum muss sie die Schule
- Zukunft sein?“* — Et primus orator, „liberalis“ inspector scholarum, re-
ondit haec statuendo principia: „Die einheitliche und gesunde Entwicklung
r deutschen Nation verlangt eine einheitliche nationale Bildung, welche durch
e nationale Schule vermittelt werden muss. Diese darf keine Trennung
ch Confessionen kennen, sondern muss einen simultanen Charakter haben. . . .
die Stelle des jetzigen dogmatisch-kirchlichen Religionsunterrichtes, der im
gmatisch-abstrakten Katechismus gipfelt, muss ein pädagogischer Religions-
terricht treten, der die biblische Geschichte und die volksthümliche religiös-
tliche Nationalliteratur zur anschaulichen Grundlage hat und daraus die
igiös-sittlichen Lehren ableitet. Dieser Religionsunterricht wird vom Lehrer
heilt und steht nur unter Leitung und Aufsicht der Schulverwaltungsbeamten.
r confessionelle Katechismusunterricht ist Sache der Kirche und steht unter
chlicher Leitung und Aufsicht.“ — In ulteriore decursu afferuntur vulgares
iones, ut inter alias: „Der Staat habe nicht das Recht, den einzelnen Men-
en einer bestimmten Glaubensgemeinschaft zuzuführen. . . . Der Staat habe
ss die Pflicht, der heranwachsenden Jugend eine sittlich-religiöse Erziehung
d Bildung zu gewähren, deshalb sei der Staat verpflichtet, nationale Schulen
errichten, in denen die Kinder aller Glaubensgemeinschaften zu unterrichten
en (!!). . . . Im Interesse des Staates und der Bürger liege es nicht, die
nfessionellen Gegensätze zu schärfen, sondern dieselben auszugleichen etc.“ —
ibus omnibus in supra dictis abunde responsum est. — Ceterum ipse „liberalis“
ofessor *I. Bona Meyer* in suo libro „Religionsbekenntniss und Schule“ (1863)
etur: „Man könne von dem erzwungenen Ausschluss des Confessionellen einen
l grössern Unfrieden und somit einen viel grössern pädagogischen Nach-

ubi onus scholae publicae sustentandae singulis commun
incumbit, oeconomica quoque ratio magistratui locali, ma
numerus civium acatholicorum praevalet, facile
suevit praestare unam scholam communem omnibus
duas vel plures secundum religiosam denomination
Hinc iam usus loquendi invaluit, quo schola „simul
raro promiscue etiam „schola communalis" (i. e. mixtae co
tati civili accommodata) appellatur. — Unde facile ap
minus cavendum esse, ne in praesentibus temporum adi
ius parentum educandi suos liberos a *singulis c*
*civilibus* quam ne *a republica* usurpetur. Ut cura rei
a catholicis parentibus, reservato iure Ecclesiae, locali magistratui alicuius urbis vel communitatis civilis tuto committi posset, constare deberet ipsam communitatem civibus tantum catholicis constare, et magistratum collectivam voluntatem et mentem totius homogeneae societatis familiarum sincere repraesentare.

671. VI. Qualecumque dominium aut ius „supremae directionis" scholarum status publicus sibi vindicet, numquam tamen admittendum est, *institutionem in religione catholica* discipulis catholicis *nomine et mandato reipublicae* per qualemcumque magistrum publice designatum tradi; namque, ut ipsa natura rei, ita ius non solum Ecclesiae verum et parentum catholicorum omnino exigit, ut hoc nonnisi nomine Ecclesiae fiat, nempe per eius organa ad hoc deputata vel certe per personas expressa *ecclesiastica approbatione* munitas.

672. VII. Hinc quoque apparet, quam recte et opportune Pius IX in errorum Syllabo 1864 sequentes propositiones publice condemnatas voluerit:

Thesis 45: „Totum scholarum publicarum regimen, in quibus iuventus christianae alicuius reipublicae instituitur, episcopalibus dumtaxat seminariis aliqua ratione exceptis, potest ac debet attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nullum alii cuicumque auctoritati recognoscatur ius immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in graduum collatione, in delectu ac approbatione magistrorum."

Thesis 47: „Postulat optima civilis societatis ratio, ut populares scholae, quae patent omnibus cuiuscumque e populo classis pueris.

---

theil für die Schule befürchten. . . . Auch sei es vergebliche Hoffnung, ein einiges Volk zu erziehen, wenn man für die Schule diese Unterschiede negirt, die man im erwachsenen Volke nicht zu negiren im stande ist."

publica universim instituta, quae litteris severioribusque disciplis tradendis et educationi iuventutis curandae sunt destinata, extitur ab omni Ecclesiae auctoritate, moderatrice vi et ingerentia, quae civilis ac politicae auctoritatis arbitrio subiiciantur, ad imperitium placita et ad communium aetatis opinionum amussim."

Thesis 48: „Catholicis viris probari potest ea iuventutis instituendae ratio, quae sit a catholica fide et ab Ecclesiae potestate seiuncta, quaeque rerum dumtaxat naturalium scientiam ac terrenae socialis vitae fines tantummodo vel saltem primario spectet."

Ceterum *positive* quoque idem Pontifex et supremus Ecclesiae pastor suam de hac re sententiam minime dubiam quavis data occasione publice asseruit, sive in allocutionibus sollemnibus, ut in consistoriali 1 Nov. 1850 et 5 Sept. 1851, sive in publicis documentis, ut in memorandis litteris apostolicis ad archiepiscopum Salisburgensem datis 14 Iulii 1864, ubi haec gravissima monita publicata legimus: „Certe quidem ubi in quibuscumque locis regionibusque perniciosissimum huiusmodi vel susciperetur vel ad finem perduceretur consilium expellendi a scholis Ecclesiae auctoritatem, et iuventus misere exponeretur damno circa fidem, nec Ecclesia non solum deberet instantissimo studio omnia conari omnisque curis parcere, ut eadem iuventus necessariam christianam institutionem et educationem habeat, *verum etiam cogeretur omnes fideles monere, eisque declarare, eiusmodi scholas Ecclesiae catholicae adversas haud posse in conscientia frequentari.*" [1]

Quibus adde non minus illustria documenta Leonis XIII, uti instructiones contentas in litteris apostolicis ad episcopos Galliae datis 8 Febr. 1884; litteris ad cardinalem vicarium datis 26 Iunii 1878 et 25 Mart. 1879; litteris ad card. Gibbons, archiep. Baltimor., de quaestione scholari in Stat. Unit. Americae datis 31 Maii 1893 [2].

3. Utrum et quatenus scholarum usus legali coactioni subiici possit?

3. Circa usum scholarum duo politica systemata sibi opponuntur, alterum perfectae vel quasi perfectae *libertatis*, alterum *totalis coactionis*.

Systema *libertatis*, seu socialis spontaneitatis, pro scholarum erorum institutione eam dumtaxat curam auctoritatis civilis

---

[1] V. Acta SS. D. N. Pii IX (Romae 1865) p. 79. 97. 250.

[2] Cf. etiam decreta Concilii plenarii baltimorensis I (1852), II (1866) et (1884) a Sancta Sede confirmata (Collectio Lac. t. III).

supponit, quae pro adiunctis cuiusque gentis et r
saria fuerit, ut liberis incolarum *communis et* . *fic*
provideatur idoneas scholas frequentandi, sive publice ad
institutas sive privatis curis erectas et civium fiducia m
neminem ceteroquin legali necessitate ad earum usum com
Censetur namque ipsa attractio moralis, quae ab mati
fructuum socialis culturae animorum procedit, sufficie
fore motivum data occasione sponte libera utendi.

Systema autem *legalis coactionis* (Schulzwang) ε
acceptum varios gradus et modos admittit. Etenim

*Aut* tantum ad acquirendam certam doctrinae summam et animi culturam, quae communiter necessaria iudicatur et per gradum scholae publicae signatur, ita compellit, ut tamen legi satisfecisse censeatur, quicumque illam, etsi praeter scholae publicae curriculum, realiter se attigisse probaverit („Lernzwang").

*Aut* ad ipsas scholas frequentandas *publicas* et regimini publico subiectas adigit, idque lege vel omnino exclusis vel tantum certis cautionibus aliquando admissis scholis *privatis* („Zwangsschule").

Porro de quacumque legali coactione ad scholarem institutionem agatur, pro populo christiano interest quam plurimum ante omnia scire, utrum scholae, ad quas suos liberos mittere parentes obligentur, *cooperante ecclesiastica auctoritate* institutae sint et gubernentur, et hinc tam Ecclesiae quam christianis parentibus per omnia probatae sint, necne. Illud autem fere tum solum secure supponi potest, ubi civilem potestatem sincere christianam et sincera voluntate cum ecclesiastica potestate ad eundem educationis finem prosequendum pacifice unitam esse constat. In iis autem regionibus, in quibus hodie „status modernus" omni fere excluso efficaci influxu Ecclesiae semet ipsum tamquam unicum vel certe supremum iuventutis etiam christianae et catholicae institutorem se obtrudit, a scholis publicis longe profecto abest illa *condicio fiduciae et securitatis.*

Quibus praemissis non dubitamus ad propositam quaestionem hisce assertionibus respondere:

674. **Thesis LXXIV. Scholaris institutio puerorum ab omni compellente interventu libera, in se considerata, eo quidem non immerito commendatur, quod iis, ad quos solos cura educationis iure pertinet, liberam sui iuris exercendi facultatem relinquit; in praxi tamen generatim gravi incommodo obnoxia est.**

**Probatur pars I.** Munus educandi liberos iure quidem na-
r proprium esse parentum, idemque in ordine ad salutarem
itutionem christianam iure positivo divino insuper apostolico
l ıe magisterio demandatum esse, aliunde iam certo constat.
e merito concludere licet, eo perfectius ac felicius huic ordini
ivinitus instituto satisfieri, quo securius utrumque illud ius semper
ıa expedita exercitii libertate fruatur, quam finis debitus exigit,
ıt qua adversis conatibus facilius occurratur. Atqui talem sui
uris exercendi liberam facultatem et parentibus et Ecclesiae
ministris *per se* amplissimam illud prae ceteris scholare systema
praebet, quod omnem directam legalem interventionem magistratus
ivilis a re scholari excludit.

*Quia* 1. omnis eiusmodi interventio regiminis civilis, etiamsi
er se fini essentiali educationis non adversetur, in multis tamen
li libertati plus minusve detrahat necesse est, paulatim scilicet,
t fieri solet, aliquam partem ipsius muneris educandi quocumque
pinato titulo sibi praeoccupans;

2. quia per incertam vicissitudinem rerum civilium et eorum,
ni rempublicam gubernant, fere numquam omni periculo vacat,
ə aliquando, ut nonnumquam evenire videmus, influxus pote-
atis civilis in scholas origine et fine *christianas* convertatur in
estructivam impugnationem institutionis *christianae,* sive apertam
ve caute velatam.

Ergo ratione *libertatis* legitimo educationis officio tam neces-
ıriae hoc systema scholare procul dubio haud immerito com-
endatur.

75. **Probatur pars II:** *In praxi generatim gravi incommodo*
*noxia est.*

Pro institutione maxime elementari puerorum, imprimis vero
*orali* et *religiosa,* quae a magisterio Ecclesiae quantum fieri
otest ex salvatoris mandato in *omnes* homines derivari debet,
ravissimum sane incommodum subesse dicendum est, si illa ipsa
clesiastici muneris exercendi libertas, absque ulla benevola
operatione civilis potestatis, *practice* ad finem propositum in-
gre assequendum generatim *haud sufficiens* esse cognoscitur.
tqui spectata condicione et indole humanae societatis, qualis
odie fere ubique invenitur, haec *insufficientia* systema illud nudae
bertatis generatim ita comitatur, ut pastoralis cura, quantumvis
renua et vigilans, universam alicuius regionis propaginem chri-

stianam in suam disciplinam satis stabiliter colligere aut secure impedire vix valeat, quominus aliqua illius pars beneficio tam necessariae institutionis omnino excidat. Ergo . . .

Prob. min. 1. Experientia constat, in iis regionibus, in quibus scholaris libertas viget, licet scholae fiducia dignae, „liberas" vocant, et quibus parentes christiani suos liberos, si velint, committere possunt, semper praesto sint, relative permagnum tamen numerum incolarum inveniri, qui nec legere nec scribere didicerunt et ideo „analphabetae" vulgo appellantur. ( autem in adolescentibus tam elementari cultura humana destitutis eam eruditionem *moralem et religiosam* serio praesumat, q vitae ratio vere christiana et contra quotidiana corruptelae pericula satis obfirmata hac maxime aetate omnino exigit?

2. Quod si in causas huius experientiae inquirimus, in dicta hypothesi ipsis rerum adiunctis fere necessario in ere facile intellegitur. Et vero, ut labor instituendi puerilem ordinate et cum spe solidi fructus suscipi et continuari p omnes pueri statuto tempore et loco *per modum scholae congregentur necesse est;* et huic quidem fini institutum scholarum „liberarum" opportune inservit respectu *earum familiarum,* quibus ipsis cordi est recta prolium educatio. Quid autem, si in magno parentum numero etiam tales inveniuntur, qui vel impia voluntate vel neglegentia et incuria vel dura vitae inopia ducti suos liberos ad scholas mittere detrectant, maxime cum iam puerilibus eorum manibus ad quotidianum lucrandum panem utantur? — Horum autem numerus haud exiguus est, tam in speluncis pauperum, quibus abundant maiores urbes, quam in sedibus florentis industriae, ubi magnus est operariorum confluxus. Fallitur profecto qui in eiusmodi rerum adiunctis a *sola* suasione, exhortatione vel etiam spirituali comminatione ecclesiastica optatum effectum exspectat, a quo multorum hominum futura felicitas dependet. Ita sane, nisi civilis quoque auctoritas, ad quam omnis iuris efficaciter tuendi officium pertinet, muneri ecclesiastico *externum disciplinae praesidium* praestet.

676. **Thesis LXXV. Obiective revera exstat aliquod ius efficaciter obligandi et hinc, quantum opus fuerit, compellendi pueros christianos ad subeundam institutionem singulis necessariam; verum hoc ius primario et tamquam proprium ad ecclesiasticam, secundario tantum et subsidii instar ad civilem auctoritatem pertinet.**

**Probatur pars I.** Stricto iuri proprium est, ut sit per se *coactivum*, i. e. ut sibi respondens officium iuris habeat per se coactioni obnoxium. Dicitur *per se*, quia tum etiam valet, cum forte physica potestas cogendi deficiat (P. I, n. 489). Atqui et ius naturale parentum educandi suos liberos, et ius divinitus Ecclesiae collatum, docendi homines authentice quae Christus Dominus docuit et mandavit, non ius precarium sed *strictum* dicendum est. Ergo utrique iuri respondet *officium* iuris per se coactioni obnoxium, liberorum quidem ratione educationis a parentibus subeundae, omnium autem Ecclesiae subditorum ratione institutionis christianae per eius ministerium accipiendae.

**Probatur pars II.** Potestas legitima cogendi, i. e. officium iuri stricto respondens etiam coactione, si opus fuerit, ad suum realem effectum urgendi, *per se* et *primitus* ipsi iuris *subiecto* competit, cui illud tamquam *proprium* inhaeret (P. I, n. 482). Idque tum imprimis manifestum est, cum ius, de quo agitur, immediate in vera aliqua *auctoritate sociali* fundatur, qualis est respectu societatis domesticae *parentalis et paterna potestas*, respectu autem universalis societatis religiosae, quae tamquam in se completa subsistit, *auctoritas ecclesiastica*. Eo ipso enim illi regulae iuris satisfit, quae vi ordinis socialis exigit, ut, excepto casu urgentis necessitatis, exercitium potestatis coactivae non cuilibet individuo subiecto iuris, sed praepositae *auctoritati sociali* ex officio committatur (cf. P. I, n. 481 sqq.). Itaque quemadmodum parentes vi muneris in liberos educandos coercitivam potestatem exercere possunt, ita et ecclesiasticae auctoritati iure proprio competit, *per se et immediate* convenienti coercitione et parentum christianorum officium, quantum fieri potest, efficaciter urgere et eorum liberos ad debitam institutionem scholarem hauriendam compellere.

Ex altera parte auctoritati civili ut tali nullum ius vel educandi vel docendi, neque naturale neque positive divinum tamquam *proprium* competit, multo minus ius quemquam compellendi, ut a se sibi placitam educationem et institutionem accipiat.

Neve dicatur tale ius *proprium* potestatis civilis inde evinci, quod et ipsius societatis civilis eiusque boni communis plurimum intersit, ut adolescens generatio, praeter moralem et religiosam institutionem, certum gradum culturae civiliter necessariae sibi in scholis comparet.

*Nam* puerorum institutio, plus minusve liberalis et est et manet *per se* bonum *individuale* et *domesticum*, non p cum, tametsi ut cetera bona individualia omnia *remote* simul respectum utilitatis ad bonum commune reipublicae habeat. Quare *directe* et *coactive* de eo disponere (sive subtrahendo sive obtrudendo invitis) respublica *proprio* iure nequaquam potest, magis ac singulis civibus *privatam* vitae rationem determinis praescribere, ut eo aptiores milites publico exercitui suppeditent. ut iam supra (n. 664) ostensum est.

Nihil tamen impedit, quominus civilis potestas illius etiam generis bona *indirecte* et *remoto* influxu, salva libertate individuali et domestica, tamquam publice utilia laudabiliter promoveat. Quod quidem eo facilius ac certius assequetur, quo magis in re scholari *directi et per se coactivi iuris Ecclesiae* se *tutorem* exhibuerit, simulque cum auctoritate ecclesiastica *amice collatis consiliis* de optata tali dispositione scholarum egerit, qua et *parentum* et *Ecclesiae* iuri et legitimae exspectationi *societatis civilis* ex aequo satisfiat. Atque ita fit, ut civilis quoque potestas, dum ius Ecclesiae *proprium* ex officio sibi pariter proprio *externe* tuetur et civili subsidio effectivum reddit, illud ipsum sibi et in civile commodum tamquam *secundarium* legitime participet. Ergo . . .

677. **Thesis LXXVI. Ubi de institutione et interna directione scholarum civilis auctoritas cum ecclesiastica sincere concordat, moderata aliqua legalis disciplina consentiente Ecclesia publice sancita, qua tota puerilis aetas ad usum scholarum efficaciter obligetur, practice omnimodae scholari libertati longe praeferenda est; ex inverso contrarium potius dicendum, ubicumque systema scholare coactivum, tamquam institutio exclusive civilis, illis condicionibus omnino caret.**

**Probatur pars I.** Illud scholarum systema generatim longe sane praeferendum est, quod prae ceteris 1° tutius, abundantius et universalius ad eum finem assequendum conducit, qui scholis principaliter et necessario propositus est; 2° neque parentum neque Ecclesiae iuribus quicquam detrahit, sed eadem cum legitima ratione communis quoque boni civilis perfecte conciliat, et quod 3° mutuae illi relationi respondet, quae ex intentione supremi ordinatoris inter utramque publicam potestatem, ecclesiasticam et civilem, tamquam *normalis* intercedere debet. Atqui sub condicione

thesi supposita moderata illa publica disciplina circa usum holarum (ein gemässigter Schulzwang) *triplici* hoc gravissimo ommodo prae systemate libertatis scholaris praestat. Ergo . . .

Prob. min. per partes. *Ad 1.* Patet tamquam corollarium ex iis, quae supra de secunda parte thesis LXXIV (n. 675) icta sunt.

*Ad 2.* Supponitur enim ista disciplina „consentiente Ecclesia" xerceri, quae ita ad salutarem sui iuris effectum certiorem reddidum opportune benevolo civili subsidio utitur. Neque iuri entum *christianorum* quicquam detrahitur, quippe qui ut tales eius exercitio directionem Ecclesiae sequi tenentur. Praeterea hil impedit, quominus in scholis ita *communi consilio* institutis nctis quoque *rationabilibus* votis reipublicae satisfiat et intra nites rectae humanae et christianae institutionis tota adolescens neratio vero quoque et sano nationali „patriotismo" imbuatur.

*Ad 3.* Quemadmodum finis societatis civilis, tametsi per se prosequenda tantum *prosperitate huius vitae* versatur, numquam nen separari potest ab essentiali suo *respectu finali* ad vitam uram, cuius haec praesens praeparatio est, ita ex intentione rini ordinatoris potestas civilis cum Ecclesia et auctoritate clesiastica, cuius est media felicitatis vitae futurae suppeditare, *tione supremi hominum finis* inseparabili nexu coniungitur. Quare iective *recta et normalis relatio inter utramque potestatem* alia n est nisi mutuae fiducialis concordiae et benevolae cooperationis uitu eiusdem supremi finis rerum humanarum. Hanc autem lolem manifesto exhibet forma scholaris, quae in thesi supponitur.

**Probatur pars II.** Systema scholarum *coactivum,* quo cuncti eri christiani, *exclusa omni cooperatione Ecclesiae*, lege *civili* subeundam institutionem scholarem *eidem legi pro tempore icitam* adstringuntur, *per se* neque Ecclesiae neque parentibus ristianis circa educationem liberorum *eam securitatem* praebet, am pro gravissimo suo officio iure exigunt, quam vero aliunde r scholas *liberas* tuto sibi procurare possunt. Ergo scholare stema *coactivum,* quale in hac parte theseos supponitur, per se smodi est, cui perfecta scholarum *libertas* ratione educationis ristianae omnino praeferenda sit.

Prob. antec. 1. Eiusmodi legalis institutio *exclusive* civilis lem fere habituali spiritu duci solet, qui in tota publica administratione se manifestat, qui hac aetate passim est (aliquo

modo et gradu) spiritus „moderni status“ nemini hodie i[illegible]. Huius autem praepotens influxus in scholas publicas inform[illegible] parum profecto idoneus est, qui Ecclesiae et christianis par[illegible] illam „securitatem“ inspiret.

2. Eo ipso, quod talis institutio ex hypothesi *exclusive civilis* est, scilicet titulo illius supremi iuris publici, quod „status modernus“ in omnem rem scholarem tamquam sibi proprium exercere praetendit, penes hunc quoque de facto erit, illius legalis coactionis *ambitum et formam* statuere, quin et Ecclesia et parentes sui iuris limites cum effectu tueri valeant. Ergo, si quando regimini civili placuerit, illa coactione ita uti poterit, ut exclusis omnibus scholis privatis scholarum publicarum perfectum *monopolium* erigatur, non sine gravi contemptu libertatis conscientiae subditorum (cf. n. 666).

## 678. Corollaria.

I. Secundum exposita de re scholari principia satis apparet *varios modos* et *gradus istius legalis coactionis*, quibus vulgaris nomina „Lernzwang“, „Schulzwang“, „staatliche Zwangs-Schule“ respondent, non otiose *inter se distingui*, si quidem duo priores modi („Lernzwang“, „Schulzwang“) *certis suppositis condicionibus* admitti aut etiam probari possunt, *tertius* numquam legitimus censeri potest.

II. Eadem principia primario ac principaliter quidem ad eam scholarum classem pertinent, quae vulgo „populares“ (Volksschulen) dicuntur; nihilominus ad eas quoque omnes scholas extenduntur, in quibus cum pari educationis fine a pueritia harmonice perficiendae simul altior gradus institutionis et latior aditus ad omnimodae humanae culturae ornamenta coniungitur („Mittelschulen“, „höhere Bildungsanstalten“, „Gymnasien“). Ratio est, quia in his quoque *educatio moralis et religiosa*, eaque gradu et fructu perfectior, *principem* locum occupare debet atque ita cum reliqua uberiore *mentis cultura* coniungi, ut haec illi non solum non opposita aut plane aliena sit, sed potius illi subserviat, vicissim autem per illam nobilitetur et ad veros sapientiae fructus ferendos disponatur. Id ipsum namque finis, qui huiusmodi scholis proponitur, postulat, quippe qui totus in eo consistit, ut adolescentes harmonica suarum facultatum evolutione, quantum fieri potest, ad completam cultae humanitatis (christianae) speciem efformentur, i. e. liberalioris *educationis* participes reddantur.

Nota. A medio fere saeculo XIX, ex quo in Germania potissimum „*quaestio scholaris*“ publice fervere coepit, non contemnenda de hoc argumento „litteratura“ catholica exstat, non tam magnis voluminibus quam o tempore natis lucubrationibus et libellis constans, generatim et soliditate doctrinae et perspicuitate praestantibus. Et si quidem eadem quaestio, radicitus conexa cum universa „quaestione sociali“, etiam nunc inter „flagrantes“ merito numeratur, iuvat hoc loco coronidis instar ex innumeris scriptis utilibus saltem aliqua speciatim notare, quae rem solide et opportune illustrant: *Moy de Sons,* Zum Schulstreit in Baden (1864) (v. „Archiv für kathol. Kirchenrecht“ 1864, XII, 320 sqq., ubi ad calcem articuli uberior de eadem re litteratura refertur); *„Die Verhandlungen der Bischöfe in Würzburg im Jahre 1848 über Volksschule und Unterrichtsfreiheit“* (v. ibid. 1869, XXI, 229—278, imprimis p. 256 sq., ubi refertur discursus Prof. *Döllinger*). *Fl. Riess* S. J., Der moderne Staat und die christliche Schule (1868). *Diendorfer,* Der staatliche Schulzwang in Theorie und Praxis (1868). *Civiltà cattol.* 1866, vol. V, ser. VI, art. „Il naturalismo politico invasore de' diritti paterni“. *Dupanloup,* De l'éducation (3 tomi, ed. 10 1882). *P. Majunke,* Confessionell oder Confessionslos? Eine Antwort auf die „brennende Frage im Innern“ (1869). *Katholische Stimmen* des österreichischen Herrenhauses, Reden, gehalten n der Schulgesetzdebatte am 30. März 1868 (Wien, Sartori, 1868). *Fr. I. Knecht* edidit haec tria eximia opuscula de quaestione scholari ex proposito „Societatis Canisianae“ — Canisiusverein —: I. „Die Staatserziehung ist im Princip verwerflich“ (1880); II. „Die Staatserziehung ist in ihren Folgen verderblich“ (1880); III. „Die Lösung der Schulfrage und der Canisiusverein“ (1881). *Alph. Iansen,* De facultate docendi seu de Scholis institutiones iuridicae (1885). *L. v. Hammerstein* S. J., Die Schulfrage (ed. 2 1877); „Das preussische Schulmonopol mit besonderer Rücksicht auf die Gymnasien“ (1893). *V. Cathrein* S. J., Kirche und Volksschule mit besonderer Berücksichtigung Preussens (1896).

### IV. *De cura publica circa scientias et artes.*

#### 1. Praeviae notiones.

379. Verum progressum in scientiis et artibus, sive in se sive n suis fructibus consideratur, in omni humana societate inter praecipua socialia bona magni aestimandum esse nemo sane negaverit. In eo igitur procul dubio sita est pars haud ignobilis illius „omnimodae civilis prosperitatis“, ad quam suo modo promovendam civilis etiam potestas naturaliter deputatur. Ratio autem et modus, quo haec publica providentia in scientiarum et artium culturam legitime et utiliter impendatur, ex illarum potissimum *natura* et naturali *relatione* ad verum finem societatis cognoscenda sunt.

Est quippe et *scientia* et *ars* natura sua bonum *spirituale*, illa directe, haec indirecte humanam intellegentiam perficiens et nutriens, illa veritatum cognitione ditans *intellectum*, haec universas animi facultates *sensitivo-rationales* in sympathicum consortium fruitionis intellectualis inducens. Neutra igitur ullo legis imperio creatur, sed utraque supremis auspiciis auctoris naturae ab ingenio et activitate spirituali individuorum hominum procedit.

Eadem vero bona, etsi per se individualia, quemadmodum naturaliter destinantur, ut in bonum et decus *totius societatis* redundent, ita vicissim in suo ortu, evolutione, progressu et maturitate multipliciter *a sociali influxu* tamquam externa condicione dependent. Ad altiorem certe gradum perfectionis nisi multorum mutuo spirituali contactu et cooperatione vix ascendunt. Ita paulatim demum comparatus ac dilatatus thesaurus spiritualis fonti publico in societate iugiter aperto assimilatur, unde latius per corpus sociale in mentes altioris culturae cupidas, sive scholae adminiculo sive scriptis libris et operibus artis, spiritualia fluenta dimanent. Simul autem communem quandam socialem hereditatem constituunt a posteris conservandam et perficiendam.

Novum ac potentissimum impulsum scientiarum cultura a luce christianae revelationis et per Ecclesiam catholicam accepit. Pleraeque *fundamentales veritates philosophiae,* de homine, de mundo visibili, de Deo et rerum omnium ad Deum finali relatione, veritates, quas antiquorum sapientissimi vel erronee mutilatas tantum vel obscura coniectura magis quam secura certitudine assecuti fuerant, per fidei dogmata subito mirifice illustratae et confirmatae sunt. Quo facto supernaturali *naturalis* quoque hominum intellectualis activitas, dilatato obiectivo rerum conspectu, non poterat non reddi fecundior et in prosequenda veritate tutior. Adde quod eadem luce supremum illud *unitatis principium* clarius denique perspectum est, unde veluti ex edito loco philosophia universas scientias uno quasi conspectu complecti easque, quantumlibet proximo obiecto diversas, ad idealem quandam inter se *unitatem*, immo aliquatenus ad internam et gradu distinctam cognationem cum theologia revocare potuerit.

Quid mirum, quod medio aevo et usque ad „reformationem" saeculi XVI fere universa cura scientiarum penes solam Ecclesiam erat, neque alia fere nisi per Ecclesiam fundata publica instituta scientiis colendis ac docendis destinata (universitates) exstabant eademque Ecclesiae normis subiecta? Ecclesia namque, utpote

ivinitus speciali docendi munere insignita, citra controversiam a rincipibus et populis christianis ut communis mater et patrona cientiarum agnoscebatur [1].

Nec minus *artium* commune refugium et nutrix per idem tempus Ecclesia erat. Non est ars hoc nomine digna, quae non eius quasi sinu fauta adoleverit, indeque acceptis exemplaribus ideis nutrita et divino cultui dicata suos maximos triumphos celebrarit. Testantur hoc immortalia monumenta architecturae, sculpturae, picturae et musicae sacrae, posterorum iugiter admirationi, fruitioni et imitationi relicta.

80. Verum novam formam cultura scientiarum imprimis a aeculo XVI induere coepit. Postquam complures gentes ab uniate Ecclesiae catholicae deficientes *obiectivo* eius magisterio fidei *ubiectivam* fidei regulam substituerunt, consequens erat, ut et cientias a tradita norma ecclesiastica magis magisque emancipatas t subiectivae mentium libertati vindicatas vellent. Ita factum st, ut deinceps gubernia civilia in publica scientiarum cura intra ua territoria primatum affectarent scholasque illis docendis destiatas („universitates") suae administrationi suoque supremo reimini subiicerent. Cuius exempli contagione paulatim etiam in icionibus catholicis arctior nexus universitatum cum Ecclesia olutus eiusque influxus directus vel penitus interclusus vel ad ormalismum effectu fere vacuum depressus est. Et vero recentiore etate generatim universitates, si paucas excipias, usu publice ancito vel unice vel primario inter *publica status civilis instituta* enseri videmus, quamquam earum complures primitus bonis eclesiasticis fundatas esse constat. Stabilito autem tali *primatu ivili* in publicos scientiarum fontes, non excluditur periculum, ne lle aliquando, cupiditate dominandi etiam spiritibus subditorum, n verum monopolium scientiarum et opinionum degeneret.

Remanet, ut speciatim de *universitate* et de *academia* pauca raenotemus.

*Universitas,* quae supremum gradum scholarum exhibet, organice constituto corpore Doctorum scientiae auctoritate pollenium constat, quibus singulis munus incumbat aliquam scientiam el scientiarum provinciam publice docendi, ita ut collective

[1] Documenta vide apud *Denifle,* in suo opere historico de Universitatibus iedii aevi. — *Bluntschli* non potest non magna in hac re Ecclesiae merita gnoscere (Allg. Staatsrecht II [1857], 331).

quodammodo universitatem scientiarum publica professione repraesentent. Itaque finis instituti exigit, ut unusquisque scientiam quam profitetur, quantum fieri potest perfecte pro actuali illo gradu possideat atque ita similiter tam in suis fundamentis, in suo ambitu completam tradere suis auditoribus valeat. Auditores namque supponuntur iuvenes secundum communes humanae culturae gradus iam mature formati, qui partim ipso scientiarum amore ducti partim eo fine universitatem frequentant, ut pro certo socialis vitae statu, ad quem aspirant, specialem doctrinae praeparationem acquirant. Atque huic quidem practico magis quam ideali auditorum fini respondet distributio *disciplinarum*, quas prosequendi universitas copiam praebet. Tales numerari solent: Theologia (distincta pro variis fidei „confessionibus" publice admissis), Iurisprudentia, Medicina, Philosophia, cum disciplinis mathematicis, physicalibus, historicis et philologicis. Ad hoc praeterea communi usui universitatis praesto sint oportet quantum fieri potest ampla et varia scientiarum adminicula externa, qualia sunt bibliothecae et musea.

Academiae nomen *latissime* acceptum, haud aliud quam quod „universitas" significat; vulgo tamen non raro usurpatur ad designandam quandam speciem universitatis extensive *minus completae* seu universitatem quasi inchoatam. Academia autem *proprie dicta* ab universitate essentialiter distinguitur. Constat quidem et ipsa ex idea sui instituti lectissimo aliquo coetu doctorum virorum, qui ingenio et doctrinae meritis supra communes gradus emineant et quorum spectata societas per ipsam suam exsistentiam quodammodo nationalem scientiarum splendorem sustineat earumque actualem statum repraesentet. Ad harum autem progressum singuli, qua membra sunt academiae, suam partem contribuunt, non publica ex cathedra docendi munere fungendo, sed habitis inter se consessibus studiorum suorum fructus in medium conferendo et, si videatur, typis vulgando, necnon communi consensu quaedam scientiae problemata difficiliora publice proponendo eorumque probandam solutionem praefinito praemio sollicitando.

Academiae scientiarum assimilantur *academiae artium*, quae vel universim ad omne genus artium promovendum vel ad unam artem in specie assidue excolendam institui possunt. Quod quidem ad veros artis progressus eo magis conducere solet, quo magis artis periti et artifices, quantumvis inter se sive nativo sive acquisito charactere diversi, in *fundamentalibus* tamen artis prin-

cipiis consenserint. Ita namque fieri solet, ut academia simul perennis quaedam *schola* evadat late fructifera.

Quibus praemissis secundum principia in superioribus identidem stabilita, quibus propria potestatis civilis ratio et sphaera signatur, hae sponte fluunt:

2. Conclusiones.

681. A. *Negativae:*

1. Potestas civilis natura sua et officio naturali non magis ad scientias suo nomine publice docendas quam ad educandos et instituendos pueros ordinatur. Idem natura scientiarum insinuat. Nam, si illas practicas disciplinas excipias, quibus specialis praeparatio et practica informatio ad rite obeunda publica quaedam officia civilia vel militaria continetur, scientiae universim, qua bonum sunt suapte natura ideale et spirituale, magis directe et arctiore nexu ad societatem religiosam quam ad civilem pertinent.

2. Utcumque universitates tamquam instituta publica hodie de facto civili iurisdictioni subordinentur, positiva aliqua auctoritas vel dominium *in ipsas scientias* statui publico nequaquam competit [1]. Ideo tamquam iuris arrogantia reprobandum est omne publicum *monopolium* universitatis vel universitatum, quo liberis universitatibus omnis legalis exsistentiae condicio adimatur aut iuventus sive directe sive indirecte ab iis frequentandis arceatur [2].

---

[1] *Bluntschli* l. c. p. 330 scribit: „Dem Staate kann auf diesem Gebiete so wenig als auf dem der Religion *Herrschaft* zukommen. Der Staat hat keine Macht und kein Recht, den Inhalt der Wissenschaft zu bestimmen."

[2] Odiosum exemplum talis monopolii, quod non solum ad altiora studia sed ad universam rem scholarem se extendebat, exhibet universitas a Napoleone I in Gallia 1808 erecta. Simul enim in organico statuto d. d. 17 Martii eiusdem anni haec imperator decrevit: „1. L'enseignement publique . . . dans tout l'empire, est confié exclusivement à l'Université. 2. Aucune école, aucun établissement quelconque d'instruction ne peut être formé hors de l'Université impériale, et sans l'autorisation de son chef. 3. Nul ne peut ouvrir d'école, et enseigner publiquement, sans être membre de l'Université impériale, et gradué par l'une de ses facultés." — Neque vero putandum ipsam universitatem autonomia et independentia a regimine politico praeditam fuisse. Qui illi praeerat, revera non erat nisi delegatus vel organum imperatoris. Non immerito propterea *Fl. Riess* (Der moderne Staat und die christliche Schule [1868] p. 23) illam vocat „Ausgeburt des absolutistisch-revolutionären Geistes der Neuzeit, in welcher sich die Staatsschule der Liberalen verkörperte". — Et subdit: „Polypenartigen Wesens wusste diese Einrichtung, im Dienste und

3. In societate civili, quae christianam se profitetur, Ch Ecclesia iuste prohiberi vel impediri non potest, quomi divino suo iure et officio pastorali etiam ad scholas ioı quales sunt universitates, suam vigilantiam extendat et ne sarias cautelas exigat circa eas potissimum disciplinas docendas, quae ratione materiae magisterio et iudicio Ec subsunt.

4. Gubernium civile iure impedire nequit, quominus ecclesiastica potestas in iis etiam locis, in quibus iam universitas exstat. scholas proprias ecclesiasticas formandis clericis destinatas (seminaria) erigat; neque in earum regimen internum sese ingerere legitime potest, tam parum profecto, quam Ecclesia sibi tribuit in scholis militaribus methodum exercitiorum mili praescribendi [1].

5. *Libertas scientiae* („die Freiheit der Wissenschaft"), hodie universitates tamquam inviolabili palladio gloriantur, i. e. *independentia doctrinae ab omni norma seu lege ipsi scientiae extrinseca,* per se ambigui valoris est nec proin coram recta ratione simpliciter axiomatis instar invocari potest. Quamquam enim ob reverentiam erga *obiectivam* veritatem, quam scientia sincere sequi censetur, congrua illi libertas debetur, haec tamen inter homines absoluta esse nequit. Et sane ratio non apparet, cur quaevis doctrina *subiectiva,* nomine scientiae honorata, quantumvis manifeste erronea et socialis ordinis subversiva, idem libertatis privilegium participet, idque in publica docendi cathedra. Non sine consilio ista „independentia humanae scientiae ab omni norma sibi extranea" ita *absolute* iam a multis accipi solet, ut ne ipsius

zu den Zwecken der Staatsallmacht die gesamte öffentliche und private Erziehung und Bildung in sich zu absorbiren und zu beherrschen, also nachträglich die kühnsten Ideale selbst der Socialisten zu verwirklichen. . . . Sie sollte neben dem gesetzgebenden, verwaltenden und richtenden, den ‚lehrenden Staat' vorstellen, also die Schule mit staatshoheitlicher Gewalt regieren." (Cf. *A. Iansen.* De facultate docendi [1885] p. 137 sq.)

[1] Inter proscriptos in „Syllabo" errores haec etiam thesis (46) continetur: „In ipsis clericorum seminariis methodus studiorum adhibenda civili auctoritati subiicitur." De eadem re v. *A. Iansen* l. c. p. 176 sqq., ubi de iniuria quoque publica personali clericorum immunitati illata per onus militiae clericis impositum (cf. Syllabi th. 32): „Absque ulla naturalis iuris et aequitatis violatione potest abrogari personalis immunitas, qua clerici ab onere subeundae exercendaeque militiae eximuntur; hanc vero abrogationem postulat progressus, maxime in societate ad formam liberioris regiminis constituta."

*vinae* scientiae seu *normae supremae* omnis humanae intellegentiae la ratio admittatur. Sic autem intellecta „libertas scientiae", thedram publicam praemuniens, re ipsa aliud non est, nisi clipeus iidam provide inventus, quo „scientia" humana in media socie- ɜ christiana contra lucem veritatis divinitus revelatae se caute ıeatur ab eaque emancipata subsistat. Atque ita nihil impedit, ıominus universitas ad erudiendam christianam iuventutem in- ituta, sed Ecclesiae influxui plane occlusa, nomine scientiae ısum atheismum impune doceat et sic sumptu aeris publici con- ɜrtatur in pestiferum seminarium veneni socialis ad certam omnis linatae societatis omnisque auctoritatis ruinam [1].

6. Similiter et *artes,* ut notabilem culturae gradum assequan- ır, sane convenienti externa libertate tamquam vitali elemento digent. At vero, ut haec libertas, quamdiu arti secundum veram ıs idealem et spiritualem naturam inservit, nullis arbitrariis nculis extrinsecus coarctanda est, ita a magistratu publico nullo aetextu tolerandum, ut illa in operibus publicis in lasciviam generet moribus populi perniciosam. Atque haec non solum de eribus artis plasticae sed non minus de theatris publicis valent, primaevae suae socialis vocationis oblita, iam nonnisi oblec- ıdis quomodocumque sensibus, immo vitiorum spargendis ille-

[1] *F. Walter* l. c. n. 456: „Eine Bevormundung des Innern der Wissen- aft widerstrebt ihrer Natur; sie muss ihrer eigenen freien Bewegung über- ɜen sein. Jedoch hat diese Freiheit, wie jede vernünftige Freiheit, ihre innere l äussere Grenze. Gegen den Irrthum ist allerdings regelmässig auf die ichtigende Kraft der Wissenschaft selbst zu vertrauen und diese dazu auf- ıieten. Wenn jedoch der Irrthum seinen Sitz in den Regionen aufschlägt, die unmittelbaren Triebfedern der Handlungen ruhen, wenn er hier die nüther der Religion, der Sittlichkeit, der bürgerlichen Ordnung entfremdet, darf die Staatsgewalt dessen Lehre nicht dulden, weil es ein innerer Wider- uch wäre, die Handlungen zu bestrafen, die vergiftete Quelle aber, woraus ɜe Handlungen fliessen, unter ihrer Aufsicht und Pflege bestehen zu lassen." Ipse *Bluntschli,* quamquam aliunde „libertatem scientiae" in sensu liberalismi ius exaggerat et eius emancipationem ab Ecclesia tamquam progressum ex formatione" saec. XVI feliciter ortum consalutat, eosdem tamen fere limites ıoscit, addens: „Wohl hat der Staat jederzeit das volle Recht, wenn er sich ɜrzeugt, dass die wissenschaftliche Thätigkeit einzelner Individuen oder Cor- ationen zu gemeinem Schaden führt, dieser alle die *Unterstützung zu ent- ıen,* welche er aus seinen Mitteln zur Nahrung und Förderung der Wissen- aft bestimmt hat. Es ist bare Thorheit, von dem Staate zu erwarten, dass seine Feinde auf öffentliche Kosten erhalte, damit sie desto bequemer ihre stesarbeit auf Untergrabung seiner Ordnung und auf Zerstörung des öffent- ıen Wohles hinrichten" (Allg. Staatsrecht II, 335 sq.).

cebris potius quam animis nobiliore pabulo nutriendis et ad verum pulchri amorem efformandis deputari videntur.

682. B. *Positivae.*

Aliqua sane cura etiam *positiva* circa scientiarum et artium culturam civili potestati incumbit, idque vi eiusdem na officii, quo illa non solum negative sed etiam positive bc publicum et communem prosperitatem civilem promovere . Eandem igitur condicionem eosdemque iuris *limites* illa cura tiva participat, quibus hoc generale officium naturaliter in- scribitur. Iam vero, ut alibi iam satis ostensum est, hoc c nullam aliam directam interventionem publicam importat sidiariam, i. e. talem, quae *secundario* tantum ad sp civium activitatem et liberos conatus privatarum societatum ac- cedat, iis ad communem finem harmonice moderando eorumque insufficientiam, ubi opus fuerit, publicis subsidiis complendo. Se- cundum hanc *fundamentalem interventus publici condicionem* ci potestati incumbit, ad scientiarum et artium culturam *his fere modis positive cooperari:*

1. Instituta „libera" docendis et excolendis scientiis et artibus destinata, ut sunt universitates, altiorum studiorum lycea et academiae, quae intra fines civitatis actu iam rite erecta exstant. sive ecclesiasticis sive privatis bonis fundata, per auctoritatem publicam non solum sub communi legum tutela sua libertate suis- que iuribus secure fruantur oportet, sed insuper pro vero suo in rempublicam merito publico favore prosequenda sunt. (Cf. n. 610 sq.)

2. Ubi liberae eiusmodi fundationes non exstant aut explendae communi necessitati non sufficiunt, ad officium sane potestatis civilis pertinet, quantum opus fuerit, sumptibus publicis talia in- stituta erigere et publica auctoritate munire, servatis interim iuribus christianae iuventutis et Ecclesiae. Immo in societate civili, in qua sine mixtione adhuc unitas religionis sub utriusque potestatis, et civilis et ecclesiasticae, concordi regimine vigeret. universae rei scholaris publicae, etiam superioris, providendae modus *per se unice conveniens,* practice facillimus et felicissimus ille tantum aestimandus esset, quo utraque potestas collatis con- siliis et coniunctis viribus ad opus tam salutare et inchoandum et iugiter prosequendum pacifice cooperaretur.

3. Verum praeter influxum directum per instituta publica civili gubernio multiplex occasio est scientiarum et artium cul-

ıram positive et efficaciter, tametsi minus directe, promovendi. ıd stimulanda enim et animanda ingenia, quae in frequentiore ›opulo dispersa latitant, haud mediocriter conferre solet publica nitio et aestimatio meritorum, quibus viri prae ceteris scientia vel arte eminentes se et rempublicam ornarunt, et quae a sapienti gubernio maioris fieri convenit, quam divitiis stipata et ambitiosa mediocritas. Quemadmodum autem vera scientia et solidis fructibus conspicua, si insuper iudicio publico commendatur, bonis mentibus exhortatio est ad similia in gratiam reipublicae merita comparanda, ita si nullo habito discrimine vel incauta liberalitate cuicumque ingeniosae novitati, quae scientiae nomine gloriatur, obviam ferretur laus publica, evenire posset ut respublica et suos et verae culturae hostes suo patrocinio fovisse deprehendatur.

683. **Scholium.** Quaedam populi cultura etiam intellectualis tam ırcte cum communi prosperitate civili conectitur, ut nullum civile guberıium sui muneris conscium circa illam plane indifferens esse possit. Unde, qui reipublicae praesunt, de ea bene mereri dicendi sunt, si intra phaeram sui iuris publicis mediis illud etiam ideale bonum civium ita ›romovere student, ut liberam sphaeram iuris ecclesiastici relinquant, t sic simul cum intellectuali moralis quoque et religiosa animorum ultura aequo passu promoveatur. Quae pars humanae culturae essenalis si neglegitur, per culturam mere intellectualem non tam commune eipublicae bonum quam venenum commune paratur. Atque utinam haec eritas non iam tristi experientia constaret! Auctus in dies numerus riminum in scholari et puerili aetate patratorum, crescens hominum esperatorum turba contra iura divina et humana coniuratorum, non lane rudium, sed immo nomine scientiae bellum universo ordini sociali ıdicentium, satis ostendunt non qualemcumque mentis culturam nec ualemcumque scientiae haustum talem esse, qui meliores homines et eliciores cives efficiat. Adeo non impune veri et divinitus praeordinati ›ntes omnis humanae culturae tam privatae quam publicae, temere bstruuntur, i. e. non impune in ipso sinu christianarum nationum Ecclesia et institutio christiana e scholis exsulare iubetur, non impune eligiosa hereditas populi christiani, haec sola fecunda radix verae „ciilitatis“, impie vastatur, ut sterili deinceps et ignobili *naturalismo* locum edat. Et huiusmodi quidem culturam, ab omni positiva religione emanciatam, per naturalismum huius temporis in dies latius propagari videıus; et, quod gravius est, ipse status publicus „modernus“ quem ocant, per illum informatus, titulo universalis provisoris culturae „Culturstaat“) illius conatus suis publicis institutionibus patrocinari et ancire non veretur. Viderit igitur hic ipse status publicus, qui, conempto iuris divini ordine, pantheistica iuris omnipotentia gloriatur, num

id attentasse sibi impune futurum sit. Quid si aliquando, quod Deus avertat, in societate sementis tam imprudenter praeparata maturesceret? quid si naturalis filia liberalis omnipotentiae, *omnipotentia socialistica*, matris hereditatem exposceret? — num ferrea armatura, qua haec cingitur, etiam logicas consequentias per illam implicite ratas debellare valebit?

# Liber secundus.

## *Ius civile publicum externum seu ius internationale.*

### Prologus.

684. Natura duce non una sed plurimae in orbe terrarum exstant societates civiles stabili unitate constitutae, quae omnes tamquam verae *personae morales* ac proin tamquam totidem *subiecta iurium et officiorum* sibi coexistunt. Vel hinc satis apparet per iuris ordinem unicuique civili communitati *internum*, quo singula eius membra tam inter se quam cum toto civili corpore moralibus vinculis organice et vitaliter uniuntur, nondum integrum qua late patet „ius civile publicum" compleri. Ad huius namque integritatem manifesto pertinet, ut insuper mutuae illae iuris relationes considerentur, quae *extrinsecus* inter ipsas varias communitates civiles perfectas *qua tales* intercedunt vel intercedere possunt. Ideo haec iuris publici pars vulgo *„ius internationale"* (Völkerrecht) appellatur.

Praeterea quidem in iuris scientia etiam ius aliquod internationale *privatum* distinguitur, quo comprehendi solent iuris relationes inter *privatos* homines vel *privata* civium collegia *diversarum* gentium. Ita acceptum ius internationale *privatum*, quod fere positivis conventionibus constat, hodie sane, si umquam, maximae *utilitatis* vel necessitatis esse intellegitur. Multiplicia enim commercia et omnimoda communicandi facilitas in immensum aucta, quibus diversi populi hodie prope se invicem compenetrant, illo communi iuris recursu carere nequaquam possunt[1].

Nihil tamen haec distinguendi ratio impedit, quominus *„ius internationale"*, *simpliciter dictum*, communi acceptione non aliud

[1] Hinc non sine impulsu huius necessitatis *quindecim status publicos* con- *Haagae* in Batavia 14 Nov. 1896 internationali facta conventione posi- as quasdam „iuris internationalis *privati*" normas statuisse (ratas denique 1899).

uam *publicum* intellegatur; utpote in quo solo privatum illud ua *internationale* efficaciter fundatur.

Idem porro ius internationale (publicum) ratione originis et undamenti est vel *naturale* vel *positivum*, prout vel mediante umine rationis a *lege naturali* derivatur, vel a *libera gentium onventione* (sive per explicita pacta sive per consuetudinem usu ublico receptam) originem habet.

De iure internationali qua *publico* et *naturali* potissimum gere hic nobis propositum est, quod ut ordinate prosequamur, generalibus et communibus ad specialia et particularia descenere iuvat [1].

---

[1] Quemadmodum ius naturale universim ita et ius gentium seu interationale tamquam specialis iuris disciplina tum solum philosophice excoli oepit, cum apud nationes saeculo XVI a communi ecclesiastico regimine „emanatas" illius necessitas a viris doctis in dies magis sentiri coepit, ne ipsa ndamenta humanae societatis subiectivo hominum arbitrio permissa paulatim naturali quoque ratione emanciparentur. Huic imprimis periculo *Hugo Grous* per suum opus „De iure belli et pacis" (1625) occurrere conatus est et inceps magna huius scientiae auctoritate floruit. Immerito autem quasi imus eiusdem disciplinae fundator celebratur. Complures enim eximios doctores holasticos in ea re praedecessores habuit, et nonnullorum praeclaris tractatis, ut ipsemet haud diffitetur, ceu ducibus assidue usus est. Inter hos praepue nominandi sunt: *Fr. Victoria* (Relection. theol. de iure belli), *Dom. Soto* )e iustitia et iure libri septem), quorum prior potissimum Grotio usui fuisse detur. — Hos deinde secuti *B. Ayala* (De iure et officiis belli), *L. Molina* )e iustitia et iure), *Fr. Suarez* (De legibus, De bello), quibus omnibus iam *Thomas Aq.* generalia doctrinae elementa suppeditaverat. — Saeculo XVIII ius ternationale systematice tractari coepit. Ita imprimis per *E. Vattel* (ortum principatu Neuchâtel 1714—1767) in opere „Le droit des gens ou prinpes de la loi naturelle appliqués à la conduite et aux affaires des nations des souverains" (1758, Leiden, 2 tomi; nova ed. Paris. 1863, 3 tomi). Eodem n tempore et deinceps alii ius internationale magis historice tamquam posirum complexi sunt, cuius fontes solos contractus et consuetudinem agnoscebant, i iam *I. I. Moser* (1701—1785) et praecipue *G. F. v. Martens* (1756—1821). ecentiore aetate eiusdem scientiae „litteraturam" plurimi ex omni fere natione ris publici doctores suis libris *diversi* interni valoris auxerunt. In *Germania* ae ceteris notus *A. W. Heffter* (1796—1880), Das europäische Völkerrecht r Gegenwart (1844, ed. 7. per Geffcken, 1882, gallice ed. 4. 1883). Praeterea minandi *Bulmerincq*, Systematik des Völkerrechts (1868). *Bluntschli*, Das oderne Völkerrecht der civilisirten Staaten (1868). *Holtzendorff*, Das euroische Völkerrecht (Pars operis Encyklopädie der Rechtswissenschaft [1882]) etc. *Gallia* Paradier-Fodéré, Ortolan, Hautefeuille, Rolin-Iacquemyns etc. In *nglia* Oke Manning, Phillimore, Travers etc. In *Italia*, Fiore, Amari, Pieranni etc. In Stat. unit. *Americae* Kent, Wheaton, Dudley Field, Westlake etc.

# Caput I.

## De iure internationali in genere.

### Articulus 1.

*De naturali exsistentia et obiectiva comprehensione iuris internationalis.*

§ 1. Estne aliquod ius internationale vere naturale?

A. Opinio negans expenditur.

685. Non ex uno tantum sed ex compluribus *fontibus*, partim vi diversis, haec negatio originem ducit. Tales imprimis nominandi sunt:

I. *Erroneus conceptus* iuris internationalis, quo id confunditur cum „iure gentium" a veteribus nuncupato. Quantum autem tum apud antiquos iurisconsultos romanos tum apud S. Thomam et auctores scholasticos „ius gentium" tota sua significatione discrepet ab eo, quod hodie ius internationale („droit des gens", „Völkerrecht") vocamus, iam supra compluribus in locis ostensum est (cf. P. I. n. 569 sqq.; P. II, 178. 292). Agentes nimirum de iure universim (sive privato sive publico) eiusque partitione in *ius naturale* et *positivum civile*, *tertium* simul iuris genus commemorant, quod *„ius gentium"* vocant, eo quod cunctis fere gentibus commune sit atque ita a iure *civili* (in variis civitatibus variabili) differat, neque tamen cum iure *naturali*, cuius conclusiones quidem contineat, plane conveniat, utpote *immediate* non per ipsam naturam, sed hominum rationali consilio et condicto inductum. Hinc „ius gentium" ratione materiae proxime quidem ad ius naturae accedere consentiunt, formaliter tamen *iuri humano positivo* adnumerant. Cuius rei *parum gnari* ex recentioribus scriptoribus nonnulli, ceterum laudabiles, adeo incaute ad profitendum errorem inducti sunt, ut assererent secundum *S. Thomam* et doctores scholasticos non esse „ius gentium" (puta internationale) nisi *positivum* — cum eosdem auctores, ubi de relationibus internationalibus agunt, plane aliud docuisse constet.

Itaque ad excludendam hanc funestam vocis ambiguitatem ius gentium, de quo hic agendum est, ex usu iam recepto aptius „ius internationale" inscribitur, i. e. ius inter diversas nationes (gentes, populos) politice independentes[1] vigens. Quapropter

[1] Hoc sensu nominibus: — societas civilis, natio, gens, populus — in decursu promiscue utemur.

*Ius internationale* (in genere) recte *definiri* potest: complexus ium et officiorum, quibus diversae societates civiles inter se ›raliter devinciuntur. — Idem vero in specie, qua *naturale* est: mplexus iurium et officiorum *naturalium,* quibus . . .

.II. *Historiae testimonium apparenter negativum.* Ius eiusmodı blicum *naturale,* qua tale inter homines cognitum, intra ambitum ›ersae *philosophiae* eius aliquam partem haud ignobilem constituat ı ›se est. Grave igitur praeiudicium contra ipsam illius exsistenm vel inde oriri videtur, quod olim apud populos gentiles ceterum ltissimos, uti Graecos, eorumque philosophos praestantissimos ista ilosophiae pars neque theoretice ullatenus exculta neque practice nita fuerit. Propterea apud eosdem populos requisitum mora›r necessarium deerat, quo ope liberae conventionis et datae ıtuae fidei aliquod inter se veri nominis ius internationale *ıitivum* fundarent. Immo eius loco praedominans ubique solus ›ismus *exclusive nationalis* perpetuum potius inter eos principium ›arationis atque aversionis erexit. Unde factum est, ut omnis ›nigena civibus non secus appareret ac hostis, et internationale ıtium commercium revera aliud non esset nisi status belli omım contra omnes, opportunis tantum induciis interruptus; cui *practica* omnium actionum internationalium *regula* generatim ›pondebat, vix ullas *utiles* violentias vel fraudes tamquam intas reprobans, supremum iuris titulum plerumque in sola praelente potentia agnoscens. Atque hic fere communis ante lucem ›istianam status internationalis erat; nec nisi post latissime iam ›pagatam et moribus receptam Christi legem in tractanda mon scientia, partim theologice partim philosophice, prima initia is etiam internationalis apparent. Idem deinceps uberius a ›iptoribus ecclesiasticis, a S. Thoma et doctoribus scholasticis cultum, ita tamen, ut praecipue ideam *christianae* iustitiae et ›itatis gentibus iam christianis earumque inter se relationibus plicarent; quamquam simul opportune et rationibus philosophicis iuris naturae fundamentis uti solebant.

Ex his omnibus igitur fortasse dubium quis movere posset, ›um omnino aliquod ius internationale vere philosophicum et ›diante lumine rationis naturaliter validum exsistat, an vero ıd, quod naturale putatur, potius ex praecipua sua parte i sitivum dicendum sit, utpote quod per positivam Christi le tissimum cognitum atque intimatum videatur.

Nihilominus neque veram rationem moralis illius caliginis, quam apud populos gentiles paulatim invaluisse historia testatur, neque eius medelam a Christo provisam ex integro assequun qui nonnisi per *positivam* revelationem christianam natur relationibus inter diversas gentes verum iuris socialis characte cum vi obligandi accessisse arbitrantur. — Quod si enim d ratio quicquam valeret contra exsistentiam iuris *naturalis* g procul dubio similiter valeret ad negandam exsistentiam ı ersi fere iuris *naturalis* morumque praeceptorum *naturaliter* obligan- tium: quia ista omnia non solum vi legis naturalis, per ı naturae rationalis cunctis hominibus promulgatae, sed ir r vi *positivae* divinae legislationis tum per decalogum tum per Ch Domini praecepta denuo sancita sunt. In hoc ipso aut in- aestimabile Dei miserentis beneficium lapso hominum generi ıte collatum agnoscimus. Sic enim lex naturalis primitus in m ıus scripta et in suis universalibus quidem principiis indelebilis, quam cum ipsa natura rationali vitiis foedata similiter suam luci- dam claritatem et practicam sufficientiam amiserat, positiva Dei locutione iterum inclaruit et qua *naturaliter* obligans supernatura- liter insuper inculcata est. Quod vero in specie eas legis na- turalis conclusiones attinet, quae morales relationes inter diversas gentes respiciunt, mirum non est illas a gentilibus etiam philo- sophis vix obscure cognitas et hinc neglectas fuisse. Quam pri- mum enim populi a monotheismo, primitus omnibus communi, ad polytheismi deliria defecissent, consequens erat, ut ipsa quoque idea *unitatis* et communis originis humani generis paulatim ob- scurata oblivioni traderetur. Atque ita deinceps fundamentalis condicio deerat cognoscendi et philosophice construendi veri iuris internationalis. Hanc vero condicionem Christus, inculcando legem caritatis et omnes homines in unam et universalem familiam *unius* Dei, Patris omnium, congregando, abunde restauravit.

Quamquam igitur *naturalis* humana ratio praelucente iam divina revelatione in sua operatione per se philosophica non parum iuvetur ac propterea in lege naturali scrutanda longe securius et fructuosius *post* Christi adventum quam antea versata sit, est tamen resultans inde scientia obiective vere *naturalis* et natura- liter cognita. Id cum S. Thoma scholastici passim supponunt, ubi de iure naturali agunt: neque aliter generatim senserunt scriptores e schola Grotii, qui post lutheranam defectionem scien- tiam ab omni directione Ecclesiae emancipatam professi sunt.

hos videlicet tum primum, uti ius naturae universim, ita et naturale gentium seu internationale tamquam *specialis disci-na* ab aliis seiuncta excoli et editis libris publice doceri coepit.

7. III. *Exclusivus iuris positivismus in recentiorem iuris philo-phiam invectus.* Huc imprimis pertinet theoria „scholae histo-i " quam vocant, et de qua luculenter dictum est P. I, .549—556. Qui eam sequuntur, morales quidem relationes non t s inter diversas civitates, qua tales, quam inter cives eius-civitatis admittunt, quas ratio nostra etiam ut partim na-turaliter iuridicas agnoscat. Negant vero per has immediate *ura* constitui *naturaliter valida;* eas per se non esse nisi iuris *deas* et quasi rationales normas, quibus legislator humanus n condendo iure positivo dirigi debeat; unde concludunt nulla posse iura nisi *positiva,* i. e. in societate humana publice gnita vel stabilita. Atque ita omni iuri naturali proprie dicto ive privato sive publico et internationali locus subtrahitur [1]. Verum tota haec theoria certis rationibus iam refutata est l. c. ı. 557—567.

8. IV. *Iuris philosophia sive theoretice sive practice materia-stica* (cf. P. I, n. 515—518), cui omnis forma atheismi annume-anda est. Qui hanc ducem sequuntur, quamquam forte identidem ommune iuris nomen usurpant, realiter tamen nullius *veri* iuris xsistentiam, nullam iuris obligationem sive naturalem sive posi-vam, quae conscientiam obstringat, admittere possunt, quin ecum ipsis logice pugnent. In particulari igitur secundum hos erum aliquod *ius internationale nec naturale nec positivum* ex-istit. Quoniam vero sicut in privatis hominum relationibus ita t in publicis aliquis *ordo saltem externus* necessarius esse intel-egitur, hunc iisdem fere legibus, quibus mundus physicus et orpora materialia reguntur, constare existimant, nempe „iure ortioris". Porro secundum materialisticam totius vitae aestima-ionem singulis civilibus communitatibus aliud supremum politicum rincipium praelucere nequit, nisi frigidus *egoismus,* i. e. exclusivum tudium augendae propriae utilitatis et potentiae sumptu et damno

[1] Hanc „iuris philosophiam", pro dolor hodie in Germania latissime pro-agatam, iuris philosophus italus critice diiudicans ita concludit: illam neque ıtione finis, neque materiae neque methodi vere dici posse *„Philosophiam iuris"*, ed esse tantum *Iuris-Phaenomenologiam.* Cf. „La fase recentissima della filo-ofia del diritto in Germania" (Di Dr. Igino Petrona. Pisa 1895).

hia materialistica cum universo iure internationali
noralitatis obices theoretice sustulit. Sic inter alios
et *E. v. Hartmann* aperte negant statibus publicis
s ullam aliam internationalium actionum regulam
eam, quam pro adiunctis dictet *egoistica prudentia*[1].

B. **Sententia affirmans probatur.**

**esis LXXVII. Exstant officia et iura naturalia, rsae societates civiles inter se moraliter et iuridice r.**

notanda. „*Officia*" intellege non solum *iuridica*, quae relata sunt eaque logice consequuntur, sed etiam officia ca, quae per se a iuribus non dependent. Ideo primo a nominantur. Porro et officia et iura naturalia distin- lia *originaria* (connata, absoluta), alia *acquisita* (hypo- quatenus haec immediate a lege naturae obligandi vim (Cf. P. I, n. 576.)

---

1. *Lasson*, Princip und Zukunft des Völkerrechtes (Berlin 1871) p. 31 et: „Der Staat ist nach aussen ein ungebändigter, ungezügelter Wille etsucht. Da es für ihn keine sittliche Pflicht, keine Rechtsordnung : er zu gehorchen hätte, so dient er nur seinem Nutzen, und weil jeder as thut, so gerathen die Staaten nothwendig in einen unablässigen und ich scheinbarer Unterbrechung doch immer sich erneuernden Conflict. . . . aat ist ein durchaus herzloses Wesen. Aber um so rücksichtsloser ist gennutz, seine Selbstsucht. . . . Recht und Sittlichkeit bindet den Willen aates nicht. Nur eines ist es, was den Staat in solchem Trachten hin- nämlich die Furcht vor fremder Macht. Nur dem Schwachen gegenüber n Staat dreist und erlaubt sich, was ihm gefällt" . . . (reliqua vide . n. 616, in nota). Similia leguntur p. 55 sq. — Idem auctor in alio , „System der Rechtsphilosophie" (1882) p. 394: „Zwischen den Staaten souveränen Wesen ist zwar ein eigentlicher Rechtszustand nicht mög- ; aber da die Staaten zugleich klug sind und das Nützliche suchen, stellt sich auf Grund der Gemeinsamkeit der Interessen ein Zustand ; der mit einem Rechtszustand eine gewisse Aehnlichkeit hat." Et p. 402: er Staat behält sich vor, das Völkerrecht zu beobachten oder nicht, je chdem er es in seinem Interesse findet." — *Ed. v. Hartmann*, Phänomeno- gie des sittlichen Bewusstseins (1879) p. 361 et 498 supponit pariter statum ublicum omnes suos contractus inire cum reservatione mentali, se tamdiu los observaturum, quamdiu eos sibi utiles noverit. Et hoc *unice* conveniens sse iudicat, „ist das allein richtige und allein praktische Verhalten der Regie- ungen, da zwischen souveränen Nationen nur der Naturzustand, d. h. der Krieg aller gegen alle mit Waffenstillständen aus Opportunitätsrücksichten besteht".

aliorum. Qualis autem socialis status internationalis his supp condicionibus futurus sit, facile coniicitur. Assimilabitur pr dubio illi, quem Hobbes „statum naturalem“ esse docuit, „ omnium contra omnes“. In eo gerendo solius interest *praevalentia potentiae physicae,* opportune cooperante provida industria „artis politicae“ in schola Macchiavellii adultae. Ubi autem inter gentes aemulas stabiliores induciae opportunae apparent (quas „pacis“ nomine cohonestant), haec etiam „pax“ nequaquam morali san tate internationalis condicti, sed eatenus tantum ac tamdiu fi censetur, quatenus et quamdiu illa singulorum contraher emolumento consentit. Alia cautio accedit, non minus mat s, servandae „paci“ idonea, nimirum sollicita custodia „aequilibrii potestatum“, cunctis interim sese invicem suspiciosa vigilantia observantibus, ne forte cuipiam ex aemulis aliquod potestatis incrementum accedat, inferioribus viribus vicinorum timendum. Ex hac porro universali „pacifica“ diffidentia ille denique extremus cavendi modus procedat necesse est, qui in continua et progressiva populorum aemulatione militari consistit, donec in completo militarismo desinat, qui dum securam pacem promittit, sperata pacis dona in antecessum sibi immolari postulat. (Cf. n. 615 et 616.)

Horum omnium exempla et multiplicem illustrationem a compluribus saeculis usque ad hos dies historia politica Europae exhibet. Postquam enim, non obstante communi professione christianae religionis et culturae, apud eos, qui cum imperio et potentia populis praeerant, humanarum cupiditatum impetus magis magisque traditam christianae legis reverentiam superare coepit, in mutuo quoque gentium commercio idea communionis et fraternitatis christianae paulatim e mentibus et moribus evanuit. Pristinae *unitati* familiae populorum christianorum sub communi patrefamilias et pacis arbitro, Romano Pontifice, successit multitudo soluta gentium, quarum unaquaeque sibi soli viveret, suae independentiae, potentiae, prosperitati prospiceret. Sub influxu dein materialismi practice iam late serpentis brevi factum est, ut actibus internationalibus fere solus deinceps egoismus cum astutia praesideret. Nec defuerunt qui hoc cum communi hominum sensu morali aliquo modo conciliare conarentur, opinionem interni discriminis inter moralitatem *privatam* et *publicam* opportune spargentes, quo huic ex natura rerum publicarum maioris licentiae privilegium vindicarent. Sincerius denique re-

centior philosophia materialistica cum universo iure internationali omnes quoque moralitatis obices theoretice sustulit. Sic inter alios et *Ad. Lasson* et *E. v. Hartmann* aperte negant statibus publicis independentibus ullam aliam internationalium actionum regulam convenire nisi eam, quam pro adiunctis dictet *egoistica prudentia*[1].

B. **Sententia affirmans probatur.**

**689. Thesis LXXVII. Exstant officia et iura naturalia, quibus diversae societates civiles inter se moraliter et iuridice devinciuntur.**

Praenotanda. *„Officia"* intellege non solum *iuridica,* quae iuribus correlata sunt eaque logice consequuntur, sed etiam officia mere ethica, quae per se a iuribus non dependent. Ideo primo loco *officia* nominantur. Porro et officia et iura naturalia distinguuntur alia *originaria* (connata, absoluta), alia *acquisita* (hypothetica), quatenus haec immediate a lege naturae obligandi vim habent. (Cf. P. I, n. 576.)

---

[1] *Ad. Lasson,* Princip und Zukunft des Völkerrechtes (Berlin 1871) p. 31 haec habet: „Der Staat ist nach aussen ein ungebändigter, ungezügelter Wille der Selbstsucht. Da es für ihn keine sittliche Pflicht, keine Rechtsordnung gibt, der er zu gehorchen hätte, so dient er nur seinem Nutzen, und weil jeder Staat das thut, so gerathen die Staaten nothwendig in einen unablässigen und auch nach scheinbarer Unterbrechung doch immer sich erneuernden Conflict. . . . Der Staat ist ein durchaus herzloses Wesen. Aber um so rücksichtsloser ist sein Eigennutz, seine Selbstsucht. . . . Recht und Sittlichkeit bindet den Willen des Staates nicht. Nur eines ist es, was den Staat in solchem Trachten hindert, nämlich die Furcht vor fremder Macht. Nur dem Schwachen gegenüber ist ein Staat dreist und erlaubt sich, was ihm gefällt" . . . (reliqua vide supra n. 616, in nota). Similia leguntur p. 55 sq. — Idem auctor in alio opere, „System der Rechtsphilosophie" (1882) p. 394: „Zwischen den Staaten als souveränen Wesen ist zwar ein eigentlicher Rechtszustand nicht möglich; aber da die Staaten zugleich klug sind und das Nützliche suchen, so stellt sich auf Grund der Gemeinsamkeit der Interessen ein Zustand her, der mit einem Rechtszustand eine gewisse Aehnlichkeit hat." Et p. 402: „Der Staat behält sich vor, das Völkerrecht zu beobachten oder nicht, je nachdem er es in seinem Interesse findet." — *Ed. v. Hartmann,* Phänomenologie des sittlichen Bewusstseins (1879) p. 361 et 498 supponit pariter statum publicum omnes suos contractus inire cum reservatione mentali, se tamdiu illos observaturum, quamdiu eos sibi utiles noverit. Et hoc *unice* conveniens esse iudicat, „ist das allein richtige und allein praktische Verhalten der Regierungen, da zwischen souveränen Nationen nur der Naturzustand, d. h. der Krieg aller gegen alle mit Waffenstillständen aus Opportunitätsrücksichten besteht".

**Probatur I.** *Ex natura personae moralis.* (Cf. P. I, n. 349.) Omnis societas civilis qua talis constituta vera est *persona moralis,* unde complures tales societates simultanee exsistentes necessario sibi tamquam personae morales coexsistunt. Atqui istae personae morales, quamquam externa independentia gaudentes, non secus tamen ac singuli homines tamquam personae physicae „absolute" spectatae per legem naturae vinculis moralibus, officiis scilicet mutuis et iuribus, ad se invicem secundum normam rectae rationis ordinentur necesse est. Ergo exstant . . .

Prob. min. Ratio fundamentalis, ob quam homines, etsi „absolute" tantum ut homines non ut membra alicuius *particularis* societatis considerati, mutuis inter se officiis et iuribus naturaliter obstringuntur, in eo sita est, quod *personae,* i. e. supposita rationalia sunt, eadem communi rationali natura praediti. (Cf. n. 48 sqq.) Iam vero haec ipsa ratio similiter invenitur in societatibus civilibus qua personis moralibus. Sunt enim pariter supposita rationalia ex elementis personalibus organice composita et singula ad unam entitatem collectivam moraliter unita, cui propria vitalis et rationalis activitas est ab activitate particularium personarum, quibus componitur, essentialiter diversa. Accedit, quod haec capacitas propriae rationalis et liberae activitatis, sicut in singulis hominibus, ita et in societatibus civilibus ratio est, cur praeter officia *absoluta* personarum insuper *hypothetica,* praeter iura *connata* insuper varia *acquisita* habere possint et realiter necessario habeant, ut v. g. iura et officia naturalia, quae circa territoria et dominia versantur.

**Probatur II.** *Ex admissa exsistentia iuris positivi internationalis.* Nisi exsistat antecedenter ad omne hominum condictum ius internationale *naturaliter* vigens, neque ius aliquod positivum internationale exsistere aut oriri potest. Atqui esse inter nationes cultas ius aliquod positivum internationale, partim generale et omnibus commune, partim particulare et varium, quantumvis aliquando imperfectum et imperfecte sancitum, omnes passim iuris publici doctores, si materialismi sectatores excipias, necnon populorum gubernia theoretice et practice profitentur. Ergo et ius internationale constans officiis et iuribus *naturalibus* admittatur necesse est.

Prob. mai. Nisi antecedenter ad conventiones et pacta, quibus ius positivum inter diversas gentes independentes fundatur,

rto supponi possit, singulis contrahentibus strictam incumbere ›ligationem initos contractus fideliter servandi, omnia pacta ternationalia mere ludicra censenda sunt aut certe vim habere ›queunt publicam iuris regulam sanciendi, singulorum arbitrio iugiter subiectam. Praeceptum autem, quo civitates pacta are tenentur, immediate a lege naturae emanat et pars est ialis ipsius naturalis iuris internationalis.

## § 2. De officiis et iuribus gentium originariis.

De iis tantum officiis et iuribus naturalibus hic quaeritur, uae omnibus societatibus civilibus ab origine communia (con- enita) sunt seu quae singulis secundum speciem consideratis *ab-* ; et ideo omnibus *aequaliter* conveniunt. Et propria quidem ec eorumdem officiorum ac iurium in qualibet societate civili c ›ndi sunt, qui suprema auctoritate praediti capitis instar ›tum corpus civile repraesentant.

### A. Officia gentium originaria.

**1. Thesis LXXVIII. Praeceptum naturale, quo indivi- homines se invicem amare tenentur (cf. n. 49), pari modo societates civiles qua tales pertinet.**

Praenotanda. Alterum *amare* est illi *bene velle*, quod ective tum solum ordinate et secundum intentionem praecepti si alteri ea volumus bona, quae vera bona sunt (n. 29). Est ›em praeceptum amoris partim *negativum*, prohibens quae amori ›traria sunt, partim *affirmativum*, praecipiens etiam positivam ›eficentiam secundum eos obligandi limites, quibus affirmativa ›ecepta suapte natura subiacent.

**Probatur I.** Secundum rectum naturae ordinem ideo homines lividui sese mutuo amare debent, quia omnes communi gaudent tura specifica rationali et vi huius specificae similitudinis quodam- ›do inter se ad sui identitatem appropinquant. Eidem rationali ›ecepto ipse quoque naturae instinctus consentit. Hinc *S. Tho- ›s*[1] referens illud Eccli. 13, 19: „Omne animal diligit simile i“ addit: „Similitudo, proprie loquendo, est causa amoris. . . . hoc enim, quod aliqui duo sunt similes, quasi habentes unam mam, sunt quodammodo unum in forma illa, sicut duo homines

[1] S. theol. 1, 2, q. 27, a. 3.

sunt unum in specie humanitatis. . . . Et ideo affectus un ten-
dit in alterum sicut in unum sibi, et vult ei bonum
sibi." — Atqui diversae societates civiles eadem io
et quodammodo unum sunt in forma humanae i
et in specie civilis societatis. Ergo secundum rectum
ordinem praeceptum mutui amoris ad societates civiles qua ti
non minus quam ad individuos homines pertinet.

**Probatur II.** Ut amor obiectum praecepti naturalis esse possit, per se rationalis sit oportet, i. e. condigno nitens *fundamento intellectuali.* Ad amorem nempe, qui a voluntate pro it, ex parte intellectus praerequiritur *aestimatio boni amandi,* propterea recte fundamentum intellectuale amoris vocatur. Secundum rectam igitur rationem amor intellectualem aestimationem *obiective veram* sequi debet. Atqui mutuus amor societatum civilium ex obiectiva rei amandae aestimatione non minus *rerum* et secundum rectum naturae ordinem *necessarium* fundamentum intellectuale sequitur quam amor individui hominis erga proximum, ut satis liquet ex iis, quae in prima probatione dicta sunt. Unaquaeque enim societas in altera eandem qua ipsa gaudet personalem dignitatem, eundem sublimem finem specificum in bonum commune civium divinitus sibi propositum, eandem erga Deum, communem ac supremum regem et iudicem omnium, essentialem relationem agnoscere debet. Ergo . . .

**Corollaria.**

692. I. Generale praeceptum legis naturalis *„Dilige proximum sicut te ipsum"*, quod insuper per legem christianam speciali modo inculcatur, uti homines ita et nationes qua tales obstringit, imprimis autem *christianas.* Sed hic etiam valet quod de verbis *„sicut te ipsum"* iam alibi (n. 49) secundum doctrinam S. Thomae animadversum est. Scilicet particula „sicut" hoc loco non exprimit aequationem secundum intensitatem seu quantitatem, sed potius [illegible] *directionem et formale motivum* amoris. Itaque hoc naturae praeceptum non contradicit axiomati „amor bene ordinatus incipit ab ego". Cui consonant verba s. Doctoris: „Magis unusquisque se ipsum amat quam alium, quia sibi unus est in substantia, alteri vero in similitudine alicuius formae"[1]; et „Dilectio hominis ad se ipsum est sicut exemplar dilectionis,

[1] [illegible]

quae habetur ad alterum. Sed exemplar potius est quam exemplatum." [1] Accedit, quod et diligendi proximos aliquis ordo naturalis exsistit, vi cuius „quosdam proximorum debemus magis diligere quam alios" [2]. (Cf. n. 50.)

Quamquam haec omnia pariter internationali amori applicanda sunt, ratione tamen exercendae *beneficentiae* non omnino eadem condicio est societatis et hominis individui. Quippe cum homo suorum bonorum dominus sit, nihil impedit, quominus ex amore alterius profusa largitione aliquando omnia sua in eius auxilium et salutem devoveat posthabito propriae vitae commodo. Non ita societas seu princeps, qui eius publicam personalitatem repraesentat. Per se enim potior est huius obligatio in corpus sociale sibi commissum eiusque bonum servandum quam in bonum alterius societatis.

**693.** II. Idem amoris praeceptum, quemadmodum pro sua generalitate est *supremum* principium omnium officiorum, quibus homines qua tales absolute inter se mutuo devinciuntur (n. 49), ita instar compendii cuncta in se *internationalia* quoque officia absoluta continet, tum *negativa* tum *affirmativa*. Ad utrumque hunc officiorum ordinem *duplex* illa regula refertur, quae vulgo quasi per excellentiam *„lex naturae"* appellari solet: *„Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris"* et *„quod tibi vis fieri, alteri facias."* Altera generaliter cuncta officia mutua *negativa*, altera *affirmativa* seu beneficentiae complectitur. In illa igitur potissimum *officia iustitiae* comprehenduntur, utpote quae eatenus negativa sunt, quod negativo legis naturalis praecepto respondent, quo omnis actio et omissio iniusta seu iniuriosa prohibetur. Laesio namque iustitiae praecepto amoris quodammodo a fortiori contradicit, quia illi positiva contrarietate opponitur. Id tantum officia *iuridica* a ceteris distinguit, quod licet a communi fonte obligationis naturali emanent, in particulari tamen qua stricte iuridica suam *obiectivam ac determinatam mensuram* a *iuribus* sibi correlatis recipiunt (P. I, n. 472) et secundum hanc legitimae coactioni subiacent.

**694.** III. *Affirmativa* amoris officia, quae positivum eius exercitium respiciunt, per se inter societates civiles quoque gravem obligationem *moralem* inducere possunt. Sed quoniam nullo re-

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2. q. 26, a. 4; cf. q. 25, a. 4.
[2] Ibid. q. 26, a. 6.

spectivo iure nituntur, legitime extorqueri ab humana potestate nequeunt. Praeterea etiam ratione obligationis moralis a *negativis* discrepant secundum notum axioma *„praecepta negativa obligant semper pro semper, affirmativa non pro semper"*. Haec enim a determinantibus adiunctis in ipsa lege rationabiliter subintellectis tamquam condicione actualis obligationis dependent. Quamquam igitur unaquaeque societas civilis generatim erga alias sinceram benevolentiam habere debet, non tamen eo ipso (extra casum peculiaris stipulationis) ex mera beneficentia alteri indigenti vel etiam petenti quodlibet reale subsidium vel efficax auxilium praestare tenetur, quamdiu illud absque gravi suo i. e. proprii corporis civilis incommodo vel periculo actu suscipere nequit. Nam ut supra (n. 692) iam notatum est, summae reipublicae potestati incumbit, ut antequam ad extra vires benefaciendi convertat, sollicite examinet, utrum et quo pacto id cum gravioribus suis in propriam rempublicam officiis conciliari possit. Ita exempli gratia, si a gente vicina adversus iniquam hostilem aggressionem alterius gentis potentioris subito in auxilium vocaretur. In hoc casu deliberatio manifeste non solum circa laudabile exercitium promptae beneficentiae, sed simul circa gravissimum onus belli contra eundem hostem suscipiendi et feliciter gerendi versaretur. In rebus dubiis tamen non tantum materialium bonorum computus, sed eorum quoque proportio ad bona altioris ordinis seu communia *humanitatis,* quae forte periclitarentur, in considerationem vocanda sunt. Ubi autem nulla nec gravis incommodi nec periculi proprii ratio opponitur, procul dubio etiam inter societates civiles naturalia mutui amoris officia nec solum negativa nec mere interna esse possunt, sed data occasione, maxime autem urgente aliqua necessitate, congruis sincerae benevolentiae ac beneficentiae operibus compleantur oportet. Vera autem beneficentiae opera dici nequeunt, quae forte alicui genti a potentiore eo fine obtruduntur, ut eius sibi subiiciendae via praeparetur.

**695.** IV. *Egoismus absolutus nationalis,* quo gens aliqua, veluti a communi humanitate seiuncta, ita *sibi soli* vivere contendit, ut aliarum gentium fortuna sive prospera sive adversa nullatenus tangatur, nisi quatenus suum proprium inde commodum vel incommodum resultare prospiciat, non secus atque egoismus individualis recto naturae ordini adversatur. Huc aliquatenus pertinet exaggeratus ille et non raro ridiculus nationalitatis cultus (vulgo

hauvinismus"), qui, quidquid ab alia natione procedit, aut caeco licio contemnit aut odiosa detractione prosequitur, aliquando et atriotismi" laudes usurpans.

B. Iura gentium originaria.

6. Iuris naturalis sive privati sive publici cognoscendi *summum principium* supra (P. I, n. 589) hoc stabilitum est: „Omnis ris naturalis asserendi ratio et mensura in recto vitae socialis dine naturaliter sancito reponenda est." Ab eodem igitur principio (ibidem fusius explicato) praesens quoque philosophica inisitio in iura gentium naturalia proficiscatur oportet, eoque aelucente singula iura, quae illis secundum essentiam *congenita* nt, et quorum alia ex aliis logice consequuntur, non minus ac ra hominis individui connata, certo cognosci possunt.

**Thesis LXXIX. Omnis gens tamquam societas civilis nstituta eo ipso ius habet personalitatis politicae, simul cum ibus logice consectariis.**

**Probatur.** Societas civilis secundum speciem considerata non arbitraria aut fortuita hominum inventio, sed institutio naalis ab auctore naturae intenta et inducta (P. I, n. 418 sqq.). de immediate per legem naturalem iis omnibus iuribus praea esse debet, quae tamquam elementa necessaria ad integriem eius essentiae et tamquam necessaria media ad finem illi uraliter propositum pertinent. Atqui utriusque huius necesatis condicionem manifeste prae ceteris omnibus exhibet *ius sonalitatis politicae,* i. e. ius exsistendi et vivendi tamquam sona moralis publica seu politica. In collectiva enim civium tate stabili, quae personam moralem constituit, ipsum Esse et istentia societatis civilis qua talis consistit. Ante huius autem entialem integritatem omnis quoque capacitas operandi ad finem i propositum deficeret. Ergo . . .

Quod denique in thesi additur „simul cum logice consectariis", batione non indiget, cum ea, quae alicui rei sunt logica necesate implicita, cum eadem re implicite possidentur.

7. Corollaria.

I. Cum iure personalitatis immediate conectitur ius unicuique ietati civili pariter congenitum omnibus mediis licitis *se conservandi ac perficiendi;* quod quidem ex ipso conceptu suppositi rationalis seu personae sive physicae sive moralis per se liqui[illegible]

1. *Ius se conservandi* per se ius quoque parit legitimae defensionis etiam armatae contra hostiles aggressiones. Qua in re, cum directe agatur de bono communi totius corporis socialis, in quod simul cum auctoritate publica omnes cives fideliter cooperari tenentur, princeps totius reipublicae cooperationem, ubi opus fuerit, legitime exigere potest. — Porro conservatio societatis civilis partim *„materiam“* partim *„formam“* huius personae publicae respicit.

*Materia* constat populo civiliter unito seu cunctis civibus et familiis eidem civili regimini subditis, simul cum integro complexu territorii, intra cuius fines publice signatos fixis sedibus cohabitant. Conservare igitur rempublicam est hanc etiam eius materiam, ex qua corpus civile coalescit, in toto et in eius partibus seu elementis tam personalibus quam materialibus vigili providentia tueri et convenientibus adminiculis contra spoliationes, laesiones et iniurias defendere, etiamsi istae tantum indirecte rempublicam ut talem attingant, sed multo magis ubi directe in contemptum vel grave malum communitatis vergunt. In hoc v. g. ius fundatur imperii civilis postulandi congruam satisfactionem ab extera gente, apud quam forte aliquis aut nonnulli ex suis propriis subditis iniuriose vexati vel etiam interfecti fuerint.

*Forma* essentialis cuiuscumque societatis civilis est eius *stabilis moralis unitas*, qua sub una suprema auctoritate *unum* organicum corpus et *una* persona moralis efficitur. Destructa igitur hac forma societas ipsa qua talis exsistere desiit. Idem vero vitale societatis principium, quemadmodum vigorem suum haurit ex pacifica concordia totius corporis politici cum suo legitimo capite nec non membrorum inter se, ita nulla re magis debilitatur et in destructionis periculum inducitur, quam dissipata fiducia et rupta pace inter caput et membra, intestinis populi dissidiis aut apertis perduellium turbis, quibus paulatim omnes civilis corporis compages solvuntur. Contra haec igitur mala mortifera, sive a causis internis sive a malevolis inspirationibus ab extrinseco importatis ortum habeant, auctoritas publica vi sui muneris et iuris salvandi exsistentiam reipublicae, omnia remedia huic gravissimo fini proportionata legitime adhibere potest, cum iustitia et fortitudine prudentiam sapienter coniungendo.

Ad ius se conservandi commode reduci potest etiam ius *publicam sui aestimationem* tuendi, quia haec necessaria condicio est dignae exsistentiae cuiuscumque personalitatis publicae. Omnis

r societas politica, ut in superioribus iam insinuatum est, in
ı relationibus socialibus cum aliis gentibus aut earum summis
stratibus iure exigere potest, ne vel sibi immediate vel le-
s a se deputatis et suo nomine agentibus *debita externa aesti-*
*tio* negetur, a fortiore, ne iniurioso contemptu violetur.

2. *Ius se perficiendi,* puta iis potissimum augmentis, quibus
civilis prosperitas securior, abundantior et universalior effi-
ır, et generatim finis naturalis societatis civilis perfectius
ıpleatur. Eo quidem proxime confert (quantum id ad im-
ım civile spectat) provida cura publica, ut semper sufficiens
etiam abundans copia bonorum materialium populo praesto
quae generatim ad vitae honestae usum necessaria vel utilia
t. Ideo generatim loquendo non sufficit varia genera pro-
ıctivi laboris intra fines reipublicae publice tueri et (servata
ıgulorum proportione ad communem necessitatem) opportune
vere et animare, sed insuper necessarium est, *internationali*
*rcium commutationi* securas et aptas condiciones providere,
od quidem specialibus internationalibus pactis (de quibus infra)
ri consuevit.

Neque ea etiam ratio „perficiendi" rempublicam per se ex-
ditur, quae *dilatandis eius finibus* ad ampliorem ditionis com-
xum constat et sic cum incremento substrati materialis eius
ɔque relativam potentiam auget; ita sane, dummodo acquisitio
*itimo iuris titulo* non careat. Neque tamen putandum omnem
ıpublicam semper eo magis ad veram perfectionem accedere,
ɔ latius extendatur et externe crescat. Contrarium non raro
ɜnisse historia confirmat.

Porro de „legitimo iuris titulo" alicuius societatis civilis se
volvendi" et ampliandi, absorbendo vel sibi „annectendo" alias
inas gentes, *duplex hic perniciosissimus error,* a philosophia
ıtheistica in ius publicum modernum invectus et iam aliunde
utatus, denuo signandus est:

*Primus* ius illud politicum in ipsa praevalenti potentia con-
eri et per illam quodammodo mensurari contendit, ambitiosam
tionis aut principis praetensionem cum praesumpta quadam
ina vocatione confundens. (Cf. P. I, n. 515—518.)

*Alter* a moderno falso *„principio nationalitatis"* procedit, qu
*nationalis cohaesionis* tamquam omni nationi eiu ıe p
ısi congenitum proclamat, cui omne ius historic

inferioris ordinis in casu collisionis cedere debeat. Quoties i in confinibus potentioris alicuius populi, nationalitate et lingua fere homogenei, gens aliqua eiusdem nationalitatis alteri populo diversae nationalitatis a saeculis historice et politice unita reperiatur, *vi illius principii* tum haec gens a sua legitima auctoritate politica deficere et illi populo nationalitate sibi homogeneo adhaerere, tum hic illam omni modo ad eiusmodi defectionem instigare et praesenti auxilio armato iuvare non sine „iuris titulo" posset (vide supra n. 338—343)[1].

698. II. Ex iure personalitatis derivatur ius congenitum societatis civilis *acquirendi et possidendi dominium*, quod quidem cum iure supra dicto „se conservandi et perficiendi" necessario conectitur. *Duplicis* autem generis *dominium nationale* probe distinguendum est, prout determinatum aliquem fundorum, operum et aedificiorum aliorumque bonorum materialium complexum exclusive *soli* communitati civili ut tali proprium complectitur, vel universum reipublicae territorium comprehendit. Illud nil differt a dominio seu iure proprietatis stricte dicto, cuius subiectum sit ipsa persona publica politicae communitatis.

Aliud est ius dominii, quod unicuique societati civili in suum *territorium* competit et quod — non sine ambiguitate aut abutendi periculo — dominium „altum" immo et „eminens" appellari consuevit. Hoc enim neque per se est verum dominium proprietatis, neque impedit vel directe minuit dominia privata stricte dicta civium, quibus idem territorium divisim subiacet. Itaque privatis fundorum possessoribus plenum manet *directum* ius illos sibi ut suos vindicandi et de iis in suos usus privatos disponendi. Ius vero „dominii", quod in easdem singulas possessiones privatas tamquam partes territorii publici *societati civili* accedit, est per se *remotum* et *indirectum*. *Remotum* est, quia natura et origine

[1] „Principium nationalitatis" primum fuisse inventum videtur in subterranea officina „Revolutionis Europaeae" duce et machinatore *I. Mazzini*, cum illa iam a secundo fere decennio saeculi XIX incredibili audacia hoc ingens internationale problema sibi persolvendum proponeret, ut ex regnis, principatibus universis tunc per Europam exsistentibus tot magna crearet corpora politica democratice constituta, quot numerentur magnae nationalitates secundum praecipua idiomata distinctae, quibus dein, per modum confoederationis sub centrali Directorio Europaeo unitis, nomen esset: „Status uniti Europae" (cf. P. I, n. 429, nota 2). — Luculentum examen criticum „Principii nationalitatis" vide apud *Cathrein*, Moralphilosophie II, ed. 2 (1893), 634; ed. 3 (1899), p. 698.

posterius iure proprietatis, non secus atque ipsa societas cum suo territorio natura posterior est sedibus domesticis; *indirectum* vero, quia non in aliquo titulo iuris proprietatis fundatum, sed ex necessario ambitu *auctoritatis publicae* derivatum, idque duplici ratione:

1. Quoniam civilis auctoritas *totum* corpus civile, cui praeest, repraesentat, eius relatio ad singula eius membra est quodammodo relatio *totius ad suas partes.* Hoc *totum* autem non tantum est multitudo civium, sed *populus* cum definita terrae plaga quasi *organice concretus,* eiusque partes non singulae tantum personae civium vel familiarum, sed cives simul cum suis in eadem terrae plaga possessionibus (cf. n. 349). *Iam vero* ex naturae ordine omne totum suas partes sibi subordinatas habet, quatenus ad illud integre constituendum et conservandum pertinent. Unde patet, etiam privatas civium possessiones ratione *necessitatis communis* usui publico subordinari [1].

2. Auctoritas civilis nomine totius communitatis ex iure et officio sollicite bonum commune intendere et mediis necessariis aut valde utilibus et opportunis, quantum id a publico regimine pendet, procurare tenetur. Hinc autem eiusdem auctoritatis ius oritur, ubi ad legitimum eiusmodi finem publicum necessarium fuerit, aliquas privatas etiam civium possessiones sibi imperio requirendi seu in dominium publicum convertendi [2], uti fieri solet in nova forte via publica praeparanda aut aliis magnis operibus publicis v. g. munitionibus adversus hostiles aggressiones construendis. Haec potestas vulgo *„ius expropriationis"* vocatur; non quasi per illud ulla privata proprietas in favorem communitatis simpliciter auferatur aut tamquam per se legitima non agnoscatur. Immo ius privatae proprietatis, quod hoc modo „expropriationi" subiicitur, positive potius asseritur et confirmatur, dum possessor privatus propter necessitatem publicam illud non-

---

[1] *S. Thom.*, S. theol. 1, 2, q. 96, a. 4 loquens de oneribus publicis, quae per legem humanam iuste civibus imponi possint, haec habet: „... imponuntur subditis onera in ordine ad bonum commune. Cum enim unus homo sit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipsum quod est et quod habet, est multitudinis, sicut et quaelibet pars id quod est, est totius; unde et natura aliquod detrimentum infert parti, ut salvet totum."

[2] Card. *de Lugo,* De Iustitia et Iure disp. I, sect. I, n. 9 expresse totum hoc ius reipublicae dicit esse *„indirectum,* quatenus *directe* potest et debet consulere bono communi et providere necessitati communi, *indirecte* vero potest facere ea, quae necessaria sunt ad hunc finem".

nisi *iusto persoluto pretio* in usum reipublicae alienare seu vendere adstringitur.

*Dominium „altum"* igitur, quod vocant, per se aliud non est quam *civilis iurisdictio,* quae societati civili uti in cives i ita et *in suum territorium* competit, quod ideo recte illi „proprium" dicitur, quia omnis aliarum gentium iurisdictio ab eo excluditur. Id ipsum et vulgare illius nomen „dicionis" (Gebiet) satis indicare videtur.

Neque huic interpretationi „dominii alti", quae sola philosophice admitti potest, inde quicquam detrahitur, quod historice illud apud antiquos frequenter ut dominium *eminens* stricte dictum fuerit acceptum, ut ex iurisprudentia Romana et feudali colligitur [1]. Nimirum cum priscis temporibus regiones bello captae principi vel populo victori veluti praeda tamquam possessio publica accederent, nec nisi postea paulatim inter particulares incolas certis condicionibus et reservato semper supremo principis dominio distribuerentur, facile intellegitur, cur in civitatibus, quae originem a bellica subactione ducebant, in principe supponebatur dominium quoddam primitivum, unde omnis proprietas privata derivata sit. Quod cum in *particulari* tantum historico adiuncto nitatur, a socialistis invocari nequaquam potest in favorem theoriae, quae „collectivismum" ubique privatis dominiis anteriorem et originarium possidendi modum exstitisse contendit.

699. III. Omni denique societati civili vi „iuris personalitatis politicae" ius quoque competit *externae libertatis seu „independentiae"*. Est hoc ius plane analogum illi, quod respectu personae individuae absolute spectatae statuimus his verbis: „Omni homini iure connato competit in actionibus externis *independentia ab aliorum arbitrio"* (thes. XIV, n. 85). „Arbitrium" autem opponitur *legitimae potestati et iuris exigentiae.* Et sane per se clarum est, neque personae humanae physicae neque morali ius

[1] Cf. opus „Institutes du Droit Naturel" vol. I, l. 6, c. 5, a. 5 . . . „toutes les deux (la jurisprudence romaine et féodale) supposaient, quoique d'une manière diverse, dans le prince un domaine primitif, source de la propriété privée. Celle-ci est conçue, dans ce système, comme dérivant du domaine du prince par des concessions qui laissent subsister en lui un droit radical, capable de revivre et d'être exercé dans certaines circonstances. La raison en est que les sociétés romaines et féodales étaient nées de la conquête et supposaient, par conséquent, la confiscation du sol au profit des vainqueurs selon les lois de la guerre usitées dans l'ancien droit des gens." . . .

libertatis et independentiae *absolutae* umquam sine absurdo tribui posse, cum neutra a lege divina et universali ordine socialis iustitiae divinitus stabilito exempta sit. Sensus igitur assertionis hic est, quasi dicatur: societas civilis iure congenito sic actionis libertate praedita est, ut ea a nulla alia societate umquam impediri aut exigi possit, nisi ad hoc certa et manifesta illi iuris potestas praesto sit. Et libertas quidem, ut vulgo dicitur, in „possessione est", ita ut omni praetensae exceptioni onus probandi incumbat. Haec enim (intra limites iustitiae) *independentia* de propria ratione est omnis societatis *perfectae* et supremae civilis auctoritatis (suprematia — souveraineté), quia — in praesenti saltem rerum ordine — nulla exstat politica potestas secundum speciem illi superior et universalior, cui ipsa organice subordinetur, uti individuos homines et familias natura duce socialibus auctoritatibus gradu superioribus subordinari videmus.

700. *Quaestio* autem obvia hic oboritur: utrum aliquando et qua condicione inter societates eiusmodi independentes et eatenus omnes *aequales*, aliqua *interventio* ab una vel pluribus alteri obtrudi legitime possit, qua ista moraliter aut etiam physice compellatur, ut illarum voluntati satisfaciat?

*Resp.* 1. Ex dictis dubium non est unamquamque rempublicam sua propria iura adversus iniuriam sibi per alterius actionem illatam vel attentatam prompta interventione legitime tueri et efficaciter defendere posse. Quare in proposita quaestione de interventione haec interveniendi causa utpote per se clara generatim comprehendi non solet.

701. 2. Verum etiam praetermisso hoc casu manifesti iuris neque recta ratio naturalis neque philosophia christiana admittere potest generale iuris internationalis principium de *non-interventu*, quod vocant, a moderno „liberalismo" in specialem usum „moderni status" inventum. Aut enim arbitrarie statuitur aut falsam ideam status publici eiusque independentiae supponit. Ideo et ecclesiastico iudicio reprobata est Syllab. thesis 62: „Proclamandum est et observandum principium, quod vocant de non-interventu."

702. 3. Causam interveniendi iure naturae iustam imprimis ipsum *officium naturale amoris et beneficientiae*, de quo supra (n. 691 sq.) dictum est, non raro inducere potest, praesertim ubi gens vicina et amica gravi necessitate laborans interventionem auxiliatricem lubens admittit vel petit.

[illegible] 4. Oriri similiter verum et indub[illegible] *vindicandi iura communia hum[illegible]* [illegible] eius principe publice et quasi [illegible] constet[1]. Ita v. g. si alicub[illegible] [illegible] statis diebus vel ad nut[illegible] [illegible] innocentium ritu publico mac[illegible] [illegible] iniuriosa ex legali more [illegible] [illegible] nequaquam tenerentur, sed [illegible] finem imponere legitime posse[illegible] [illegible] pertineret ad auctoritatem sup[illegible] [illegible] exsisteret, ea deficiente com[illegible] [illegible] illam quodammodo supplere [illegible] [illegible] ratione praesumptae auctorit[illegible] [illegible] esse censetur alterum hominem libe[illegible] [illegible] in societatem v. g. suicidio vi[illegible]

Huc quoque *dubium* pertinet, quod [illegible] aliqua multis suae terrae diviti[illegible] [illegible] abundans ab aliis nationibus [illegible] mercium commutationem admitt[illegible] [illegible] principia solvatur, duplex [illegible]

a) Si natio ista non absolute quid[illegible] [illegible] excludat, sed eius usum quibusd[illegible] [illegible] a quibus ceteras, si velint,

---

[1] [illegible] *Holtzendorff*, Das europäische V[illegible] [illegible] sagt: „Wie die Rechtsordnung [illegible] [illegible] muss, den einzelnen Staatsbü[illegible] [illegible] entgegenstehenden Gesellsch[illegible] [illegible] gegen die Auflehnung de[illegible] [illegible] *Völkerrechts: in seinen Satzungen* [illegible] [illegible] *der menschheitlichen* [illegible] [illegible] *Eigenwillens* und andere[illegible] [illegible] selbständigem Leben begabten St[illegible] [illegible] mit die Verschmelzung und [illegible] [illegible] (rectius Naturgeset[illegible] [illegible] der staatlichen Selbständig[illegible] [illegible] Staat sich nicht mehr von a[illegible] [illegible] mit andern angewiesen [illegible] [illegible] als geistigen Lebensgemeinschaft [illegible] [illegible] *Staaten gegenüber dem Einzelst*[illegible] [illegible] wir als die erste die Gesch[illegible] [illegible] die Zusammengehörigkeit der *Me*[illegible] [illegible] Gemeinschaftsprincip

lius desideratas merces sibi comparare possint, nulla natio, a ecto commercio exclusa, istud tamquam ius sibi debitum vin- are potest. *Ratio* est, quia illa suo iure libertatis utitur: posi- um autem exercitium beneficentiae seu beneficium *iure* ex- queri nequit.

b) Quod si vero eadem natio ex generali aliqua lege *omni* nmerio cum exteris nationibus se subtraheret, atque ita sibi ficiens ac *sibi soli* vivens *omnem* bonorum suorum communi- ionem cum reliquo genere humano excludere attentaret, procul bio (sin minus practice, saltem theoretice) *titulo iuris toti hu- nitati communis* et quasi *nomine generis humani* compelli posset, quomodocumque sui territorii fines commutandis mercibus ɜriri permittat. — *Nam* secundum doctrinam *S. Thomae*[1] et nmunem veterum sententiam *ea est iure naturae condicio in- utae inter homines proprietatis rerum,* ut bona externa, quae uoad potestatem procurandi et dispensandi" tamquam propria ssidentur, nihilominus quoad *usum* eorum et usum fructuum nere debeant *communia,* scilicet per communem facilitatem nmutationis (cf. n. 131).

l. 5. Ex quo religio christiana divino praecepto et inter- ntu universo generi humano intimata, dein a plerisque cultis tionibus historice recepta et instar communis iuris publici sta- ita est, principibus et populis christianis non potuit non oriri quod *ius pariter commune in ipso nomine christiano fundatum.* eo quidem magna pars iuris gentium constabat, quamdiu *itas* nominis christiani fere omnes gentes Europae sub uno ɔremo capite, Romano Pontifice, ad unitatem magnae familiae ristianae coniungebat. Propterea omnium intererat legitima nmuni interventione, ubi opus erat, huius nominis integritatem dignitatem adversus infidelium potestatum iniurias asserere ıue tueri. Cuius rei insigne exemplum habemus in „cruciatis" as vocant expeditionibus. Quo magis autem a saeculo XVI ɔm gloriosum nomen ab interna sua unitate aut veritate defecit, iam difficilius et intra angustiores terminos per nationes „chri- anas" eiusmodi publica iuris communio efficaciter invocari potest.

ɔ. 6. Nullo iure probari potest interventio, qua in republica bis forte politicis agitata, praetextu ordinis restituendi, *factio*

[1] S. theol. 2, 2, q. 66, a. 2; Comment. in Arist. Polit. II, lect. 4.

*rebellis* contra legitimam auctoritatem publicam per quamcum alienam potestatem politicam materiali vel morali succursu adiuvaretur aut etiam usurpatorium regimen manu forti constitueretur. Nihil vero impedit, quominus in casu manifestae tyrannidis, qua aliqua populi pars sive ab altera parte praevalente sive a publica potestate iniuste et crudeliter opprimeretur, extera natio auxilium ab illa petitum gravi primum suo morali influxu, et, si opus fuerit, armata interventione legitime praestare possit vel aliquando ex officio humanitatis etiam debeat.

## § 3. De iuribus gentium naturalibus acquisitis.

### A. Praenotanda.

**706.** Iura acquisita (adventitia) cum iuribus originariis (connatis, absolutis) id ratione originis commune habent, quod utraque nonnisi aliquo *facto reali* ad actualem exsistentiam determinantur: differunt autem *diversitate huius facti determinantis*. Quemadmodum enim hominis iura connata ipsa eius nativitate vi legis naturalis immediate subsistunt, ita et iura *originaria* seu absoluta cuiusque gentis qua personae humanae collectivae aliud factum determinans non requirunt nisi eiusdem exsistentiam in forma essentiali societatis civilis. Aliter iura *acquisita* sive individui hominis sive personae moralis publicae. Haec enim solis factis contingentibus, plerumque liberis, ab iisdem personis iam integre in suo esse constitutis prodeuntibus realiter determinantur seu acquiruntur. Hinc etiam *hypothetica* vocari solent. Quamquam igitur secundum iura originaria omnes societates civiles aequales sunt, secundum iura acquisita seu hypothetica non possunt non fieri multipliciter inaequales.

Porro iura acquisita gentium cum officiis sibi correlatis plerique *contractibus internationalibus* inducuntur et eatenus praecipuam partem iuris internationalis *positivi* constituunt, de quibus infra agendum erit.

Sunt autem et alia nonnulla, quae nullo interveniente contractu, *per simplicem usum alicuius iuris originarii* seu congeniti orta et hinc immediate ex lege naturali coram recta ratione vim iuris obtinere possunt. Talia igitur iura gentium naturaliter acquisita merito iuribus *naturalibus* adnumeranda sunt; quae quidem [illegible] solum fere originarium *ius dominii* in concreto exercitum per[illegible] hoc loco paucis commemorentur oportet.

B. **Titulus acquirendi dominium nationale iure naturae legitimus.**

**707.** Originarium territorium cuiusque nationis, quod cum ea a primis eius initiis organica quodammodo unitate conexum a tota eius historica individualitate inseparabile esse constat, quaecumque variae causae partim naturales partim liberae primitus ad illud efformandum concurrere potuerint, generatim *iure naturali* (latius dicto) possideri practice omnes facile admittent.

Universim autem de modo acquirendi quodcumque dominium publicum *per se et absque conventione internationali legitimo* haec valent (partim etiam consuetudine agnita)

*Iuris naturalis principia:*

**708.** I. Quae supra (n. 194 sq.) de modis *originariis* acquirendi dominium privatum et in specie de *occupatione* (Besitzergreifung) eiusque necessariis condicionibus dicta sunt, eadem omnino ad acquisitionem dominii publici per societates civiles recte applicantur. Dicitur autem „occupatio" *apprehensio rei, quae est nullius, cum animo eam habendi ut propriam.* Unde

*Iure „occupationis"* aliqua gens regionem, insulam etc. modo a se detectam suae dicioni adiungere potest, si nulla ex condicionibus ad legitimam occupationem requisitis desideretur. Porro istae *condiciones* sunt:

1. *Ex parte obiecti occupandi,* ut sit vere „nullius". Censetur vero aliqua regio vel insula *nullius,* si non est *civiliter subiecta* et, quamvis incolis aliquatenus feris et vaga libertate fruentibus non careat, omni tamen civili regimine et civilis communitatis ordine destituta reperitur: non tamen ideo *ratio iustitiae naturalis etiam erga incolas servandae* ullatenus excluditur. Hinc igitur aliquod obiectivum quoque iuris criterium desumere licet, ubi eiusmodi occupationes, non raro violentae, sive praeteritis saeculis sive recentiore aetate susceptae sub *ratione iustitiae naturalis* historice in iudicium vocantur.

2. *Ex parte occupantis* supponitur *externa* actio apprehensionis non transitoriae sed stabilis, facta nomine alicuius gentis seu potestatis publicae, cum animo externe satis signato eam terrae partem habendi deinceps ut suam. Itaque ut occupatio talis sit, quae ius publicum pariat ceteris gentibus reverendum, non sufficeret ad ora maritima alicuius insulae navem appulisse educto vectorum aut militum numero obiter lustrasse, at positis nonnullis signis suae praesentiae iterum reliquisse. V

*rebellis* contra legitimam auctoritatem pu
alienam potestatem politicam materiali
iuvaretur aut etiam usurpatorium regimen
Nihil vero impedit, quominus in casu ma
aliqua populi pars sive ab altera parte pr
potestate iniuste et crudeliter opprimeretu
ab illa petitum gravi primum suo morali i
armata interventione legitime praestare
officio humanitatis etiam debeat.

§ 3. De iuribus gentium na ne

A. Praenot d p
quo n

706. Iura acquisita (adventitia) ltem a
absolutis) id ratione originis cor merari
nisi aliquo *facto reali* ad act „*sphaer*
differunt autem *diversitate huiv* constituun
enim hominis iura connata i nil aliud
immediate subsistunt, ita e et admin
gentis qua personae human
non requirunt nisi eiusd modum, ut
cietatis civilis. Aliter autem de eius
personae moralis publi *naturalem iustitia*
plerumque liberis, a potius *in concreto*,
constitutis prodeunt mitantia propria a
Hinc etiam *hypothet* per suas causas
iura originaria om
iura acquisita se dicendum:
inaequales.

Porro iura supra dictum „*pri*
que *contractib* invocari potest, quaten
partem iuris memoratis; id quod ci
agendum eri admittendum videtur.

Sunt a barbara horrenda contra
tractu, *per* tales ritus publicos ex
oriri et hi omnis sensus humanitatis
iuris obti christiana, quae viribus
quisita r scandala legitime illa
ad solu subiicere potest. Agit
tinent ex iure totius humanae societ
sed magnum beneficium p

„iure occupationis“
.ıros, esse tamen
ıs non destitutos.
, ius participant ad
tum supernaturalia.
illi neque ut res neque
.lia, sed pro sua humana
.ndi sunt. Ideo natio culta
*spotica* debilium oppressione
)lata „protectio“ aliud revera
*et avaritiae praetextus*, quo fa-
.ıancipet, interim neque physicam
.m ullatenus curando. Procul dubio
*quasi-pacto*, partim ex quadam *quasi*
.*ione*, omnino tenetur istis hominibus,
.se privatis, reddere aliquod eius quodam-
*is ordinis*, nimirum veram *libertatem chri-*
mabiles *christianae culturae* thesauros.

o de acquirendis coloniis aut propriis navium
.a aliena *publico civili regimini subiecta* agitur,
nsi imperio, satis per se liquet id nonnisi inter-
.ntractibus rite initis legitime fieri posse.

„*Accessio*“ quoque augendi qualiscumque dominii na-
ginarius iuris titulus esse potest. Eo v. g. pertineret
.ncrementum territorii per alluvionem ad eius littora vel
.b iisdem quacumque ex causa recessus, aut per littora
u temporis ad capita fluminum promota.

Nulla pars oceani aperti exclusive propria alicuius na-
ıis fieri potest, tum quod verae occupationis est incapax, tum
.d suapte natura solus oceanus cunctis nationibus tamquam via
.rnationalis communicationis datus est, quam obstruere aut
.edire (tempore pacis) nulli liceat. Haec natura et providen-
is destinatio oceani a tribus potissimum saeculis simul cum
gressu et ambitu rei nauticae magis magisque clarescit [1].

[1] Haec communis nationum libertas utendi oceano ad novas ubique ter-
.m sui commercii vias aperiendas atque ita multiplicis nationalis industriae
tus iugiter augendos, simul continua quaedam periculosae aemulationis
.sio est. Mirum propterea non est complures iam iuris publici doctores
c potissimum *defectum* praesentis iuris internationalis notare, quod careat

etiam occupatio ceteroquin tamquam *stabilis* sufficienter signata eatenus vim iuris fundare censenda est, quatenus eius exsecutio mandante vel certe postea statim approbante publica gentis potestate facta est.

Huc quoque partim directe partim indirecte pertinet *methodus acquirendi vel dilatandi colonias* apud gentes barbaras, qualis hodie inter nationes cultas et navibus pollentes fere usu invaluit, ut v. g. in Africa apparet. Successive namque varios terrae tractus una cum incolis suae potestati subiicere solent, non tam offensiva vi armorum quam praevalentis potentiae suae tam materialis quam spiritualis ostentatione; neque illos statim titulo *dominii proprie dicti* sibi occupant, sed potius titulo *„protectionis benevolae"* illis vel invitis oblatae aliquo modo, sensu latiore, *suos* faciunt. Ideo tales acquisitiones (saltem ab initio) nondum „possessionibus" alicuius nationis adnumerari solent, sed, secundum nomen recenter inventum, eius *„sphaeram" fructuose operandi propriam* („Interessen-Sphäre") constituunt. Revera autem istae „sphaerae" sub mitiore nomine nil aliud quam inchoatum terrae *dominium,* paulatim occupatione et administratione possidendum. significant.

Atque hunc fere procedendi modum, ut diximus, hodie practice adhiberi videmus. Quod si autem de eius *relatione ad internationalem et generatim ad naturalem iustitiam* quaeritur, haec sane minus in abstracto quam potius *in concreto,* i. e. in singulis casibus talis acquisitionis per comitantia propria adiuncta obiective determinatur, speciatim etiam per suas causas finales.

*In genere* tamen dicendum:

a) Eatenus tantum supra dictum *„principium de iure occupationis"* hic quoque invocari potest, quatenus constat de condicionibus ibidem commemoratis; id quod circa complures regiones interioris Africae admittendum videtur.

b) Si gens barbara horrenda contra naturam crimina superstitiose fovere aut tales ritus publicos ex instituto celebrare consuevit, a quibus omnis sensus humanitatis abhorret, quaevis natio culta, imprimis christiana, quae viribus par est, ad efficaciter tollenda eiusmodi scandala legitime illam independentia privare suaeque potestati subiicere potest. Agit enim in tali casu quasi nomine et ex iure totius humanae societatis, neque illi genti iniuriam infert sed magnum beneficium praestat.

c) Quicumque in eiusmodi regionibus „iure occupationis“ utitur, meminisse debet incolas, quantumvis barbaros, esse tamen *homines*, et hinc suis connatis iuribus personalibus non destitutos. Qua tales igitur, in communi et indeterminate, ius participant ad *cuncta* humani generis bona, tum naturalia tum supernaturalia. (Cf. n. 130 sqq.) Unde *ex iustitia naturali* illi neque ut res neque fere ut animalia tantum suis dominis utilia, sed pro sua humana dignitate *benevola commiseratione* tractandi sunt. Ideo natio culta regionem occupans ab *iniusta et despotica* debilium oppressione excusari nequaquam posset, *si* oblata „protectio“ aliud revera non esset, nisi *merus dominandi et avaritiae praetextus*, quo facilius illos sibi in servitium mancipet, interim neque physicam neque moralem eorum miseriam ullatenus curando. Procul dubio enim talis natio, partim ex *quasi-pacto*, partim ex quadam *quasi superna providentiali missione*, omnino tenetur istis hominibus, sua naturali libertate a se privatis, reddere aliquod eius quodammodo *aequivalens altioris ordinis*, nimirum veram *libertatem christianam* atque inaestimabiles *christianae culturae* thesauros.

d) Quod si vero de acquirendis coloniis aut propriis navium stationibus in terra aliena *publico civili regimini subiecta* agitur, ut v. g. in Sinensi imperio, satis per se liquet id nonnisi internationalibus contractibus rite initis legitime fieri posse.

**709.** II. „*Accessio*“ quoque augendi qualiscumque dominii nationalis originarius iuris titulus esse potest. Eo v. g. pertineret naturale incrementum territorii per alluvionem ad eius littora vel maris ab iisdem quacumque ex causa recessus, aut per littora decursu temporis ad capita fluminum promota.

**710.** Nulla pars oceani aperti exclusive propria alicuius nationis fieri potest, tum quod verae occupationis est incapax, tum quod suapte natura solus oceanus cunctis nationibus tamquam via internationalis communicationis datus est, quam obstruere aut impedire (tempore pacis) nulli liceat. Haec natura et providentialis destinatio oceani a tribus potissimum saeculis simul cum progressu et ambitu rei nauticae magis magisque clarescit[1].

---

[1] Haec communis nationum libertas utendi oceano ad novas ubique terrarum sui commercii vias aperiendas atque ita multiplicis nationalis industriae fructus iugiter augendos, simul continua quaedam periculosae aemulationis occasio est. Mirum propterea non est complures iam iuris publici doctores hunc potissimum *defectum* praesentis iuris internationalis notare, quod careat

Lacus autem mediterranei et maria clausa quae vocantur, sinus ac portus maritimi, littora maris parum ab oris dissita, flumina et fossae navigabiles intra fines dicionis propriae, per censentur subiacere dominio territorii, cui naturaliter conexa s Quapropter eorum communis usus sive liber sive restrictus nationibus nonnisi vel ex liberali concessione vel conventione vel rata consuetudine competere potest [1].

---

aliqua *lege suprema humanitatis* positive stabilita, qua ad firmandam pacem et, in bonum commune omnium, singularum nationum libertas et independentia congruis limitibus contineatur. Ad hanc rem v. *Holtzendorff* l. c. p. 1220 ita scribit: „Bei diesem Grundsatze, dass keine Nation von der Mitbenutzung der hohen See ausgeschlossen werden könne, darf man indessen nicht stehen bleiben. Er ist nur der Ausgangspunkt, von welchem man zur positiven Ordnung des freien Seegebrauchs fortschreiten muss. Das *staatliche Princip* des Völkerrechts muss jede Gerichtsbarkeit der einen Nation über die auf hoher See befindlichen Fahrzeuge einer andern als einen Eingriff in die Unabhängigkeit und Selbständigkeit der Staaten zurückweisen. Das *menschheitliche Princip* fordert, dass diese Selbstverantwortlichkeit der Staaten nicht zum Deckmantel schadhafter Beschädigungen und Beeinträchtigungen gemacht werde. Somit bleibt nichts anderes übrig, als dass der Staat, welcher Schiffe auf hoher See, soweit sie seinen Unterthanen zugehören, gleichsam als wandernde Gebietstheile betrachtet, die völkerrechtliche Verantwortlichkeit gegen den Missbrauch der Verkehrsfreiheit übernehme. Daher die wichtigen Grundsätze: Nur der Staat ist Rechtssubject des freien Seeverkehrs, nicht das einzelne menschliche Individuum. Zugehörigkeit zu irgend einem Staate, dargethan durch eine von demselben autorisirte *Flagge*, die von allen Handelsfahrzeugen zu führen ist, bildet daher die unerlässliche Vorbedingung für die Aufrechthaltung der Ordnung auf hoher See, für die Unterdrückung des allen Nationen gleich gefährlichen Seeraubes. . . . Freilich darf man vom heutigen Völkerrecht sagen: Die Grundsätze über den Verkehr auf hoher See tragen noch viel zu sehr den Stempel der ihn ehemals völlig beherrschenden Eifersucht der Nationalitäten. Die gemeinsame Vereinbarung allgemein verbindlicher Normen unter Zugrundelegung bisher gemachter Erfahrung und die Herstellung gemeinschaftlicher Anstalten zur Sicherung der Seeschiffahrt in den zumeist befahrenen Meerestheilen erscheint bereits gegenwärtig als wünschenswerth. Einzelne dem Weltverkehr dienliche Anstalten sind noch ohne den nothwendigen Schutz. Zu erwähnen sind die submarinen Telegraphen, welche unzweifelhaft Anspruch darauf haben, gegen willkürliche Zerstörung geschützt zu werden, und dennoch durch die Aufsicht der Uferstaaten nicht hinreichend geschützt werden können. Auch kann in Frage kommen, ob der Fischfang auf hoher See oder der Robbenschlag nicht im gemeinsamen, weltwirtschaftlichen Interesse durch feste Regeln gegen Verwüstung zu schützen sei."

[1] Cf. *v. Holtzendorff* l. c. p. 1221 sq., § 39 Küsten und Küstengewässer. Geschlossene Meere und Seestrassen. § 40 Ströme und schiffbare Flüsse. „Der

C. Ius naturae ex laesa iustitia commutativa contingenter ortum.

711. In mutua relatione societatum civilium non minus quam inter privatos cives *stricti iuris* principia *naturaliter* vigent neque ullo iure positivo internationali qua talia abrogari aut arbitrio mutari possunt. Unde nequicquam aliquando, posthabito communi praecepto *iustitiae naturalis,* ad excusandam vel etiam glorificandam actionem publicam manifeste iniustam, momentum politicum, nescio quod, practice praevalens aut ratio altioris providentiae politicae praetexitur, nequicquam „opinio publica" quae forte servilis preli corruptione constat, fidenter invocatur, quasi in rebus politicis — id quod non raro iam auditur — alia prorsus lex moralitatis vigeat quam in ceteris omnibus rebus humanis. At vero *una, universalis* et *aeterna* est norma iustitiae naturalis, cuius obiectivus valor nulla umquam hominum opinione flectitur.

*E quibus consequitur:*

Vi iustitiae commutativae, cui singulae gentes etiam qua personae politicae obstringuntur, omnis publica potestas, quae alteri genti *iniuste* gravem noxam infligit sive legitima possessione eam privando sive malevolis et iniustis machinationibus eius ruinam praeparando, eo ipso *naturalem* erga illam obligationem contrahit praestandae *restitutionis aut indemnitatis,* dum ex adverso illi hanc exigendi *ius strictum naturale* oritur. Neque aliae legitimae condiciones, quibus eiusmodi obligatio iuridica actu vigere desinat, ex iure publico generatim afferri posse videntur, nisi quae in iure quoque privato communi aestimatione valere censentur, ut consequens iuris cessio aut eius exsequendi plena subveniens obiectiva impossibilitas. Titulus vero „praescriptionis" proprie dictae in hac re eo minus invocari potest, quod ea neque ex iure naturae vim transferendi dominii habet neque etiam qua institutio legalis usu vel conventione positiva in ius internationale inducta est.

## Articulus 2.

### *De pactis internationalibus et foederibus.*

### § 1. De natura et usu pacti internationalis.

712. Pactum seu contractus in genere, ut supra (n. 227) dictum est, vulgo definitur: Mutuus duorum vel plurium in idem

Grundsatz der freien internationalen Stromschiffahrt gehört ohne Frage zu den wichtigsten Principien des allgemeinen Völkerrechts."

placitum consensus obligationem ex iustitia gignens. Quae definitio proxime quidem pactum *privatum* seu inter personas privatas respicit. Hinc autem immediate specialis quoque ratio pacti *internationalis* innotescit, quippe quod personas contrahentes supponit esse duas vel plures diversas societates civiles qua tales seu earum capita suprema politica potestate praedita. Accedit analoga diversitas obiecti et finis qui pacto proponitur. Dum enim pactum privatum circa bonum privatum versatur, pactum internationale pro fine habet *bonum publicum contrahentium.* Quodsi igitur summi principes diversarum gentium de re *sibi propria* et in suum privatum commodum pactum inter se inirent, id non illico pactum aliquod *internationale,* directe obligans ipsas illas gentes, sed potius *privatum* dicendum esset.

Pactum internationale, quod non de particulari aliqua et temporanea praestatione, sed de *generaliore* praestationum complexu in perpetuum vel ad longius tempus fit, *foedus* vocari solet. Pacta vero, quae negotium transitorium pro obiecto habent, generatim conventiones, pactiones (accords) dicuntur.

Quoniam pacta publica plerumque primum per legatos[1] aut viros paucos utrimque designatos et tamquam organa suae gentis fide publica munitos post diligentem discussionem ac deliberationem facto consensu concluduntur et subsignatis suis nominibus in formam conventionis rediguntur, quaeri potest, utrum eo ipso pacta subsistant? — Ex more autem hodie passim recepto dicendum est extra casus quosdam urgentis necessitatis qui excipi

[1] Doctores iuris publici, qui ex professo ius internationale non solum philosophice sed et ad usum politicum tradunt, solent, ubi de internationalibus actibus agunt, speciali aliqua sectione de *legatione* internationali eiusque formis, de *legatis* eorumque iuribus fusius disserere. Verum quaecumque in hac re *iuris naturalis* sunt, absque longiore discursu satis per se liquida apparent. Fundantur enim in ipsa *natura legationis,* quae definiri potest: missio ministri publici ad rempublicam alienam i. e. ad eum vel ad eos, qui cum suprema potestate illi praesunt, ut negotium sibi demandatum nomine suae reipublicae eiusve summae auctoritatis expediat, aut generatim quod mittentis interest, observet. Quoniam igitur *legatus* personam *publicam* suae reipublicae tamquam eius organum penes alteram pro officio repraesentat, ipsa naturalis ratio facile intellegit iura illi non tantum *sua* personalia reliquis civibus communia, sed iura *personae publicae*, ut dignitatis, honoris, inviolabilitatis competere. Diversi autem gradus legatorum, ut primi et secundi ordinis, et iura particularia, quae illis respondent, variaeque observationum formae, quae usu vigent, per se ad ius legationum *positivum* pertinent. Quare hoc loco sine rei dispendio de ea institutione enucleatius agere supersedemus.

solent, perfectum illis iuris vigorem nonnisi post „ratificationem“ per supremam legiferam potestatem partium contrahentium accedere.

713. *Usus* autem pactorum internationalium quam inseparabili nexu cum universo iure internationali cohaereat, ex eius fine sociali haud dubie colligitur.

Naturaliter enim in eadem illa sociali necessitate fundatur, qua et inter homines privatos *propria bonorum possessio* eiusmodi esse debet, quae nequaquam simultaneam eorum *communionem quoad usum* excludat; quod eatenus servatur, quatenus ex bonis propriis partim indigentibus necessaria benevole subministrantur, partim omnibus generatim copia manet ope commutationum et contractuum ex iisdem sibi acquirendi, quibus ad suos vitae fines indigeant. Eadem iuris naturalis condicio exsistit inter diversas societates civiles *propria* dominia et *propriam* partem bonorum huius terrae possidentes. Hinc et gentibus non secus atque individuis hominibus *ius connatum* competit pacta cum aliis ineundi, quibus mutuo sive iura sive bona externa per modum commutationis communicent.

Verum praeter hanc communem socialem necessitatem alia insuper specialis ratio necessitatis exstat, ob quam ius internationale, quatenus legis naturalis principiis constat, frequentem usum internationalium pactionum omnino exigit. Quemadmodum enim universim *lex naturalis,* quae per se *generales* tantum officiorum et iurium normas comprehendit, ad obtinendum suum effectum practicum et ab auctore naturae intentum indiget insuper *legislatione positiva,* qua illa in ordine reali concretis adiunctis applicetur, eius indeterminata generalitas in particulari determinetur et praesenti aliqua sanctione firmetur (cf. P. I, n. 289), ita *naturae internationale* indiget suo *particulari* et practico ivo complemento per *conventiones internationales,* praelucente n r norma naturae. Quippe quia societates civiles politice i dentes et inter se iure aequales sunt, internation iu institutio non a legifera aliqua politica auctor e, libero consensu seu pacto aequalium fieri p

Itaque uti leges positivae *ratione obi i* di possunt ad legem naturalem, ita et in naturale aliunde iam exsistens et n. naturae tantum positive confirmant i. e.

obligationi insuper pactitiam addunt. *Alia* sub generali directi iuris naturalis circa materiam per se indifferentem vel prout per rerum ac temporum adiuncta et vicissitudines necessarium aut utile videtur [1]. Ex supradictis de natura legislationis naturalis facile apparet neutra esse superflua aut non saepe practice necessaria, et *priora* quidem hac aetate eo magis, quod per exclusivum iuris „Positivismum" notissimus ille error [quem alibi (P. I, n. 549—567) philosophice absurdum esse ostendimus] in recentiorem iurisprudentiam inductus est, quo iuris naturalis dictamina, etsi clarissima, tamdiu vi iuridica destitui contendunt, donec aliquo modo in ius *positivum* convertantur. Ceterum etiamsi praecepta *negativa* iuris naturalis inter gentes cultas supponantur ab omnibus theoretice admissa, praecepta tamen *affirmativa*, quae aliquando ad positiva humanitatis officia praestanda naturaliter obligant, generatim utiliter insuper positiva conventione pro certis condicionibus determinantur [2].

Pleraeque denique formae et species, secundum quas contractus *in genere* distingui solent (n. 232 sq. 238), aliquo modo etiam *internationalibus* convenire possunt.

## § 2. De essendi condicionibus pactorum internationalium.

### A. De requisitis ad pactum validum.

**714.** Condiciones, quae generatim ad valide contrahendum requiruntur (n. 229), partim *personas* contrahentes, partim *materiam*, partim *consensum* respiciunt, quare secundum eosdem respectus

[1] Cf. *H. Grotius*, De iure belli ac pacis l. II, c. 15, § 5.

[2] Non ad totum ambitum iuris naturalis extendi potest, quod animadvertit *Heffter*, Das europäische Völkerrecht (1882) p. 5: „Es gibt ein aus innerer Nöthigung anzuerkennendes, darum auch keiner ausdrücklichen Anerkennung bedürftiges gegenseitiges Recht der Staaten, insbesondere der auf einem gleichartigen Culturgrade stehenden Staaten. Denn es gibt Grundsätze, die kein derartiger Staat verläugnen darf, wenn er dauernd und mit Sicherheit an dem gemeinsamen Staatenverkehr theilnehmen will, deren Anerkennung also auch jeder bei dem andern voraussetzt, weil er sonst jede Verbindung mit demselben vermeiden und aufheben würde." — Recte iam *Vattel*, Droit des Gens I, l. II, c. 12, § 169, loquens de contractibus circa res iam aliunde naturaliter debitas dicit: „Ils sont utiles même entre les nations les plus polies, pour assurer d'autant mieux les secours, qu'elles peuvent attendre, pour determiner ces secours et savoir sur quoi compter . . . et aller ainsi au-devant des difficultés et les diverses interprétations de la loi naturelle."

similiter ad contractus publicos inter diversas nationes applicandae sunt. Nonnulla tamen *dubia*, quae horum intuitu aliquando oriri possunt, congruam solutionem exigunt.

I. *Personae publicae per se habiles* ad ineundos contractus internationales, ut ex horum natura supra iam declaratum est, solae sunt societates civiles politica independentia (souveraineté) gaudentes vel principes, qui legitime supremam in iis potestatem exercent. Quid vero, si gens aliqua, ceteroquin politice independens, pactitio vel qualicumque historico iure alterius gentis potentioris *protectioni* obstricta est, aut tamquam membrum *confoederationis* altiori politicae unitati inseritur?

*Resp.* In utraque hypothesi *habilitas* ineundi cum aliis gentibus pacta internationalia vel admittenda vel neganda est, prout ius protectionis (Protectorat) et vinculum confoederationis spectatis *realibus* condicionibus vel compatibile vel incompatibile iudicatur cum ea generali *externa* libertate, qua gens aliqua tamquam persona politica *sui iuris* censeri possit. Itaque ex hac consideratione dicendum videtur:

1. Gens protectioni alterius gentis vi foederis obstricta eo tantum fine, ut pro quibusdam praestationibus a se persolvendis suae securitati certius provideat, ceterum autem plenam sui regiminis libertatem sibi reservans, non amittit facultatem interim cum aliis quoque legitime paciscendi salva tamen integritate pristini foederis. — *Contrarium* obtinet, si in ipso pacto protectionis tale ius explicite excludatur aut generatim exercitium suprematiae in rebus essentialibus restringatur [1].

2. Confoederatio statuum liberorum (*Staatenbund* — confédération d'états) probe distinguenda est ab unitate corporis politici ex originali confoederatione organice compositi (*Bundesstaat* — état fédératif). In *priore* singula membra tamquam perfectae personae politicae re vera integra sua nativa libertate gaudent, siquidem libere tantum, non lege aliena, eius aliquam partem simul cum aliis ad commune sociale bonum ope confoederationis cedunt. Unde *per se* nil impedit, quominus, salva obligatione anteriore erga singulos status confoederatos, peculiares insuper cum aliis nationibus relationes contrahantur. Dicitur „per se" — i. e. nisi in pacto foederali *positiva* dispositio contineatur, qua *soli* confoederationi qua tali immediata communicatio inter-

[1] Cf. *de Vattel* l. c. l. I, § 192; l. II, § 155.

nationalis, singulis autem membris nonnisi ea mediante comp . In *altera* autem forma confoederationis (Bundesstaat) si h membra, etsi proprio iuris ambitu et interna libertate p magis tamen iam *partes organicae* alicuius *individui totius*, quam societates politicae *externe* tantum consociatae esse videntur; *per se* ea independentia carere existimantur, quae ad contrahen internationales obligationes requiritur; id vero plerumque paulatim secundum gradus quosdam politicae evolutionis evenire solet, indolem foederativam sensim sine sensu absorbente centrali potentia[1].

**715.** II. *Materia* contractus debet esse *physice, iuridice et ethice possibilis*. Applicando hanc regulam generalem ad pacta inter-

[1] Cf. *v. Holtzendorff* l. c. I, 1206: „Souverän im völkerrechtlichen Sinne ist derjenige Staat, welcher sich frei und unabhängig von fremder Gewalt im äussern Verkehr mit andern Staaten bestimmt. . . . . Die Souveränetät der einzelnen Staatskörper ist *im (Staatenbund)* völkerrechtlich beschränkt durch den Gemeinschaftszweck aller. Da indessen die gemeinsamen Zwecke nur durch freie Zustimmung oder freie, wenngleich vertragsmässig zugesicherte Unterwerfung unter den Mehrheitswillen seitens der einzelnen Mitglieder realisirt werden, können die Staaten des Staatenbundes noch im völkerrechtlichen Sinne als souverän gelten. In der Natur des Staatenbundes liegt somit die Zulässigkeit mehrfacher Vertretung gegenüber dem Auslande als eines der ihm gebührenden Attribute. Jeder der einzelnen Staaten kann für sich mit dem Auslande Verträge schliessen, keiner steht in einem Unterwerfungsverhältniss zu andern Staaten, daher auch hier, völkerrechtlich betrachtet, jeder Staat Kriegführungsrechte gegenüber dem Bunde auch dann bewahrt, wenn die Selbsthilfe unter den verbündeten Staaten ausgeschlossen wäre" . . . In der „Gestaltung als *Bundesstaat* ist nur *einheitliche* auf dem Vorhandensein *einer* innern Staatsgewalt beruhende Souveränetät im völkerrechtlichen Sinne anzunehmen. Weil einer zwingenden Bundesgewalt unterworfen, können die einzelnen Mitglieder des Bundesstaates auf völkerrechtliche Souveränetät keinen Anspruch machen und deswegen als Subjecte im Staatenverkehr nicht unmittelbar fungiren. So in der Schweiz und in Nordamerika. Abweichend von dieser Regel sind die Verhältnisse bis jetzt im Deutschen Reich gestaltet. Jedenfalls ist im Bundesstaat (oder Staatenreich) selbständige Verpflichtung einzelner Staaten gegenüber dem Auslande ausgeschlossen. Auch kann von einem Rechte der Kriegführung der einzelnen Staaten gegenüber der Reichsgewalt völkerrechtlich nicht mehr die Rede sein. Jeder Krieg innerhalb eines Bundesstaates ist begriffsmässig Bürgerkrieg. . . . Ob im völkerrechtlichen Verkehr eine Staatenverbindung als *Staatenbund* oder *Bundesstaat* anzusehen ist, ergibt sich aus der Natur der im Namen der Gesamtheit abgeschlossenen Verträge und ihres Gegenstandes, sowie der im Bundesstaat nothwendigen Haftungspflicht der Centralgewalt, welche völkerrechtswidriges Verhalten der einzelnen Staaten zu verhindern und zu vertreten gehalten ist."

ationalia, interest potissimum notare requisitum *iuridicae* et *ethicae* ossibilitatis, qua obiective deficiente contractus etiam publicus, tcumque ceterum legales formas prae se ferat, per se nullus st et omni vi obligandi destitutus. Ratio est, quia Deus, a quo mnis demum obligatio descendit, neque ad aliquid manifeste inustum vel aliunde legi naturali contrarium patrandum neque ad idem effective cooperandum quemquam obligare potest. In specie d *iuridicam* possibilitatem materiae pertinet, 1. ut id, quod praetandum spondetur, plenae spondentis potestati subsit simulque ure alienari possit: 2. ut totus contractus non ad finem per se niustum tendat. Hinc v. g. *per se invalidum* et nefarium dicendum sset foedus aggressivum per duas gentes eo fine conclusum, ut oniunctis viribus tertiam gentem innocuam spoliando suae potetati subiciant. Neque vani praetextus, quibus politica hypocrisis orte uteretur, in tali casu vocem naturalis iustitiae opprimere alerent.

16. III. *De consensu,* qui secundum generalem iuris regulam ebet esse „*verus, liber, mutuus* et *utrimque sufficienter manifetatus*", tantum circa condicionem *libertatis* hic quaestio aliqua conideranda manet:

*Dubium* namque moveri potest, utrum *consensus morali coctione vel metu extortus* pactum internationale vel invalidum vel altem infirmum seu „rescindibile" reddere possit?

Solutio dubii depromenda est: *partim* ex influxu psychologico, uem coactio moralis, qualis est et metus, in destruendam vel inuendam libertatem actionis exercere potest, *partim* ex ratione istitiae, *partim* denique ex speciali consideratione communis boni ublici totius societatis, quod a stabilitate ordinis internationalis ependet.

1. Psychologice constat metum *per se* non tollere libertatem gentis, nec proin iure naturae pactum ex metu initum *invalidum* eddere, nisi metus per accidens talis sit, qui liberum usum ratiois auferat (P. I, n. 126 sq.). Idem autem dicendum de omni ompulsione, non physica, sed *morali.*

*Unde consequitur* omne pactum a natione aliqua initum sub ietu *iuste* incusso aut compellente externa rerum necessitate *iste* inducta, sine dubio dicendum esse iure naturae validum, ec. cessante immediata necessitate, *pro arbitrio* solvi posse. ta fere contingit, quoties per *iustum* bellum aliqua natio

devicta ad pacis condiciones formali pacto acceptandas moraliter adigitur.

2. Difficilior solutio redditur, ubi supponitur *certo* constare de metu gravi *iniuste* incusso vel *iniuste* (v. g. bello iniuste aggressivo) causata illa necessitate. (Ubi vero de hac iniusti afferri potest nisi aliquod dubium, tamquam verum iuris fu tum id haberi nequit).

Quod ad essentialem libertatem consensus attinet, in hac quoque hypothesi non minus quam in praecedenti pactum internationale per se iure naturae *validum* censendum est. Ratione autem manifestae *iniuriae,* qua extortum est, *per se* ius tribuit parti laesae postulandi congruam satisfactionem i. e. *rescissionem* contractus. Et sane quoties in contractu privato de simili illata iniuria constat, lex civilis passim eiusmodi contractum aut *nullum* aut iudicum sententia *rescindendum* declarare solet. Quodsi igitur publicum aliquod internationalis iustitiae tribunal exstaret, a cunctis nationibus agnitum, similis procul dubio eius sententia in simili causa internationali exspectanda esset. Sed aliud internationale tribunal de facto non exsistit nisi *ius naturale,* quod quidem rectae rationis lumine non solum mutua iura nationum inter se, verum et *universae humanae societatis* iura erga singulas nationes decernit.

Hac ipsa autem consideratione ductus *Hugo Grotius*[1] censet generatim omne pactum, quod initur ad finiendum bellum „solemne" i. e. „publicum utrimque et indictum", *ita esse validum* ut etiam *„ex causa metus iniuste illati"* invito altero contrahente in irritum deduci non possit, quia alias bellis talibus, quae valde sint frequentia, nec modus nec finis posset imponi; *quod tamen,* ait *„fieri interest humani generis"*. Ex eadem ratione post ipsum complures graves scriptores eandem sententiam secuti sunt.

Et vero secundum principium permittendi ac ferendi potius minus malum quam causandi longe maioris ratio allata spernenda non videtur. Eo ipso enim, quod nullum agnoscitur tribunal internationale, quod *de facto* metus iniuste illati cum auctoritate iudicium ferre possit, aliud in ea re publici iuris fundamentum non habetur nisi iudicium, quod *in causa propria* fertur ab eo, cuius interest. Itaque generali iuris principio declarare pactum tanti momenti, quo finis bello imponitur, ex causa metus iniuste illati

[1] L. c. l. III. c. 19, § 11.

'er se infirmari et solo arbitrio eius cuius interest irritum fieri osse, *practice* idem esset ac declarare, omnem eiusmodi solem-nem contractum quocumque *praetextu* metus iniuste illati *ad libi-tum* posse reddi invalidum. Quam letiferum autem vulnus eiusmodi *licentia* stabilitati totius ordinis internationalis — nomine iustitiae commutativae — infligeret, quam cruento et immenso malo *uni-versam hominum societatem* violaret, idque, ne gens *particularis* prae-sens aliquod damnum patiatur, ulteriore explicatione non indiget.

Neque tamen putandum, negata *libera* facultate pacti inter-nationalis in praedicta hypothesi rescindendi, ipsum *debitum natu-rale* iustitiae commutativae, quatenus tale propter illatam *veram* iniuriam *obiective* subsistit, simul cum iure correlato illud repetendi e medio tolli. Debita enim satisfactio pro iniuria et damno in-iuste illato, ubi ob graves rationes ipsa rescissione contractus fieri non expedit, multiplici alio modo praestari potest ac debet (n. 711). Neque alio sensu sententia *Grotii* accipienda est, utpote qui eidem immediate subiungit: „Neque tamen hinc sequitur, eum qui tale quid bello iniusto extorsit, salva pietate, salvis viri boni officiis, posse retinere quod accepit, aut etiam cogere alterum, ut stet pactis sive iuratis sive iniuratis. Intus enim et ipsa rei natura id iniustum manet; neque interna haec iniustitia actus tolli potest, nisi ex novo et vere libero consensu."

### B. De solutione pactorum internationalium.

717. Secundum iustitiae regulam omne foedus vel pactum inter diversas gentes sive ad tempus sive in perpetuum rite factum iterum solvitur et valere desinit

I. Expresso mutuo partium consensu. Quemadmodum enim illud *formaliter* esse et valere coepit praestito et manifestato utrim-que consensu, per consensum et desinat necesse est. Supponitur autem subiecta iuris politica, quae pactum solvunt, moraliter eadem esse, quae illud prius condiderant. Fieri enim potest, ut decursu temporis alterutra ex foederatis vel pacto obstrictis genti-bus magnas interim internae constitutionis mutationes subierit v. g. pristinae monarchiae substituta forma regiminis democratica. In tali casu ea reipublicae potestas, quae actualiter *summo im-perio praedita* totum corpus politicum iam legitime repr sen sola exhibet subiectum iuris illi moraliter *identicum,* quod nomine totius societatis civilis cum altera pactum i enim *personalitas* politica populi mutata constitutione non

718. II. *Elapso temporis „termino ad quem“ vel toto completo fine, ad quem mutua cooperatione complendum pactio explicite facta est.* Tum videlicet *tacite* pactum cessare per se intellegitur nec opus est, ut positiva conventione solvatur; indiget autem positiva utrimque renovatione aut nova stipulatione, ut ultra hunc terminum in vigore permaneat. Huc v. g. pacta commercialia pertin quae inter diversas nationes ad certum tantum numerum annorum rata habentur. Foedus quoque pro determinata aliqua bellica expeditione initum, hac finita valere desinit.

719. III. *Eventu a contrahentibus non praeviso, quo ipsa substantia contractus in aliam mutatur* sive ratione *subiecti iuris* sive ratione *essentialis obiecti* seu materiae. Ita v. g. si alterutra contrahentium pars interim alieno imperio subiecta qualitatem independentis personae politicae amisit; aut per rerum adiuncta (sive per accidens sive astuto consilio superveniente) praestatio promissa tanto *novo* onere gravatur, ut fere vires moraliter excedat, quod vero in pacto nec praevisum nec consensu implicite volitum fuit. — Haec regula, ut per se liquet, ad meros praetextus malae fidei iure extendi nequit. Non enim quaelibet adiuncta minus fausta, quae semper ut possibilia praevisa revera eveniunt et ita spem magnae utilitatis forte imprudenter conceptam fallunt, per se sufficiunt, ut pactum invalidum aut dubium reddant, quamquam suadere possunt, ut quam primum fieri possit eiusdem solutio per assensum alterius partis quaeratur. Ex quo tempore pactis internationalibus generalis clausula „rebus sic stantibus“ [1] vel expresse vel tacite inserta supponebatur, exercitatis in arte politica Macchiavellii vix umquam deesse praetextus desideratus poterat molestas pactitias obligationes a se declinandi.

720. IV. *Fide alterius partis contrahentium non servata* altera quoque ab obligatione liberatur. Est haec unica quandoque iuris satisfactio, quae debilioribus contra potentioris forte arrogantiam impunitate securam relinquitur. Ceterum cum obligatio sit

[illegible] clausula per se *iustam* causam in[illegible] circumstantias significat, quae [illegible] Contrahentium stillschweigend vorausgesetzten [illegible] Umgang, welche, auch ohne ausdrück[illegible] Fällen vorauszusetzen ist, in denen [illegible] Stillschweigen als angenommene Voraus[illegible] Encykl. der Rechtswissenschaft

reciproca etiam intuitu *realis praestationis,* facile intellegitur, hac ex alterutra parte quacumque de causa et absque perfidiae culpa penitus *deficiente,* alteram quoque partem a strictae iustitiae debito absolvi.

721. Ita quidem, ubi de contractu *speciali* et bilaterali inter binas nationes agitur, qualis hic manifeste supponitur. Alia iuris regula usurpari solet circa pactum nationum *universale* (völkerrechtlicher Gesammtvertrag). Hoc nomine intellegitur pactum commune, quo omnes vel fere omnes cultae nationes in sua activitate politica ad certam agendi normam seu ad inviolabile aliquod internationale principium practice servandum se obligant, v. g. in bello non utendi designato genere armorum, quod communis sensus humanitatis abhorret. Exempla similium conventionum internationalium referunt acta „congressuum" inter nationes Europae, quos recentior historia recenset.

Pacta internationalia huius generis non eo ipso solvuntur aut infirma redduntur, quod unus alterve contrahentium datam fidem fefellit aut quomodocumque, actuali forte suo commodo ductus, arbitrarie sua promissa neglexit. Indoles enim et finis *universalis,* quem eadem pacta suapte natura prae se ferunt, ceteros foederatos potius arctius inter se coniungere aut etiam impellere solet, ut quantum per adiuncta licuerit, stabilem universalitatem consensus restituere conentur. Qua in re cum auctoritas *superior* invocari non possit, non alia inter aequales contra renitentes ultima ratio relinquitur nisi „repressalia" quae vulgo nuncupantur, non sine gravi periculo perturbandae pacis. Atque ex his inter alia iterum elucet *imperfectus* status hodierni iuris internationalis.

## § 3. De vi obligandi pactorum internationalium.

### A. De vero pactitiae obligationis fundamento.

722. Uti iam de contractibus in genere (n. 235) dictum omni pacto sive inter personas privatas sive inter diversas na legitime inito et sancito obligationem eamque iuridicam na tam universali, constanti, uniformi et invicta omniu persuasione admissum est, ut vel perditissimi homi terne eam profiteri haud omittant. Adeo id i cunctis indubitatum et ineluctabili sociali ne est. Sed quod communi quodam sensu na fidenter asseritur, simul novisse interest, quo

*fundamento* nitatur. Nec plane superflua haec quaestio n aetate videtur. Habemus quidem ea de re responsum dubium universae philosophiae christianae, quae ut omnis positivi humani ita et pactorum vim obligandi a sola demum l *naturali* derivari docet, quatenus haec tamquam vere iuridica modum iuris naturalis pro tota hominum societate *inviolabile* normas iustitiae *divinitus sancitas* refert. Verum ex quo iuris philosophia, a Scholae traditionibus magis magisque soluta, varias quoque recentioris philosophiae vicissitudines subiit, diversimode fundamentali illi veterum doctrinae contradici vel detrahi coepit. Superfluum autem ducimus hoc loco eos adversarios recensere, qui materialistica iuris principia professi in rerum humana ordine nec Deum nec divinam legem nominari patiuntur, aut (cum Ad. Lasson et Ed. v. Hartmann) inter diversas nationes independentes ullam intercedere obligationem sive ethicam sive iuridicam negant nec aliam internationalium actionum regulam admittunt nisi egoisticam prudentiam (cf. n. 688).

Commemoranda hic potius videtur ea recentior iuris philosophia, quae exclusivum iuris *positivismum* profitetur et cuius propria indoles supra n. 687 exposita est. Qui huic scholae adhaerent, neque exsistentiam legis naturalis neque eius vim *ethice* obligandi hominum conscientias in dubium vocant; quare et naturali ethicae obligationi contractuum sive inter individuos homines sive inter nationes nihil detractum volunt. Vincula autem *stricti iuris et externum iuris ordinem obiective efficacem condere ipsis hominibus et humanae societati* divinitus facta generali potestate esse commissum docent, atque ita sub universali quidem et summo Dei regimine per homines tamen *independenter* iura constitui. Immo sunt, qui addere non verentur, hinc fieri posse, ut humanitus constituta aliquando divinae intentioni et legi contradicant et nihilominus vi illius generalis potestatis *vim iuris retineant*[1]. In eo demum omnes consentiunt in humana societate *ius aliud non esse nisi positivum* (cf. P. I, n. 553)[2].

[1] Ita ipse *I. Stahl*, qui eandem scholam prae ceteris philosophice repraesentat. Rechts- und Staatslehre t. II, § 10—13, vide eius verba citata P. I, n. 553.

[2] Qua ratione iuris doctores secundum iuris positivismum fere communiter iam totum iuris ordinem et in specie ius internationale *obiective fundari et sanciri* existiment, exemplo esse potest inter alia huius rei expositio apud *A. W. Heffter* l. c. Einleitung p. 2 sqq., cuius characteristicas aliquas sen-

**723.** Etsi iam supra (n. 689) satis ostensum est omne ius internationale *positivum* logica necessitate praesupponere ius quo-

---

tentias hic referri iuvat: „Grundlage und Sanction des Völkerrechtes: Recht im allgemeinen ist die äussere Freiheit der Person (?). Vereinzelt setzt es der Mensch sich selbst, indem er seinen Willen zur That macht und ihn wiederum bindet, wo es die innere Ueberzeugung gebietet oder der äussere Nutzen anräth. In geselliger Verbindung mit andern wird es durch den gemeinsamen Willen oder durch denjenigen gesetzt, welcher die übrigen seinem Recht unterworfen hält; es ist hier die gesellschaftliche Ordnung. Ohne solche gibt es keine dauernde Verbindung. Entweder ist es nun ein garantirtes Recht, welches unter dem Schutze und Zwange einer dazu ausreichenden Macht gestellt ist, oder ein freies Recht, welches der einzelne selbst schützen und sich erhalten muss. Das Völkerrecht gehört in seiner Ursprünglichkeit zur letztern Art. Der einzelne Staat setzt sich zunächst sein Recht gegen andere selbst; gibt er die Isolirung auf, so bildet sich im Verkehre mit den andern ein gemeinsames Recht, wovon er sich nicht wieder lossagen kann, ohne seine Existenz und seinen Zusammenhang mit den andern aufzuopfern oder doch in Gefahr zu bringen.... Es beruht (dieses Recht) zuerst nur auf äusserer Nothwendigkeit oder äusserlichem Nutzen. In höherer Entwicklung nimmt es aber auch das sittlich Nöthige und Nützliche in sich auf; es stösst das Unsittliche allmählich von sich aus und fordert ein in diesen Grenzen gehaltenes Handeln. In der That beruht es daher auf einem allseitigen ausdrücklichen oder doch mit Gewissheit vorauszusetzenden Einverständniss (consensus) innerhalb eines gewissen Staatenkreises, auf der Ueberzeugung, dass jeder seiner Theile unter gleichen Umständen dieselbe Nöthigung, so und nicht anders zu handeln, empfinden werde, es seien nun die Beweggründe äusserliche oder moralische.... Es ist das freieste Recht, welches existirt; es ermangelt in der Anwendung sogar einer organischen selbständigen Richtergewalt. Aber als Organ und Regulator dient die öffentliche Meinung, als Schutz die Staatengenossenschaft, und das letzte Gericht ist die Geschichte, welche als Dike das Recht bestätigt und als Nemesis das Unrecht ahndet. Seine höchste Sanction liegt in der Weltordnung, welche, indem sie den Staat setzte, dennoch nicht die menschliche Freiheit in Einzelstaaten gebannt und damit abgeschlossen, sondern dem Menschengeschlecht den ganzen Erdball erschlossen hat; seine innere Bestimmung (Telos) ist die, der allseitigen Entwicklung des Menschengeschlechtes in dem Verkehre der Nationen und Staaten eine Basis zu geben, worauf jeder Einzelstaat für seinen Theil mitwirken und ein Hebel sein kann etc.“ — Quis autem in his omnibus fundamentum *verae obligationis iuridicae* adeoque veri iuris internationalis reperiat, nisi ad *praevalens* ius naturale recurrat? — Id ipsum vero auctor respuit. Idem iuris problema suo modo solvere conati sunt inter alios: *Bergbohm*, Staatsverträge und Gesetze als Quellen des Völkerrechts (Dorpat 1877). *Fricker*, Das Problem des Völkerrechts (Tüb. Zeitschr. für Staatswissenschaft Bd. XXVIII et XXXIV. *R. v. Mohl*, Staatsrecht, Völkerrecht und Politik I, 379. *Bulmerincq*, Praxis, Theorie und Codification des Völkerrechts (1874). *Iellinek*, Die rechtliche Natur der Staatenverträge, Beitrag zur juristischen Construction des Völkerrechts (1880).

que *naturale,* quo illud nitatur, iuvat tamen id ipsum specialius hoc loco intuitu *iuridicae obligationis pactorum* internationalium e suis fundamentis philosophicis asserere.

**Thesis LXXX. Quemadmodum vis perfecte seu iuridice obligandi, omni valido pacto insita, in solo iure naturae fundatur, ita nisi supponatur ius naturae tamquam suprema lex universi ordinis socialis omnes nationes immediate iuridice obligans, ipsi quoque iuri positivo, inter gentes liberas quocumque titulo communis consensus erecto, obiectivum verae obligationis fundamentum subtrahitur.**

Praenotanda. Dicitur „vis perfecte seu iuridice obligandi", ut probe distinguatur *iuris* obligatio (coactioni obnoxia) ab obligatione naturali *ethica* veracitatis, fidelitatis etc., de qua hic non quaeritur. Duabus assertionibus thesis constat, quarum *prima* generalior ad omne pactum sive privatum sive publicum extenditur, *altera* ad sola pacta publica inter nationes independentes refertur et necessariam condicionem statuit, qua *sola* veri nominis *ius positivum* internationale *per communem gentium consensum* [1] ita fundari possit, ut singulas haud dubie iuridica obligatione obstringat.

**724. Probatur pars I.** (Cf. quae in hanc rem explicata sunt n. 236 simul cum rationibus, quibus philosophice probatur obligationem ex pacto non posse non esse *iuridicam,* quam hoc loco ut manifestam supponimus.)

1. Multiplex per pacta communicatio, quam in humana societate inter personas tum individuas tum morales semper et ubique fieri videmus, *essentialis* est institutio totius *vitae socialis,* quatenus haec naturam hominis socialem necessario consequitur et ideo antecedenter ad omnem humanam legislationem per Dei ordinationem *naturaliter* in his terris exsistit (n. 228).

Ergo eiusdem institutionis *essentiales condiciones et conaturales morales effectus*, qualis esse cognoscitur *obligatio iuridica* vi pac-

[1] Ita i. a. *Heffter* l. c. p. 5 inter nationes independentes ius *validum* essentialiter earum „consensu" constare docet. „... Andere stützen es (das Völkerrecht) vornehmlich auf Gewohnheit, noch andere setzen ein höheres, alle Staaten verpflichtendes Gesetz hinzu, ein *Naturrecht,* welches sie philosophisch construiren. *Die Wahrheit ist, dass ... für unabhängige Staaten ein giltiges Recht wesentlich durch gemeinsamen Willen (consensu) besteht,* welches zu seiner Giltigkeit weder einer ausdrücklichen Anerkennung in Verträgen noch einer Bestätigung durch die Gewohnheit überall bedarf."

torum inducta, pariter *immediate* et antecedenter ad omnem humanam auctoritatem *iuris naturalis* sanctionem habent.

2. Ad eandem conclusionem conducit analysis liberi consensus, quo pactum constituitur. In eo enim simultanee *triplex ius naturale* personis humanis *connatum* libere exercetur, ut primum quidem ipsum *ius contrahendi,* quod homini connatum esse tum ex praecedenti argumento liquet, tum supra ex natura essentialiter sociali dominii probatum est. Huic interno et individuo nexu coniuncta accedunt *ius alienandi* et *ius acquirendi,* utrumque pariter connatum (n. 200 sq., 228 et 236). Ergo et vis obligandi pactis propria *proxime* in eodem *triplici iure connato* fundatur. — Perperam autem hanc vim obligandi *primitus* a iure positivo manare ideo fortasse aliquis putaret, quod *valor civilis* pactorum multipliciter a legalibus condicionibus publice praescriptis dependet. Ipsa enim legis humanae potestas eiusmodi condiciones tamquam totidem cautiones contra socialem abusum contractuum statuendi, in *iure pariter naturali* fundatur, quo lex humana in suis particularibus definitionibus ad bonum commune ex mente divini legislatoris ordinatur, neque *per se* valorem contractuum, qua is naturalis est, *intrinsecus* tollit.

**725. Probatur pars II.**

1. Ut ex contractibus internationalibus ius aliquod commune gentium *obiective inviolabile* constituatur, ante omnia singuli illi contractus obiective veram obligandi vim habere debent. Atqui *ex modo probatis* haec vis saltem *logice* illis attribui nequit, si omnis immediata iuridica efficacia iuris naturalis negatur.

2. Sed admissa etiam particulari obligatione singulorum istorum contractuum, nihilominus, exclusa illa *superiore* internationali auctoritate, quae in iure naturae seu in lege divina naturaliter iuridica consistit, ius publicum commune gentium, quod tantum earum „consensu" vel pactionibus nititur, *essentiali condicione et sanctione veri iuris positivi internationalis necessario caret.* Quod si probatum fuerit, assertio theseos pariter confirmata erit.

Prob. ant. Essentialis condicio omnis *veri iuris positivi* (non excluso iure consuetudinario) est, ut emanaverit a competenti aliqua auctoritate legifera vel humana vel immediate divi [illegible] atqui haec condicio in supposito illo iure publico, q[illegible] *nationes liberas communi obligatione obstringendas* i[illegible]ur, deficit, i. e. illud nullatenus vi alicuius compet[illegible]

legiferae *humanae* subsistit (auctoritas immediate divina iam ex hypothesi excluditur).

*Etenim* humana auctoritas legifera, quae legitime possit constituere ius publicum *commune* gentium, alia esse non posset nisi cunctis gentibus *organice praeposita* et iurisdictione in singulas pollens; talis autem in praesenti rerum ordine non exsistit, sed nationes aequali independentia sibi coexsistunt, et singularum iurisdictio finibus sui territorii circumscribitur. *Per se* igitur id. quod diversae societates civiles paciscentes vel consentientes tamquam iuris regulam statuunt, quatenus vim habet iuris *positivi*. aliud non est quam ius publicum illis singulis *internum* ab iisdem libere conditum, adeoque numquam ad characterem pertingit iuris positivi *vere internationalis*, nisi a legifera auctoritate sociali *suprema*, iure naturali, haec illi vis et sanctio accedat [1]. Ergo re vera ius positivum internationale, solo titulo „liberi consensus" nationum subsistens et iuridice, ut volunt, a iure naturae emancipatum, logice vero suo iuris fundamento careat necesse est.

**726. Scholium.** Quo magis ius generatim et in specie ius internationale a *iure naturae* et a principiis aeternae iustitiae omni creaturae rationali per modum legis socialis promulgatis abstrahitur et secundum actualem integritatem essentialiter tamquam *„ordo humanus"* consideratur, eo facilius illud mutabili hominum arbitrio et aspirationibus politicis subordinari videmus. Hinc est, quod modernus liberalismus de singulari progressu gloriatur, qui *iuri publico* paulatim superatis veterum de *rigida* eius stabilitate praeiudiciis iam accesserit. Secundum veteres ius publicum usu receptum et vigens titulo iuris historici immobilem quamdam et quasi „mortuam" vitae basim exhibuisse, in medio rerum omnium fluxu et progressu superstitiosa quadam tenacitate vene-

[1] In hanc sententiam inclinare videtur *Geffcken* in adnotatione ad textum operis *Heffter* l. c. p. 4, approbando referens assertionem *Fricker* (Tüb. Zeitschr. für Staatswissenschaft t. XXXIV): „Entweder gelten die internationalen Normen nur *durch Anerkennung* der Staaten, oder sie stehen mit objectiver Autorität *über ihnen*, obwohl sie selbst an der Herstellung der Normen mitarbeiten, wie im Staate die legislativen Factoren an einem Gesetze. Ist ein Recht über den Staaten unmöglich, dann ist auch das Bestreben, ein solches zwischen ihnen zu bilden, *nur äusseres Recht der Einzelstaaten, welches sich auf ihren Verkehr unter einander bezieht, also kein Völkerrecht.*" — Eundem defectum iuris internationalis intime sensit *R. v. Mohl*, Die Pflege der internationalen Gemeinschaft als Aufgabe des Völkerrechts (Staatsrecht, Völkerrecht und Politik I, 579). Similiter *I. Fallati*, Die Genesis der Völkergesellschaft, ein Beitrag zur Revision der Völkerrechtswissenschaft (Tübinger Zeitschr. für Staatswissenschaft 1844, Heft 1—3).

randam et conservandam. Deinceps autem ius non amplius instar vinculi nationalem evolutionem retardantis, sed vivum semper elementum praesentis status culturae habendum esse. Ideo et in iure gentium necessarium videri, ut clarius quam hactenus enuntietur „ius nationum se naturaliter evolvendi“ [1]. — Recte quidem, si per hoc aliud non intellegitur, nisi „ius omni personae, etiam publicae, congenitum mediis licitis se conservandi ac perficiendi“ (n. 697). Statuere autem illud *„ius naturalis evolutionis“* tamquam ius nationum quasi illimitatum aut ita supremum, ut neque aliquod ius historicum publice agnitum neque anterius contracta foederis obligatio umquam legitimum obicem et efficacem iuris limitem illi opponere valeat, hoc idem esset, ac nomine iuris gentium ius fortioris praedicare. Iuri publico sancito etiam secundum veteres *utrumque sub diverso respectu* convenit, tum ut sit rigidae stabilitatis, tum ut secundum rerum necessitatem et temporum adiuncta iudicio legislatorum congruam mutationem et progressum admittat; illud quidem quatenus inviolabili aliqua aeternae iustitiae norma nititur et ius naturae continet, hoc vero quatenus positivis iuris humani determinationibus constat. Sed non quaelibet iuris mutatio, quae a particulari aliqua

[1] *Bluntschli*, Das moderne Völkerrecht der civilisirten Staaten (1868) (in praefatione huius operis conscripti fere immediate post eventus bellicos a. 1866 in Germania) ita fere suam mentem de optato progressu iuris publici (sub forma epistolae ad amicum) aperit: „Meines Erachtens ist die neuere Rechtswissenschaft in einer Beziehung hinter den Fortschritten der Rechtspraxis (?) zurückgeblieben. Sie hat ihre Blicke zu lange an der Vergangenheit haften lassen und darüber die Bewegung des Lebens nach der Zukunft hin aus dem Gesichte verloren. Die Wahrheit, dass das *gegenwärtige* Recht ein *gewordenes* und daher wesentlich aus der Vergangenheit zu erklären ist, bedarf der Ergänzung durch die andere Wahrheit, dass das gegenwärtige Recht zugleich ein *werdendes* und berufen ist, das fortschreitende Leben der Menschheit zu begleiten. Viele unserer rechtsgelehrten Collegen können sich nicht losmachen von der hergebrachten Vorstellung, dass das Recht ein unveränderliches starres System fester äusserer Gesetze sei, welche das menschliche Thun beschränken.... Nur schwer ringt sich die Wissenschaft zu dem tiefern Verständniss durch, dass das Recht eine *lebendige Ordnung in der Menschheit*, nicht eine todte ausser der Menschheit sei, dass *nur das lebendige und nicht das todte* Recht befähigt sei, mit den Völkern zu leben und fortzuschreiten. Am wenigsten passt jener falsche Gedanke eines an sich todten Rechtes zu einer Darstellung des Völkerrechtes, das überall noch nicht zu festem Abschluss gekommen, sondern noch in mächtiger unaufhaltsamer Bewegung begriffen ist. Das Recht des natürlichen Wachsthums der Völker und Staa das Recht der Entwicklung der Menschheit, das Recht des fortschreit Lebens muss von der Wissenschaft unzweideutiger und entschiedener anerkannt und vertreten werden, wenn dieselbe ihre hohe sittliche und Mission erfüllen soll, ihre leuchtende Fackel auf den Wegen voranzutragen.“

politica factione commendatur vel etiam vi extorquenda suscipitur, verum iuris „progressum“ significat; neque *per se* ad perficiendum ius internationale et ad maius *commune* bonum populorum dirigi putandum est, quidquid forte idealibus consiliis et ambitioni unius alteriusve nationis potentioris prae statu iuris praesenti placuerit. — Sit vero, de vera et communi utilitate propositae mutationis rationabiliter dubitari posse, semper tamen remanet inviolabilis rectae rationis condicio, ne modus et via illam exsequendi contra iustitiae leges offendat. Via autem iustitiae, uti in privatis, ita et in publicis eiusmodi negotiis, quae inter aequales tractantur, per se alia non est, nisi opportunae *persuasionis*, facta solerti rationum illustratione et pacifica discussione, in re ad felicem finem urgenda constans assiduitas et patiens perseverantia. Et siquidem, ut supponimus, de rationabili iuris progressu agitur, generatim eiusmodi series operationum pacifica et organica, praeterquam quod publico iustitiae sensui satisfacit, fortasse minus quidem festinatum, sed maturis fructibus uberiorem successum sortitur, quam voluntas potentioris armata manu debilioribus imposita. Quodsi nihilominus sub auspiciis „iuris moderni“ ars politica non raro hanc alteram potius viam commendare videtur, in hoc sane Macchiavellii potius vestigia quam iuris christiani praecepta agnoscenda sunt.

### B. De accessoriis contractuum publicorum firmamentis.

727. Quamquam essentiale pactorum firmamentum in ipsa eorum gravissima obligatione a contrahentibus publice agnita continetur, non semper tamen per se solum sufficiens aestimatur, quo de futura illius reali adimpletione iis, quorum interest, optata securitas reddatur. Idque in relationibus internationalibus eo facilius evenire potest, quod pro casu negatae praestationis debitae nullus iuris recursus ad publicam aliquam auctoritatem relinquatur. Ideo ad ulterius firmandam fidem iam apud antiquos varii *modi* in pactionibus publicis adhiberi consueverunt. Inter hos

I. *Modus firmandi fidem a religione petitus.* Huc imprimis pertinet *iusiurandum*, quo naturali obligationi servandi, quae pacto promissa sunt, insuper religiosa, e suo genere gravissima, additur. Et vero apud omnes populos et omni aevo maxima semper vis fuit iurisiurandi, ut passim ipsi scriptores gentiles testantur. „Nullum vinculum, inquit Cicero (Off. III), ad adstringendam fidem maiores nostri iureiurando arctius esse voluerunt[1]. Accedit, quod more antiquorum solemniores publici contractus religiosis quibusdam ritibus celebrari et quodammodo

[1] Complura similia antiquorum testimonia refert *Grotius* l. II, c. XIII.

sanciri solebant. Aevo autem christiano usus invaluit in ipsis documentis publicis, quibus solemniora inter gentes pacta et foedera consignabantur, disertis verbis interventum religionis commemorandi. Qui mos ex parte quidem usque ad haec fere tempora indolem venerandi ritus publici populorum nondum amisit. Quamquam antiquior initialis formula contractuum: „Au nom de la trèssainte et indivisible Trinité“ in „instrumento pacis“ conclusae Parisiis anno 1856 in hanc alteram minus iam specifice christianam mutata est: „Au nom du Tout-puissant“.

**729.** II. *Cautiones reales per pacta accessoria* (cf. n. 257):

1. *Fideiussio* (Bürgschaft), quae est conventio, qua gens tertia promittit, a se praestitum iri, quod gens altera ex pacto debet, si forte acciderit, ut haec suo debito non satisfaciat. Specialis aliqua forma fideiussionis ea dicenda est, qua gens tertia obligationem alterius ut debitrix principalis aut saltem cum altera gente in solidum suscipit.

2. *Conventio quae vulgo „garantia“ vocatur.* Generalem quidem haec cautio similitudinem cum fideiussione habet, ab eadem tamen specifice differt et generatim dici potest *conventio publica, qua gens genti promittit auxilium ad iurium quae actu possidet securitatem a laesione forte aliunde timenda* [1]. Est hic modus cau-

[1] *Arctiore* sensu „garantia“ intellegitur, si *exclusive* tantum ad procurandam securitatem de stricta *observatione foederis vel contractus* adhibetur. Multo latior autem eius usus inter gentes esse solet. — *de Vattel,* Le droit des gens t. I, l. II, c. 16, § 235 garantiam sensu *arctiore* acceptam potissimum considerat eamque ita definit: „La Garantie est une espèce de traité, par lequel on promet assistance et sécours à quelqu'un, au cas qu'il en ait besoin pour contraindre un infidèle à remplir ses engagements.“ — Porro eam explicando subdit: „La Garantie peut se promettre également à toutes les parties contractantes, à quelques-unes seulement ou même à une seule; ordinaire elle se promet à toutes en général.... La Garantie étant donnée en fav des contractants ou de l'un d'eux, elle n'autorise point le Garant à i v dans l'exécution du traité, à en presser l'observation de lui-même et s être requis. Si les parties, d'un commun accord, jugent à propos de s'éc de la teneur du traité ... de l'annuller même entièrement ... elles sont droit de le faire, et le Garant ne peut s'y opposer.... Mais celui-ci n plus tenu à la Garantie.... S'il s'élève des co e les c tants sur le sens de quelque article du traité, le G n' p o tout de suite à assister celui, en faveur de qui il a la il ne peut s'engager à soutenir l'injustice, c'est à lui d' .. les prétentions ... et s'il les trouve mal-fondées, sans manquer à ses engagements.... S'il arrive le

tionis hodie prae ceteris usitatus sive ad novam possessionem, quae alicui genti debiliori tamquam fructus pacti principalis accedit, efficaciter stabiliendam, sive generatim ad territorii integritatem contra futura forte pericula securius conservandam. Gens, quae alteri genti „garantiam" praebet, publice in se suscipit obligationem omnibus suis viribus et subsidiis, si opus fuerit, cuncta illius iura et bona, quae sub garantia comprehenduntur, contra alienas infestationes et iniurias defendendi. Vel hinc facile intellegitur raro admodum aliquam nationem in favorem alterius tantum onus ex mera beneficentia et amicitia, sed plerumque simul intuitu proprii alicuius et convenientis emolumenti subituram fore. Tametsi alteri garantiam praestando nullum ius neque imperii neque politici influxus in eius *internum* regimen acquirit, haud mediocre tamen emolumentum politicum per *externam* eius dependentiam, quae fere initium perfectae clientelae esse solet, plerumque sibi polliceri potest. — Ceterum usus „garantiae" utrimque, tam pro dante quam pro acceptante, periculo non caret, pro hoc quidem amittendi magis magisque suam nativam independentiam, pro illo autem facile casum belli forte praeter suum consilium incurrendi.

Specialis forma garantiae ea est, quae „collectiva" appellatur. Talis est garantia instar legis internationalis erecta, qua nationes primariae communi inter se facta conventione sese obstringunt ad agnoscendam et tuendam „neutralitatem" (et hinc independentiam externam) quarundam gentium minorum, et plerumque intermedia in illorum confinibus territoria occupantium, uti historice de Helvetia, magno-ducatu Luxemburgensi etc. constat. De obligatione per talem garantiam a nationibus contrahentibus suscepta in Anglia controversia suscitata est, hactenus nondum dirempta, utrum scilicet unaquaeque natio singillatim an tantum in unione cum ceteris ad exsequendam garantiam armato interventu teneatur?[1]

730. III. *Detentio pignorum.* Haec cautio ad urgendam praestationem pacto promissam, etsi generatim pariter aliquo pacto accessorio nititur, interdum tamen (uti durante vel imminente statu belli), a praevia facta pignorum occupatione initium sumit. Et pignora quidem duplicis generis distinguuntur, *personalia*

trouve contraire au droit d'un tiers, ce traité étant injuste en ce point, le Garant n'est aucunement tenu à en procurer l'accomplissement."

[1] Cf. *Holtzendorff* l. c. p. 1226.

seu obsides et *realia* seu obiecta publica relative magno pretio aestimanda.

1. *Obsides*[1], quorum usus olim frequens erat, cives illustriores et ex primariis obligatae gentis assumpti vocantur, qui in securitatem fidei a sua gente alteri, cuius interest, instar pignoris traduntur aut etiam ab hac in suam potestatem redacti ad eundem finem retinentur. Apud gentiles et barbaras nationes non tantum libertas sed tota persona et vita obsidum pignoris loco habebatur, ita ut fide a sua gente non servata in huius rei vindictam occidi possent. Atque hac potissimum condicione maxima olim istius cautionis efficacia constabat, quae deinde sub influxu iuris christiani feliciter plurimum diminuta est. Satis enim per se liquet et consequenter moribus cultarum nationum hodie ubique receptum est secundum ius naturae et christianum solam *externam personae libertatem* ad tempus oppignerari posse. Ideo recentiore tempore hic modus firmandi fidem pactorum admodum raro usurpatur. Ubi vero inter contrahentes libera conventione etiamnunc, ob speciales forte rationes, ad eius usum redire contigerit, utrimque *regulae conventionales et iustitiae* servandae sunt. Itaque

a) Obsides liberi remittendi sunt, quamprimum promisso, in cuius fidem dati erant, satisfactum fuerit. Verum etiam tempore quo legitime detinentur, non veluti vulgares captivi sed cum omni humanitate et honorifice tractandi sunt. Id hodie mores publici omnino exigunt.

b) Obsides tum „voluntarii", qui studio rei publicae pro sua gente sponte se offerunt, tum „inviti", qui mandato supremae potestatis (titulo salutis publicae) e civibus sibi subditis ad hoc onus subeundum delecti sunt, apud eam gentem, cui ex conventione traditi fuerint, permanere officio civili tenentur. Interim sumptus honestae sustentationis obsidum non voluntariorum respublica a qua mittuntur ferre debet, a qua etiam reparationem damni per suam absentiam in re familiari forte oborti iure reposcere possunt.

**731.** 2. *Pignora publica realia.* Quemadmodum obsides, ita et bona quaedam publica in gentium commercio ad firmandam promissi fidem oppignerari possunt. Tametsi ad hunc finem etiam bona *mobilia*, praesertim si instar nationalis cuiusdam thesauri aestimantur ut v. g. regia corona, per se idonea censeri debent,

[1] Cf. *Grotius*, De iure belli et pacis l. III, c. 20, § 52 sq. *de Vattel* l. c. § 245 sqq.

generatim tamen *immobilia* potius adhibent
qua pars territorii, integra provincia vel
tum quidem maxime, cum pro magno ma
praestanda est, donec illud re persolutu
*modus* huius oppignerationis distinguitur:
sessionis publicae *actu* tantum publico *decl*
debiti *obstricta,* nil differt ab obligatione, qu
thecam" vocamus; b) si illa insuper occu
quidem obstrictionis (à titre d'engagement
tinentur; c) si pro tempore actualis occupa
ius percipiendi reditus territorii occupati t
tatis, habetur pactum, quod „antichresis"

Secundum *iustitiae* regulam natio, quae
pignoris titulo sibi datam tenet, eam se
potest, donec praestationi sibi debitae sati
ut interim nullum ius suprematiae, v.
circa leges vel administrationem, exercei
plicita conventione talis imperii facultas il
quoque terrae partem vel provinciam a se
se pendet, conservare in statu, quo eam a
ut sua culpa in deteriorem statum vel
culpa, ubi de ea constaret, haud dubie ob
demnitatis. — Ius denique ipsum retinend
quam primum debitum iam solutum aut p
realiter impleta est; unde statim, quae i
tinebantur, quantum fieri potest in prist
stituenda sunt.

Ubi vero ad tempus indefinitum solut
praestationis pacto promissae omnino iam s
inter gentes haec ratio sufficiens aestima
alteri oppignerata iam haud iniuste poss
seri possit, quatenus tamen eius valor ius
excedat. — Sed nemo est, qui non sentiat
textus, sive avaritiae sive ambitionis, apud
dilatandae suae potentiae studiosos, aliqu
iustitiae rationes sumptu gentium debiliori

[1] *de Vattel* l. c. § 243 ad haec non sine hist
„Mais parmi ceux qui n'ont de règle que leur ava
comme Achille, mettent tout le droit à la pointe
est délicate: ils ont recours à mille chicanes, à n

# Caput II.

## De iure internationali tempore belli.

### Articulus 1.

### *De bello in se spectato*[1].

### § 1. De belli definitione ac divisione.

**732.** Belli nomen non raro, praesertim apud antiquiores scriptores, *latissime* usurpatur, quo sensu omne genus concertationis inter homines comprehendit, quod non verbis et rationibus salva externa pace, sed contra pacem externam *per vim* exercetur. Hinc proxime distinguunt bellum *privatum* et *publicum*. Illi praeter simplicem rixam etiam duellum adnumeratur. Bellum *proprie dictum* tamen solum *publicum* esse consentiunt, i. e. tale quod auctoritate publica alicuius societatis civilis contra extraneos hostes geritur. Unde ab hoc iterum bellum *civile* et omnis forma *seditionis* distinguitur.

Hoc latiore sensu acceptum bellum etiam a *Grotio*[2] intellegitur, cum hanc eius definitionem proponit: „Status per vim certantium qua tales sunt." Qua formula, ut expresse monet, bellum quoque privatum comprehendi vult. Similiter iam *Cicero*[3] in „certatione per vim" propriam belli notam contineri arbitratus est. — Suam mentem de hac re *S. Thomas*[4] sat clare ostendit,

place importante, un pays à leur bienséance. La matière est trop odieuse, pour alléguer des exemples: ils sont assez connus, et en assez grand nombre, pour convaincre toute nation sensée, qu'il est très-imprudent de donner de pareils engagements."

[1] *S. Thom.*, S. theol. 2, 2, q. 40. 123, a. 5. *Victoria*, De iure belli. *L. Molina*, De iustitia et iure t. I, disp. 99 sqq. *Fr. Suarez*, De bello (in tractatu de caritate disp. XIII). *Grotius* l. c. *Vattel* l. c. t. II. *Klüber*, Europäisches Völkerrecht (1851). *Bluntschli* l. c. l. 8. *Leutner*, Das Recht im Kriege (1880). *Heffter-Geffcken*, Das europäische Völkerrecht (1882). *Iung*, La guerre et la société (1889). *Holtzendorff*, Das europäische Völkerrecht (Encyklopädie 1882) et Handbuch des Völkerrechtes (1889) t. IV. *Resch*, Modernes Kriegsrecht (1890); idem in Staatslexikon der Görres-Gesellschaft t. III, Art. „Krieg, Kriegsrecht". [2] L. c. l. I, c. 1.

[3] De officiis I, c. XI: „Atque in republica maxime conservanda sunt iura belli. Nam cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim; cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum: confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore."

[4] S. theol. 2, 2, q. 42, a. 1.

distincte agendo de bello, de rixa et de
generalissime in illa certatione per vim co
his notis differre docet, „quia bellum prop
hostes, quasi multitudinis ad multitudinem
ad unum, vel paucorum ad paucos; se
inter partes unius multitudinis inter se
una pars civitatis excitatur in tumultum

In recentiore iuris scientia universim
nomen non solum proprie sed *unice* bellum
*independentes nationes qua tales* insignific
aptam statuere definitionem praesentis tr

Verum in definiendo bello sic accep
etiamnunc non omnino conveniunt, prout r
belli analogia cum civili iuris vindication
„belli“ notio, praesertim historica, non
concertationem exhibet, cum non raro pra
(titulo potentiae) obiectum certaminis es
etiam arctior censeri debet definitio, qu
origine *formaliter iusto* convenit, ut si
*defensiva* (sui vel sui iuris defensio per v
his consideratis haec admittenda videtur

*Definitio:* Bellum est status duarum v
se certantium nationum liberarum qua ta

[1] Exempli gratia *v. Holtzendorff* l. c. p. 1
stimmen als gewaltsame Selbsthilfe der Staaten
Rechte, die in friedlicher Weise nicht geschützt w
l. c. § 455 bellum dicit: „Abwehr des Unrechte
*Heffter* l. c. § 113, p. 239: „Anwendung des äus
Zwanges wider einen andern (Staat) zur Realisi
zur Erreichung derselben ... mit andern Worten,
*F. Walter* l. c. n. 473: „Selbsthilfe (der Staaten)
folgung ihre Rechte.“ — *Bluntschli* l. c. § 51
bewaffnete Selbsthilfe einer staatlichen Macht.“
„Dennoch besteht ein grosses humanes Interess
*Rechtshilfe* aufzufassen und darzustellen, damit se
und die in ihm zu Tage tretende Gewaltthat geo
quasi moderando subdit: „In der Regel ist der Kri
Staaten als Kriegsparteien über öffentliches Rech
recte animadvertit *Geffcken* (apud *Heffter* l. c. p. 24
confundi videtur. — Saec. XVIII iam *de Vattel* l. c.
guerre est cet état, dans lequel on poursuit s
prehendens adhuc more Grotii in definitione bellum

Dicitur „status", non certamen, ut a *proelio* distinguatur, quod est particularis in bello conflictus; bellum autem non semper actuali per vim certamine constat, quemadmodum hostes non ii soli existimantur, qui actuali proelio certant, sed pro talibus habendi etiam qui consilio et mediis materialibus pugnam praeparant.

Dicitur „nationum liberarum qua talium", quia bellum geritur non inter cives *privatos* diversarum gentium, sive distributive sive collective sumptos, sed tantum inter gentes seu *societates civiles*, quatenus singulae sub aliqua suprema civili potestate *unam* constituunt personam publicam politicam. Unde singuli cives et privatae societates quibus illae coalescunt, secundario tantum et quasi indirecte bello implicantur, quia mandato et *nomine suae reipublicae* vel armis cooperantur vel huius quomodocumque bellandi vires augent.

Porro ut ad omne genus belli publici definitio se extendat, neque ad specialem aliquam belli causam neque ad qualitatem obiectivae iustitiae restringenda est.

**733.** Itaque omissa interim quaestione de iustitia vel iniustitia belli, nec non de causis variis, propter quas bella oriri possint, non alia hic *belli divisio* consideranda manet nisi ea, qua

*Distinguitur* bellum *defensivum* et *offensivum*. Ex vulgari acceptione *defensivum* dicitur, quod ad vim ab altera gente illatam vi repellendam suscipitur, *offensivum* vero seu aggressivum, quo primum in aliam gentem arma moventur eiusque praesens status pacis, sive indicto sive non indicto bello, interrumpitur [1]. Atque ita quidem ratio discriminis a *facto* mere externo depromitur. Alias vero latius bellum *defensivum* intellegitur, quo gens iniuriam imminentem vel iam actu coeptam a se arcere nititur, *offensivum*, quo iniuria iam illata vindicatur aut pro ea satisfactio extorquetur, quo pax in posterum stabilior et securior reddatur. Ita quidem communiter a doctoribus hoc discrimen exponi *Suarezius* testatur, simulque monet: „interdum in *apparentia* videri potest aggressio, quae tantum est defensio. Nam si hostes, verbi gratia, occupent domos vel res aliorum, alii vero eos invaserint, non est aggressio sed defensio" [2].

[1] Ita *de Vattel* l. c. § 5: „Celui qui prend les armes pour repousser un ennemi qui l'attaque, fait une guerre *défensive*. Celui qui prend les armes le prémier et attaque une nation, qui vivait en paix avec lui, fait une guerre *offensive*."

[2] *Suarez*, De bello (De caritate disp. XIII, sect. 1, § 6).

### § 2. Num bellum per se sit moraliter malum.

**734.** Non defuerunt ex aevo christiano, qui cum m et anabaptistis id simpliciter affirmandum putarent, eo quod l lum suapte natura neque cum lege christiana neque cum natura hominum officiis conciliari posse dicerent. Ration q ex ordine supernaturali, nominatim ex sacris litteris Novi T afferri solent, iam apud *S. Thomam* singillatim disc repe luculentius etiam apud doctores scholasticos, qui eiusdem doctr commentati sunt[2]. Verum quoniam per se ad theologiam pertinent, hoc loco specialius in iis immorandum non videtur. Ceterum theologia, tametsi in multis philosophiam praetergreditur, certis tamen *iuris naturalis* conclusionibus numquam contradicit.

**735. Thesis LXXXI. Bellum in se consideratum naturaliter prohibitum censeri nequit.**

Praenotanda: Sensus theseos ita etiam circumscribi potest: bellum non semper nec quavis condicione est naturaliter illicitum. Unde certis in condicionibus censendum est licitum, i. e. nulla naturae lege neque *iustitiae* neque *caritatis* prohibitum.

**Probatur pars I:** *ratione iustitiae.*

Bellum non raro unicum et ultimum medium est, quod alicui reipublicae maneat ad se suamque exsistentiam adversus iniustam aggressionem efficaciter defendendam, *aut* ad iura magni momenti et quibus renuntiare absque gravissimo damno vel opprobrio non potest, contra iniustam eorum frustrationem tuenda, vindicanda vel recuperanda.

*Atqui:*

1. Contra actualem aggressorem, ut alias demonstratum est, quilibet homo etiam privatus, etsi ordini civili subditur, *iure naturae* violenta sui defensione uti potest, a fortiore igitur id valet de societate civili qua persona publica, suprema sibi providendi potestate praedita.

2. Insuper constat omnia *iura stricte dicta,* sive homini privato sive corpori politico tamquam „subiecto" suo inhaereant, naturaliter *coactiva inviolabilitate* esse munita, adeo ut cuncta *iuris officia,* quae illis ex parte „termini iuris" respondent, *iure naturae*

---

[1] S. theol. 2, 2, q. 40, a. 1.

[2] Cf. inter alios *Suarez* l. c. sect. I, § 1—5. *Molina* l. c. disp. 99.

sint *coactioni* obnoxia, puta, si opus fuerit, etiam per vim seu physicam potentiam (P. I, n. 476 sqq.). Inter iura quidem hominis *privati* et iura *reipublicae* interest, quod circa illa legitima potestas coactionem *exercendi* extra casum urgentis necessitatis non immediate ipsi subiecto iuris, quatenus membrum est societatis civilis, sed soli potestati publicae competit, quia ita rectus socialis ordo exigit; rempublicam vero nil impedit, quominus *ipsa per se* sua iura contra iniusta impedimenta, ubi opus sit, physica coactione evincat; unde id revera faciendo communi illo *iure naturae* utitur, de quo dictum est. Accedit, quod qui reipublicae cum imperio praesunt, non raro eius salutis intuitu ad extremam eiusmodi iurium tutelam *ex officio* obligantur.

Ergo bellum in se consideratum, sive defensivum sive offensivum, per naturalem iustitiam non reprobatur, immo per eandem certis condicionibus postulatur.

**736. Probatur pars II:** *ratione caritatis.*

Sane, non quidquid strictae iustitiae per se conformatur, eo ipso iam omni ex parte honestum et licitum dicendum est. Et ita quidem haud dubie fieri potest, ut bellum, quod ratione causae strictam iustitiam non excedit, nihilominus in concreto et per rerum adiuncta naturali praecepto amoris seu caritatis graviter adversetur. Sed hic non quaeritur, quid per adiuncta aliquando evenire possit, sed *num bellum ex natura sua, adeoque semper vi legis caritatis prohibitum sit?* — cui quaestioni thesis *negative* respondet.

*Argum. 1.* Admitti rationabiliter nequit a Deo, auctore et legislatore naturae, generali aliqua lege ius obiective definitum, quale est *ius bellum gerendi,* ita concedi, ut tamen eodem iure uti *numquam* liceat. Esset enim istud ius plane inutile et illusorium, quod divinae sapientiae repugnat. Ergo a priori certum est bellum *per se* iustum seu iure naturae legitimum non posse simul *per se* seu *ex natura sua* esse lege caritatis illicitum, sed si aliquando haec ethica ratio revera usum iuris prohibeat, id tantum *per accidens* in casu particulari evenire, neque umquam nisi respectu belli vere offensivi.

*Argum. 2.* Qui in republica summa potesta praediti s , eatenus tantum ab inferendo bello ceteroquin se i legitimo abstinere tenentur, quatenus satis clare tali bello praeter intentionem tot ac tanta mala pri

oritura esse, ut ea secundum rectae rationis aestimationem omnem proportionem cum illo bono communi excedant, quod bello acquirendum proponitur [1]. Atqui talis praevisio non ex nat rei, sed tantum *per accidens* propositum bellum ceteroquin it et legitimum comitatur. Ergo . . .

Prob. mai. In deliberatione, quae de bello tali susci instituitur, necessario *varia diversi ordinis officia* menti considera se offerunt, alia erga societatem civilem qua talem, cuius verae prosperitati publicae conservandae, tuendae ac promovendae quicumque illi praesunt ante omnia suam curam devovere debent. alia erga subditos cives et civium classes, quibus nonnisi ad bonum commune necessaria onera imponenda sunt, alia officia absoluta, alia hypothetica, alia denique stricte iuridica, alia tantum benevolentiae ac bonitatis, et haec iterum diversi gradus erga proprios cives et homines gentis alienae vel etiam hostilis. Quoniam autem haec omnia et singula, saltem quatenus *affirmativa* officia sunt, nequaquam simultanee et aequaliter observari possunt, necesse est, ut secundum regulas morales de *collisione officiorum* (P. I, n. 594) quidam eorum delectus habeatur, quae in praesentibus adiunctis obiective potiora aestimari et ideo secundum rectam rationem ceteris *actu praevalere* debent. Atque ita fit, ut considerata *magnitudine et necessitate boni communis reipublicae*, in quo iusta belli causa versatur, et a quo forte salus publica pro futuris quoque generationibus dependet, multa in se gravia incommoda et mala particularia bello conexa licite permitti tamquam respective minus mâla possint, immo non raro vi moralis obligationis debeant. Et de hac recti ordinis sapientia divinum nobis iugiter exemplar praelucet in universali mundi regimine, in cuius quodammodo participationem aliquam in his terris vocati sunt, quibus populorum regimen commissum est.

[1] *Molina* l. c. disp. 107, § 6 haec habet: „Recte admonet *Victoria*, De iure belli n. 33, evenire aliquando posse, ut bellum aliquod sit iustum et licitum *per se* et illicitum per accidens. Etenim si ex eo, quod iuste quis bello recipere vellet civitatem . . . iudicaret facileve intellegere posset eventura esse longe maiora mala boni communis ad se pertinentis, ut devastationem multarum suarum civitatum, ingentes caedes suorum aliave similia mala suae reipublicae . . . sane quamvis tale bellum iustum et licitum esset per se, per accidens tamen ratione damnorum, quae vel suae reipublicae vel bono communi inde emergerent, teneretur princeps, qui illud inferre cogitaret, ab eo sub reatu letalis culpae abstinere, patique potius illatam iniuriam iacturamque bonorum suorum." (Cf. *Suarez* l. c. sect. IV, § 8.)

Confirmatur thesis quoad utramque partem per historiam bellorum in sacris litteris Veteris Testamenti consignatam, quae vel mandante vel approbante lege divina gesta sunt. Sed et in Novo Testamento bellum certis condicionibus licitum esse supponitur. Unde adversa sententia a theologis passim reputatur haeretica. Ceterum omissis rationibus theologicis per se solum iam sufficit universale et constans factum persuasionis omnium populorum.

## Articulus 2.

### *De legitimo belli usu.*

#### § 1. Condiciones ad bellum licitum requisitae.

737. **Thesis LXXXII. Ad bellum licite suscipiendum haec triplex condicio requiritur: 1. Auctoritas supremae civilis potestatis, 2. causa iusta et necessaria, 3. intentio recta.**

Praenotanda. Est haec sententia S. Thomae, praeeunte S. Augustino, et communis doctorum scholae christianae. Dicitur „ad bellum licite *suscipiendum*", quia ad bellum licite *gerendum*, praeter „rectam intentionem" insuper rectus bellum gerendi *modus* (de quo inferius) requiritur.

Probatur per partes:

I. *Auctoritas supremae civilis potestatis.* Quoniam bellum proprie dictum, de quo solo agimus, geritur inter nationes liberas qua tales, satis per se liquet ius belli nulli privato neque particulari civium classi vel ordini, sed *soli publicae personalitati* totius reipublicae competere, adeoque ei vel iis, qui instar capitis eam ad extra repraesentant eiusque nomine vi supremae potestatis agunt. Pariter a *S. Thoma primum* requisitum nominatur „auctoritas principis, cuius mandato bellum est gerendum. Non enim pertinet ad personam privatam bellum movere, quia potest ius suum in iudicio superioris prosequi. Similiter etiam convocare multitudinem, quod in bellis oportet fieri, non pertinet ad privatam personam. Cum autem cura reipublicae commissa sit principibus, ad eos pertinet rem publicam civitatis vel regni seu provinciae sibi subditae tueri. Et sicut licite defendunt eam materiali gladio contra interiores perturbationes, dum malefactores puniunt secundum illud apostoli Rom. 13, 4: Non sine causa gladium portat . . .; ita etiam

gladio bellico ad eos pertinet rempublicam tueri ab exterioribus hostibus" [1].

II. *Causa iusta et necessaria. Iustam* requiri causam, i. e. per omnia *naturali iustitiae congruam,* idque non solum secundum idealem fictionem in abstracto, sed in concreto, post ea quae supra (n. 735) dicta sunt, ulteriore probatione non indiget. Ut vero causa *hic et nunc* vere iusta sit, requiritur ut sit insuper *necessaria,* i. e. talis, cui per nullum pacificum medium sed per solum bellum satisfieri possit [2]. Haec igitur condicio supponit, priusquam ad arma recurritur, sollicite viam inquiri, qua res sine graviore iuris dispendio salva pace publica transigatur, nec quicquam neglegi, quod pro rerum adiunctis tam felicis successus spem praebeat.

*Etenim,* qui nulla tentata via pacifica, cum talis praesto esset, adeoque *sine vera necessitate* bellum movere nil dubitat, quo pacto a se moralem imputabilitatem innumerabilium malorum, quae cum bello conexa sunt, fidenter declinare poterit? — Ad hoc sane causa belli in se *theoretice* iusta non sufficit. Nisi enim simul sit *practice necessaria,* non intellegitur, qua ratione illi effectus mali sincere nullo modo, ne indirecte quidem *voliti* sed tantum *legitime permissi* aestimari queant [3]. Ergo ad bellum licite

[1] S. theol. 2, 2, q. 40, a. 1. Ibidem ad rem citatur *S. Augustinus* contr. Faustum l. 22, c. 75: „Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principes sit."

[2] *Suarez* l. c. sect. IV, § 1: „Nullum potest esse iustum bellum, nisi subsit causa *legitima* et *necessaria.* Est conclusio certa et evidens. Rursus causa haec iusta et sufficiens est gravis iniuria illata, quae alia ratione vindicari aut reparari nequit. Ita docent theologi omnes." § 2: (Notandum) „non quamcumque causam esse sufficientem ad bellum, sed gravem et damnis belli proportionatam. Contra rationem enim esset ob levem iniuriam gravissima inferre damna."

[3] Ibid. § 1: „In bello spoliantur homines propriis bonis, libertate et vita; at haec facere sine iusta causa est prorsus iniquum." — Et paulo ante: „Ideo bellum licet, ut respublica possit se indemnem tueri, alias contra bonum generis humani vergit propter caedes et damna fortunarum etc.; ergo si ea causa cesset, cessabit quoque belli iustitia." — Etiam recentiores Scriptores in hac re generatim non dissentiunt. Ita inter alios *Heffter* l. c. § 106, p. 226: „Das Dasein eines hinreichenden Grundes zur Selbsthilfe und die Beobachtung der richtigen Grenzen, welche durch den Zweck bestimmt werden, entscheidet zugleich über die Gerechtigkeit der Selbsthilfe. Sonst ist sie eine tadelnswerthe und unrechte. Tadelnswerth erscheint sie insbesondere, wenn ausser dem Falle unmittelbarer Gefahr, ohne Versuch gütlicher Mittel, ohne Vor-

suscipiendum requiritur, ut sit medium *necessarium* ad finem *iustum* qui proponitur assequendum.

III. *Intentio recta.* Non enim quidquid obiective iustum est, eo ipso omni ex parte *licitum* censeri potest. Unde *S. Thomas*[1]: „Tertio requiritur, ut sit intentio bellantium recta; qua scilicet intenditur vel ut bonum promoveatur vel malum vitetur. . . . Potest autem contingere, ut si sit legitima auctoritas indicentis bellum et causa iusta, nihilominus propter pravam intentionem bellum reddatur illicitum. Dicit enim Augustinus in lib. 22 contra Faustum cap. 74: Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, impacatus, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, et si qua sunt similia, haec sunt, quae in bellis iure culpantur."

## 738. Corollaria.

I. Caput seditiosorum, tametsi forte potentia adversus legitimam reipublicae potestatem iam adeo invaluit, ut magna pars nationis eius signa sequatur, aut si, formam ordinati regiminis interim imitando, suum supremum imperium contra legitimum principem vel in tota republica vel in eius aliqua provincia per usurpationem erigere conatur, ex mente tamen iuris internationalis

bringung und gehörige Unterstützung eines vermeintlichen Anspruchs sogleich zu dem letzten Mittel gegriffen wird. Denn gerecht ist sie nur als *Nothmittel.*" — *v. Holtzendorff* l. c. p. 1239: „Als *letztes* und *äusserstes* Rechtsmittel gestattet das Völkerrecht den Krieg. In der Thatsache des Unrechts im Völkerleben und in der Unmöglichkeit bis jetzt in völlig unparteiischer Weise eine *gerechte* Entscheidung gegen einen im Vertrauen auf physische Macht begangenen Rechtsbruch durchzusetzen, liegt die sittliche *Rechtfertigung* des Krieges. Dem Staate ist in letzter Instanz keine Wahl gelassen als die: entweder jedes Unrecht gegen sich geschehen zu lassen und durch den ein- für allemal ausgesprochenen Verzicht auf den Krieg das Unrecht im voraus zu ermuthigen, — oder zu den Waffen zu greifen. . . . Nicht einmal jede Rechtsverletzung ohne Unterschied vermag den Krieg politisch und sittlich zu rechtfertigen, sondern nur eine solche, welche in ihrer Bedeutung und Grösse die berechnende Erwägung zurückdrängt, dass jeder Kriegführende die höchsten Güter des Volkes auf das Spiel setzt." — Non sine iusto [illegible] *de Vattel* l. c. t. II, c. 3, § 24 scripserat: „L'humanité se révolte [illegible] un Souverain, qui prodigue le sang de ses plus fidèles sujets, sans néce[illegible], ou sans raisons pressantes, qui expose son peuple aux calamités de la g[illegible]e, lorsqu'il pourrait le faire jouir d'une paix glorieuse et salutaire. Que si à l'[illegible], au manque d'amour pour son peuple, il joint l'injustice env[illegible] qu[illegible] attaque, de quel crime, ou plutôt, de quelle effroyable suite de cr[illegible] rend-il point coupable?"

[1] S. theol. 2, 2, q. 40, a. 1.

nequaquam eo ipso instar legitimi capitis politici ad ex belli praeditus haberi potest, neque capax internationalia valide contrahendi.

739. II. Bellum nequit esse, obiective loquendo, ex utraq formaliter et materialiter iustum. Manifeste id sequitur tione iustitiae et iuris. Non sane umquam alicui iuri o vero aliud ius huic contrarium aeque verum opponi pot *iure* autem contra aggressionem defendendo, vel iniust reposcendo vel in iuris violatione vindicanda et congrua satisfactione, ubi negatur, extorquenda omne bellum iust satur. — Fieri tamen potest, ut eodem durante bello ca *successive* ex utraque parte inveniatur. Ita si princeps, p ad iuste reparandam gravem iniuriam suae genti illat plectendae bellum indixit, iustam et plenam satisfactio proelium sibi oblatam inani praetextu acceptare recusat coeptum continuaturus: — ab hoc temporis momento causa iusta esse desinit, dum e contrario pars adversa iustissimam belli defensivi causam habet.

740. III. Naturali ratione reprobatur error gentilium. tabant regnorum iura in armis posita esse, licereque be solum ad nomen ac divitias comparandas. Quare pleraq bella potius publica latrocinia dicenda sunt. Maxime a lendum, quod principes illi gentiles aevo etiam christ ignominiam nominis christiani, non raro suos quasi aem tatores habuerunt. Neque id mirum, postquam sub inf terialismi in neo-gentili quadam theoria politica, loco i culturae communis pacis, putidus potius *egoismus polit* quam supremum principium invaluit. Hinc enim nec sufficientem identidem eam belli causam aestimari, q ambitio et gloriae personalis vel nationalis augendae st proprii dominii dilatandi cupiditas aut invidia alienae pr suggerebat[1]. Interim sane et sanctissimum iuris et ius

[1] *de Vattel* l. c. t. II, l. IV, c. 1, § 2—5 loquens de bono obligatione principum illud populis sollicite conservandi, his acer invehitur in publicos belli amatores et auctores: „Mais ces pertu la paix publique, ces fléaux de la terre, qui, dévorés d'une ambiti ou poussés par un caractère orgueilleux et féroce prennent les justice et sans raison, se jouent du repos des hommes et du sa suj ; ces héros monstrueux, presque déifiés par la sotte admir te. sont les cruels ennemis du Genre-humain."

illicitum haec obligatio extenditur, quia in sola ratione strictae iustitiae commutativae fundatur.

743. VI. Si quaeritur: num aliquando supremo reipublicae rectori (qui ob magnum inde speratum emolumentum politicum ca aliquam *iustam* belli sibi praeberi exoptat) ex industria aliqu actum politicum, suo iure utendo, ponere vel omittere liceat, i praevidet belli indicendi iustam causam orituram? — Respond gravissimi auctores[1]: „Quaerendas non esse occasiones belli“; et rationem reddunt: „Licet (per se) cuique fas sit uti iure suo, non tamen intendendo, ut ea via dentur iustae causae belli, cum tanto damno spirituali, vitae bonorumque externorum proximorum, quantum ex bello sequi solet, et cum peccato illius, qui inde occasionem sumeret praebendi causam iustam belli. Proximos namque tenemur diligere sicut nos ipsos.“ Immo addit *Molina*, „aliquando culpam esse letalem, non solum facere aliquid ea intentione, sed etiam non desistere ab eo, quod, licet ea intentione non faciamus, videmus tamen futurum occasionem, ut bella oriantur. Neque enim sub reatu mortalis tenemur solum non intendere id, quod cum tam gravibus damnis proximorum est coniunctum, sed etiam tollere occasiones, quando sine notabili nostra iactura id commode possumus“.

744. VII. Quoniam non licet suscipere bellum, etsi in se iustum, nisi simul *necessarium* sit, gravis naturalis obligatio postulat, ut, antequam status belli declaretur, cuncta pacifica media praesentibus rerum adiunctis aliquomodo accommodata, iam frustra tentata sint. Eiusmodi media sunt:

1. Seria actio legatorum, qua tota causa conflictus funditus illustretur et vel colloquio vel scripto ita disceptetur, ut iuris, quod ab una parte postulatur, omnes tituli et documenta simul

pedire possent, non impedierunt etc.“ — Verum metuendos istos antiqui iuris naturalis scopulos Ius publicum modernum facili gressu superare videtur. obligationem restitutionis post iniustum bellum vel ignorando vel non curando. Sic *Heffter* l. c. § 113, p. 239 positive asserit, (dass) „auch der ungerechte Krieg in seinen Wirkungen dem gerechten thatsächlich gleichsteht“. Et adnotat id hodie „ab omnibus agnosci“. Et hinc — ex more iuris internationalis *positivi* — revera videmus passim, sine ullo respectu belli iusti vel iniusti, *solo titulo victoriae* inter pacis condiciones hanc etiam contineri, ut in bello devictus victori sumptus bellicos vel omnino vel partim resarciat.

[1] Sic imprimis *Victoria*, De iure belli n. 60; cui expresse assentit *Molina*, De iustitia et iure t. I. disp. 107. § 3 sq.

cum rationibus necessitatis illud agnoscendi parti oppositae clare exhibeantur et intimentur. Iuvat quoque totum statum causae per legatos aliis quoque potentiis communicare, a quarum impartiali suffragio et auctoritate benevolum moralem influxum sperare licet. Dein, ubi haec effectu carent,

2. Recursus ad communem sensum publicum („opinionem publicam") in praecipuis organis publicis peremptoria iuris momenta et deductiones commentando.

3. Acceptatio benevolae intercessionis tertiae alicuius reipublicae, quae conciliatricis officio fungatur, aut ab utraque parte litigante accepta *mediatio* proprie dicta secundum usitatas quasdam iuris internationalis formas. Per hanc plerumque suaderi solet

4. Rei compositio ope compromissi, ubicumque natura conflictus id patitur.

5. Speciale compromissum partium, quo causam suam alicui *arbitro* communi consensu designato dirimendam committunt, spondentes eius sententiam se ratam habituras.

6. A particularibus adiunctis dependet, utrum respublica laesa, *ceteris nequicquam tentatis,* utiliter ad illud ultimum medium, sine bello sibi satisfactionem aliquam procurandi, recurrere possit, quod vulgo in iure publico „retorsio" vel „repressalia" vocatur, et quo aliquatenus vel in eodem genere vel in alio similis redditur iniuria. Plerumque hic modus periculosus est, nec raro bellum potius accendit [1].

**745. Scholium.** Quod hic inter media servandae pacis quinto loco recensetur, ex aliquot decenniis singulari studio a multis adversariis crescentis in dies militarismi commendari coepit. In eo namque modum prae ceteris practicum et praesenti culturae populorum maxime accommodatum agnoscunt, quo bella inter cultas saltem nationes deinceps plerumque feliciter praepediri posse speretur. Ut igitur haec internationalis humanitatis methodus magis magisque in usum gentium deducatur ac iugiter suadente communi „opinione publica" instar *moris vel institutionis stabilis* in iure internationali recipiatur, laudabiliter sane in votis est plurimorum, inter quos non pauci viri politici et iuris publici periti [2]. — Nihilominus quamdiu *usus* huius remedii pacifici unice a

[1] Cf. *v. Holtzendorff* l. c. p. 1238. *Heffter* l. c. § 110. 111.

[2] Ibid. § 108. — Iisdem studiis gravissimum momentum recentius accessit ex solemni politica motione Imperatoris Russiae (m. Septembri 1898), qua omnes politicas potestates invitavit ad communem investigationem mediorum, quibus pax sine praesenti onere militarismi firmari possit.

*libertate* et *bona voluntate* potestatum inter se concertantium dependet. valor idealis illi attribui solitus in ordine reali multum deprimitur. Et sane exspectari vix potest aliquam publicam potestatem arbitro cuipiam submissuram quaestionem, qua vel eius honor vel potentiae ambitus graviter attingitur. Itaque arbitrii modus cum aliqua spe successus fere ad unum tantum genus causarum applicari posse videtur, in quibus scilicet obiectum concertationis utrimque ad formam iuridicam reduci et secundum hanc aestimari possit. Atque hinc denuo manifeste apparet. quantum realis status iuris internationalis ab ideali sua perfectione distet, utpote cui deest illa universalis internationalis auctoritas, quae cum potestate praesit universae gentium liberarum familiae, singulas ad commune omnium bonum publicum obstringens. Sed quoniam, propter vitiatam originalem generis humani naturam, hoc naturale complementum et fastigium universi aedificii socialis in his terris admodum incerta spe alicui aevo fortasse aliquando futuro reservatur (P. I, n. 429), aliud in praesentia non remanet, nisi ut ius internationale, quantum per temporum adiuncta licet, illi perfectioni ideali quasi a longe quomodocumque appropinquet. Et vero progressum aliquem in hac via signare videtur, quidquid inter nationes cultas, etsi aequali libertate sibi coexistentes, promovet ac nutrit *sensum solidaritatis moralis et internae communionis circa idealia potissimum bona universae humanitatis.* Hinc enim initium sumat omnis vera socialis unio gentium.

## §. 2. De ipso modo bellum gerendi.

746. De eo *generale praeceptum* morale ita fere enuntiari potest: Modus bellum gerendi practice per omnia respondeat „*rectae intentioni*", de qua supra (n. 737) dictum est, eamque publice haud ambigue confirmet.

Quae autem in *particulari* servanda sunt, partim belli *initium*, partim eius *decursum*, partim eius *exitum* respiciunt:

### A. De belli initio.

747. Honestas publica atque ipsa iustitia naturalis exigit, ut publica *belli declaratio* seu indictio semper eius initium praecedat, nisi bellum sit contra actualem aggressionem mere defensivum. Haec declaratio, quae a suprema reipublicae potestate procedere debet et quae olim nonnisi comitante aliqua solemnitate fieri solebat, recentiore tempore varias formas induit. Aliquando enim per modum extraordinariae legationis capiti gentis adversae denuntiatur, alias censetur sufficienter esse notificata per *conditionate* factam *ultimam* postulati intimationem („ultimatum"), aut si

iussu publico omni ulteriore abrupta actione legatus revocatur, simulque solemni edicto (etiam adversariis non ignoto) proprius populus de instante suscipiendo bello edocetur. Generatim autem magis convenire videtur modus, quo immediate et *directe* parti adversae bellum declaratur, idque vel „simpliciter" vel simul summatim repetendo principalem querelam et causam belli eiusque iustitiam et tristem necessitatem selectis verbis invocando. Id vel ideo non semper superfluum aestimandum est, quia non raro praesens quasi malorum quae timentur conspectus animis antea obstinatis saniora consilia suggerit ac denique ad obsequendum iustae petitioni inclinat[1].

Ad belli initium praeterea spectat, ut propter graves, quae inde manare possunt iuridicas consequentias, nemini dubium vel ambiguum relinquatur, a qua *determinata die* status belli inter duas aut plures gentes *publice* vigere incoeperit. Necesse est igitur, ut haec dies aliquo *facto publico* signetur, quod quidem ex usu gentium ipsa est *declaratio belli* rite perfecta. Quapropter et hoc titulo merito necessaria esse dicenda est.

Porro eodem tempore, quo bellum declaratur, praesertim si hoc factum praeter „opinionis publicae" exspectationem citius eveniat, officium humanitatis omnino exigit, ut aliarum gentium incolis, etiam e gente nunc declarata hostili (sive mercium commutandarum sive alterius privati negotii causa), intra fines territorii actualiter commorantibus aliquod temporis spatium concedatur, intra quod ipsis liceat bonorum suorum ac mercium, navium etiam si quae adsunt, securitati libere providere, iis tantum rebus exceptis, quae suapte natura usui bellico inserviunt. Ratio est, quia bellum non geritur contra privatos incolas regionis hostilis, sed unice contra gentem qua *personam publicam*.

### B. De actione bellica.

748. Modus in bello iusto ipsam operationem bellicam exsequendi suam *rectitudinis mensuram* accipit tum ex *fine iusto pure intento*,

---

[1] *de Vattel* l. c. l. III, § 51 hanc immo praecipuam rationem refert, ob quam necessario belli declarationem praemittendam est iudicat. „Comme il est possible que la crainte présente de nos armes fasse impression sur l'esprit de notre Adversaire, et l'oblige à nous rendre iustice; nous devons encore ce ménagement à l'humanité et sur-tout au sang et au repos des sujets, de déclarer à cette nation injuste ou à son Conducteur, que nous allons enfin recourir au dernier remède et employer la force ouverte, pour le mettre à la raison. C'est ce qu'on appelle *déclarer la guerre*.

tum ex *mediorum*, quae adhibentur, *interna honestate* et externa *efficacia fini proportionata.*

I. Vel ex hac sola *generali regula* satis apparet, quam f et perversa sit illa opinio aliquando militum animis ingesta, qua putatur tempore belli in hostium personas et res omnia licere, suspensa quasi per exceptionem lege iustitiae et caritatis; ac propterea generale esse militum officium „inferre hosti omne damnum, quod quisque possit".

„Ex *fine tantum iusto pure intento*" conclusio moralis plane *contraria* instar axiomatis consequitur, nimirum: *hosti et regioni hostili, quantum fieri potest, non plus damni inferendum, quam ad assequendum eundem finem iustum requiritur et sufficit.* Omnis ergo superflua crudelitas etiam in hostes lege naturali prohibetur: multo magis autem barbara ferocitas, quae arma non solum in hostes convertit, verum et innocentes (quales praeter infantes, mulieres et senes sunt omnes incolae inermes) perinde ac hostes tractat, idque *directo* consilio, non solum per accidens, caedibus, rapinis, flagitiis, incendiis sui transitus vestigia signans [1]. Neque a singulis militibus neque a singulis cohortibus ullas actiones cruentas aut generatim hostiles *suo arbitrio* suscipi fas est, sed eas tantum, ad quas ipsis mediante ducum suorum directione a suprema reipublicae auctoritate potestas data est. Ipsa autem suprema auctoritas *iure naturae* eiusmodi potestatem dare nequit, nisi *unice* intuitu *necessitatis* ad iustum belli finem consequendum, quem proin et ipsa pure intendere merito supponenda est.

749. II. Media bellum gerendi *in se inhonesta,* utpote lege naturali absolute prohibita, numquam licite usurpari possunt. Eiusmodi mediis (praeter directas caedes innocentium de quibus iam supra dictum est) *periuria* quoque et *mendacia* adnumeranda sunt. Neque vero frequens praxis belligerantium, qua directe sparsis mendaciis et falsis nuntiis opinionem publicam in qualecumque suum commodum decipere *solent,* ratio esse potest, ut in eorum gratiam exceptionem aliquam legis naturalis praesumamus.

In bello iusto tamen prohibitum censeri nequit ad promovendum successum actionis bellicae opportunis uti insidiis et stratagematibus, quae citra omne mendacium ad iuste et prudenter hostibus *celanda ac dissimulanda consilia* pertinent, et quibus nec

---

[1] Cf. *Grotius* l. III, c. XI—XIV.

s data hostibus ullo modo fallitur. Habemus de hac re extam sententiam *Angelici Doctoris*[1], qua simul auctoritatem . Augustini sequi profitetur, haec eius verba ex lib. Quaestionum Iosue q. 10) referens: „Cum iustum bellum suscipitur, trum aperte pugnet aliquis an ex insidiis, nihil ad iustitiam nterest.“ Deinde suam mentem ita exponit: „Dicendum quod nsidiae ordinantur ad fallendum hostes. Dupliciter autem aliquis otest falli ex facto vel dicto alterius: uno modo ex eo, quod ei licitur falsum vel non servatur promissum; et istud semper est llicitum; et hoc modo nullus debet hostes fallere; sunt enim quaedam iura bellorum et foedera etiam inter ipsos hostes ser-'anda', ut Ambrosius dicit in 1 de officiis cap. 29. — Alio modo liquis potest falli ex dicto vel facto nostro, quia ei propositum ut intellectum non aperimus. Hoc autem semper facere non enemur, quia etiam in doctrina sacra multa sunt occultanda, naxime infidelibus. . . . Unde multo magis ea, quae ad impugnanlum inimicos paramus, sunt eis occultanda. Unde inter cetera locumenta rei militaris hoc praecipue ponitur de occultandis coniliis, ne ad hostes perveniant. . . . Et talis occultatio pertinet ad ationem insidiarum, quibus licitum est uti in bellis iustis. Nec roprie huiusmodi insidiae vocantur fraudes, nec iustitiae repugnant ıec ordinatae voluntati.“

Quod si a belligerantibus, durante interim statu belli, *pacta* quaelam ineuntur, haec omnino erga hostem servanda sunt, quamdiu adem non prius ab hoste violantur. Talia pacta imprimis sunt:

a) *Induciae* seu conventio, qua manente bello ab actibus ıostilibus ad tempus cessatur. Intra hoc otium licite quidem ieri possunt, quae remote ad continuandum bellum pertinent, ut estaurare moenia, conscribere militem etc., omnis autem vis et nsidiae utrimque excluduntur. Induciae, per quas non solum ıctus hostiles suspenduntur, sed omnis fere belli apparatus quiescit, o quod fere certae iam pacis praeludia habentur, generatim ‚armistitium“ vocari solent.

b) *Litterae commeatus,* i. e. pacta, quibus vis bellica sistitur espectu certarum personarum iisque facultas conceditur secure nter belligerantes commeandi.

c) *„Capitulationes“* seu pacta deditionis alicuius praesidii miitaris, arcis, classis, urbis, provinciae.

[1] S. theol. 2, 2, q. 40, a. 3.

750. Denique ad modum legitimum gerendi bellum observatio quoque illarum regularum pertinet, quae *ius internationale positivum* ex parte constituunt et vel ex condicto nationum vel ex consuetudine inter cultas gentes tacite sancitae publice vigent. Ita recentiore aevo cummuni aut fere communi consensu conventum est de servandis condicionibus, quibus, durante bello inter duas vel plures gentes, internationale commercium terra marique nihilominus, quantum ratio belli patitur, libere et secure exerceri possit. His antiquior exstat lex vel quasi-lex internationalis, qua belligerantes abstinere tenentur ab usu quorumdam armorum et proiectilium, quae communi opinione sensui humanitatis adversantur, ut v. g. venenata aut generatim talia, quae cuncta inflicta vulnera reddunt letifera. — Praeterea inter cultas nationes hodie nefas esse ducitur aliquam urbem non solum a praesidio militari sed simul a promiscua incolarum multitudine occupatam, *ex improviso* tormentis bellicis verberare. Itaque quotiescumque talis expugnandi modus necessarius videbitur, is congruo tempore ante urbi annuntiandus est, ut innocentium multitudini per apta refugia consulatur. — Merito etiam turpe et publica auctoritate indignum censendum est cives reipublicae bello impugnatae positiva sollicitatione ad perduellem defectionem incitare, aut hostes captivos ad pugnandum contra suam patriam compellere.

### C. De belli exitu.

751. Quamprimum fini belli plene satisfactum est, iure naturae a bello ulterius continuando abstinendum est et status iustae pacis quantocius restituendus. Sed hic

752. Quaeritur: Quaenam iura post bellum iustum victori titulo victoriae in devictos hostes eorumque possessiones obveniant?

Longe diversum haec quaestio in re gravissima responsum obtinet, prout ius belli *„antiquum“*, quod vocant, vel *„novum“* consulitur. Namque secundum ius belli *„antiquum“* [1] (quod e sua origine rectius *ethnicum* appellandum est), olim gentium consuetudine fundatum, hostis devictus respectu victoris omni suo statu iuris anteriore excidisse censebatur, ita ut quemadmodum *physice* totus ab eius victrice potentia, ita *iuridice* ab illius gratia vel arbitrio penderet. Hinc et omnia devictae gentis bona, dominia, possessiones, exstincto vel interim suspenso proprietatis titulo, „iure belli“ victori vacabant. Immo hoc iure hostibus erepta

[1] Cf. *Heffter* l. c. § 130.

prae ceteris iuste acquisita et secure tamquam propria aestimabantur[1]. Intuitu tam uberum fructuum, qui ultro victori affluebant, intellegitur sane vix quicquam desiderabilius principibus et populis accidere potuisse quam bellum feliciter gestum. Nullus in pace umquam sperari potuit modus acquirendi ac subito ditescendi tam opportunus et obvius, nulla occasio tam felix fines dicionis proferendi, optatis incrementis territorium angustius complendi, aut gentem hactenus aemulam suo imperio subiciendi. Quare mirandum non est hoc „belli ius" inter populos ac principes gentiles usurpatum et ab antiquis traditum etiam sub aevo christiano non subito practice exstinctum, sed etsi quoad substantiam et in suis particularibus consequentiis mitigatum, specioso nomine „iuris gentium" ab iis, quorum aliquando intererat, studiose conservatum esse. Sic bellorum historia saeculis praeteritis multa haud ambigua illius vestigia refert. Quo tempore et academica iuris publici theoria aliquando publicis latrociniis, praetenso „iure belli" patratis, *admodum timide* tantum simplicem iustitiam naturalem et verum „ius gentium" naturale opposuisse videtur.

**753.** Ius belli *„novum"*, quod vocant, sub influxu idearum humanitatis et civilitatis christianae paulatim practice praeparatum, in decursu demum saeculi XIX theoretice quoque apud clariores iuris publici doctores invaluit[2]. Eius substantiam hoc loco explicite asserere non dubitamus:

[1] Ipse *Grotius*, ceteroquin aequus iustitiae naturalis interpres, a spiritu „iuris antiqui" in quibusdam consequentiis nondum satis emancipatus apparet, nitens „iure gentium" (positivo) quod minus recte appellat. (Cf. De iure belli ac pacis III, c. V et VI.) Ita v. g. ibid. c. VI, 2: „*Iure gentium* non tantum is, qui ex iusta causa bellum gerit, sed et quivis in bello solemni et sine fine modoque dominus fit eorum, quae hosti eripit, eo sensu nimirum, ut a gentibus omnibus et ipse et qui ab eo titulum habent, in possessione rerum talium tuendi sunt, quod dominium quoad effectus externos licet appellare." ... „Quae ex hostibus capiuntur, iure gentium statim capientium fiunt, ait Caius iurisconsultus. Naturalem hanc acquisitionem φυσικὴν κτῆσιν appellat Theophilus in Graecis Institutionibus, sicut et *Aristoteles* dixerat *rem militarem secum ferre naturalem acquirendi modum.* Nimirum quia non causa aliqua sed ipsum nudum factum spectatur et ex eo ius nascitur." ... „Hosti autem eripi censentur, quae subditis hostium eripiuntur.... Ceterum in hac belli quaestione placuit gentibus, ut cepisse rem is intellegatur, qui ita detinet, ut recuperandi spem probabilem alter amiserit" ... etc. (Cf. De eadem re *de Vattel* l. c. III, 9 et 13. *Martens* l. c. p. 274 sq.)

[2] *Heffter* l. c. § 130, p. 273: „Ein ganz anderes Recht musste sich aus der Richtung des neueren Kriegsrechtes ergeben.... Der Krieg begreift nicht

**Thesis LXXXIII. „Ultima“ victor st bel iustum nullum victori novum iuris titul st levi parit, sed, superata iam iniusta resistentia, e ta di a facultatem praebet sua iura aliunde fundata, ab ste h e laesa vel detenta, cum aequa satisfactione efficaciter re necnon in posterum, si opus sit, cautione muniendi.**

Praenotanda. Assertio partim *negativa*, partim *affirmativa* est. *Negatur* nempe in *vero iure obiectivo* fundari illud prope illimitatum arbitrium, quod victor in causa iusta belli in hostes devictos (eorum personas, libertatem, rerum dominia) ex usu quodam „antiqui iuris“ sibi arrogare consuevit. *Affirmative* vero asseritur per victoriam, i. e. per vim legitime coactivam definitive praevalentem, statum iuris, qui iam inter belligerantes obiective vigebat, in neutram partem mutari, sed externum tantum et, ut supponitur, iniustum *obstaculum* tolli, quo sublato victori copia fit *sua iustitiae postulata*, simul cum debita *satisfactione*

nothwendig, sondern nur soweit als nothwendig eine Vernichtung oder Auflösung friedlicher Rechtsverhältnisse; es ist kein ewiger Krieg unter sittlichen Nationen, sondern sein immer im Auge behaltenes Ziel ist der Frieden. Dieser ist nur einstweilen suspendirt, jener eine vorübergehende Thatsache, welche jeder Theil, wie ihn das Glück mehr oder weniger begünstigt, zu seinem Vortheile als glücklicher Besitzer für die rechtlichen Zwecke des Krieges benutzen kann, ohne einer Dikäodosie deshalb unterworfen zu sein. Immer findet jedoch dieser Besitzstand wesentlich nur gegen die feindliche Staatsgewalt statt, wider die Angehörigen derselben bloss insoweit sie derselben unterworfen sind und die Nothwendigkeit dazu treibt. Man sieht diese Idee des neueren Kriegsrechtes seit Groot immer entschiedener hervortreten, sie kann gegenwärtig jede Schüchternheit ablegen, denn sie findet überall in den gesitteten Völkern Europas einen Nachhall, wiewohl man sich noch nicht durchgängig von der ältern Praxis und Anschauungsweise losgesagt hat.“ — Ibidem citantur *Isambert*, Annales politiques et diplomat., Introduction (Paris 1823) p. 115: „Nous pensons avec Grotius qu'on acquiert par une guerre juste autant de choses qu'il en faut pour indemniser complètement les frais de la guerre; mais il n'est pas vrai, que par le droit des gens on acquière le droit de la propriété entière des sujets. *On n'admet plus aujourd'hui le principe, que la conquête engendre des droits.* Il n'y a d'immuable, dans la pratique des nations que les principes qui dérivent immédiatement du droit de la nature.“ — *Zachariä*, 40 B. vom Staate IV, 1, p. 102: „Feindesgut, das Privateigenthum ist, steht unter dem Schutze des Völkerrechtes; es darf nur ausnahmsweise, wenn und inwiefern der Zweck des Krieges nach Zeit und Umständen nicht anders erreichbar ist, angetastet werden. Denn das Privateigenthum der Unterthanen ist nur insofern ein Bestandtheil der Kriegsmacht der Staaten, als einem jeden Staate die Herrschaft über das Vermögen seiner Unterthanen zusteht.“ — Recentius de hac re enucleate agit *Bluntschli*, Das moderne Völkerrecht p. 36 sqq.

et futura, si opus videatur, *cautione,* immediate vel praesente imperio vel effectu sibi procurandi.

**Probatur pars I** (negativa).

**754.** Ut per victoriam, qua belli exitus deciditur, novus iuris titulus in devictos hostes victori oriatur, constare id debet vel ex iure naturae vel iure positivo legitimo. Atqui ex neutro fonte eiusmodi iuris titulus derivari potest.

Prob. min. ad 1. *Non ex iure naturae.* Nam potestas *physica* praevalens, quae sola per factum victoriae exhibetur, per se nil commune habet cum potestate *morali,* quae est de essentia omnis iuris. Unde altera sine altera exsistere potest. Ergo ex felici eventu victoriae, quo tota forte potestas hostilis quodammodo inermis ad pedes victoris prostrata iaceret i. e. *physice* eius imperio prorsus subiecta, concludere nullatenus licet huic *physicae* superioritati et potestati in victos eo ipso parem quoque *moralem,* i. e. ius quasi absolutum victori competere. (Cf. P. I, n. 485—495.)

Prob. min. ad 2. *Non ex iure positivo legitimo.* Quamquam praxis iuris antiqui diuturna *quasi* consuetudine inter gentes inolevit atque inde etiam in theoriam aliquatenus transiit, ex aevo tamen christiano nequaquam indolem veri alicuius iuris internationalis *positive sanciti* aut *consensu agniti* umquam habuit. Quando potentes *ambitiosi,* prout ipsorum intererat, illo praetenso iure utebantur, id sane non ceteris omnibus veluti iustum approbantibus fiebat, etsi plerumque tacentibus, quia impedire vel non poterant vel non audebant. Consuetudo autem, quam facile homines *rectae rationi adversam* esse sentiunt, vim verae legis seu iuris habere nequit.

**755. Probatur pars II** (affirmativa).

Ultima victoria expeditam facultatem praebet:

1. *Effective iuris postulata exsequendi,* quorum iniusta recusatio aut detentio belli causam suppeditaverat; v. g. provinciam iniuste ante ablatam simplici occupatione sibi revindicandi ut propriam; aut iustam *satisfactionem pro gravi illata iniuria* hactenus frustra petitam, nunc imperio et vi extorquendi, immo et pro merito *poenalem vindictam* sumendi[1], habita ratione culpae, quae

[1] Iuvat hic notare, quod *Suarez* de bello (l. c. disp. XIII, sect. 4, n. 5) in hanc rem docet: „Iusta etiam causa belli est, ut qui iniuriam

potest esse totius fere gentis vel solius fere principis. — N facultas *effectum iuris realem* efficiendi, idque etiam *coactione* si opus sit, in ipsa *natura iuris* stricte dicti continetur, neque alter novum ad hoc ius sibi superaddi ullatenus exigit. (Cf. P. I, n. 476. 481.)

2. *Aequam postulandi satisfactionem titulo indemnitatis* pro belli sumptibus aliisque damnis extraordinariis occasione belli sibi illatis. — Quod quidem manifeste fundatur in communi regula *iustitiae commutativae.*

Ubi debitum eiusmodi ab hoste contractum haud facile appensis pecuniis aequari potest, nil impedit, quominus, praemissa partium *conventione, vel* quaedam designata bona immobilia, ut provincia aut eius aliqua pars, in illius compensationem victori cedantur eiusque dicioni legitime accedant, *vel* ad tempus tantum occupanda et administranda cum usufructu permittantur, *vel* pignoris instar creditori quomodocumque devinciantur.

3. Denique *ad futuram securitatem, si opus videatur, genti devictae congruam cautionem imponendi.* — Negari enim nequit victori fas esse sua iura iam bello sibi revindicata *reali* aliquo munimine tueri, quo futurae similis iniuriae periculo et hinc renovandi belli necessitati in antecessum subtrahantur. Est haec per se rationabilis providentia *legitimae defensioni* subserviens; et tum quidem potissimum usui esse intellegitur, cum devictus hostis propter facta antecedentia, v. g. iteratam perfidam violationem solemnium pactorum et similia, apud gentem victricem merito omni fiducia in sua promissa excidit, unde fere tamdiu solum pacem servaturus praevidetur, quamdiu externis adhibitis frenis ab ea rumpenda praepeditur.

In tali igitur casu victor inter ceteras pacis condiciones etiam realem aliquam *cautionem* contra fidei instabilitatem imponere legitime potest, *dummodo tamen illa rationem necessitatis ad iustam defensionem non excedat,* neque praetextu futurae securitatis revera

iuste puniatur, si recusat absque bello iustam satisfactionem praebere.... Ratio est, quia sicut intra eandem rempublicam, ut pax servetur, necessaria est legitima potestas ad puniendum delicta, ita et in orbe, ut diversae respublicae pacate vivant, necessaria est potestas puniendi iniurias unius contra aliam. Haec autem potestas non est in aliquo superiore, quia nullum habent, ut ponimus; ergo necesse est, ut sit in supremo principe reipublicae laesae, cui alius subdatur ratione delicti. Unde huiusmodi bellum introductum est loco iusti iudicii vindicativi.'

forte ambitiosae potius cupiditati aut tyrannidi subserviat. Ex rerum et personarum adiunctis generatim haud difficile discernitur, utrum suspicio de tali abusu iuris ceterum legitimi vero aliquo fundamento nitatur. Commune namque cunctis istis pacis cautionibus est, ut per eas aliquo modo et gradu devictae gentis facultas rebellandi restringatur aut etiam adimatur, ac proinde simul propria victoris relativa potentia eodem gradu firmetur vel augeatur.

**756.** Eiusmodi cautionum formae historice usurpari solitae hae fere sunt: a) gentem devictam obstringere, ut arces et loca munita in suis confinibus sita et hostili aggressioni reipublicae vicinae hactenus faventia aut in manus victoris cum dominio tradat aut intra certum temporis spatium dirutis munimentis solius pacis usibus reddat, necnon a novis similibus operibus exstruendis abstineat. b) Onus materiale, quod eidem genti forte iam titulo satisfactionis pro gravi iniuria seu poenalis vindictae imponitur, simul ad hunc quoque finem mensurare, ut debilitatis aliquatenus viribus materialibus saltem per seriem annorum illa cogatur pacem vel invita servare. c) Loco oneris gravioris tributarii, quod toti populo incumberet, principis potius, rectoris gentis hostilis, potentiam externam, quantum id a victore dependet, aliquo modo mutilare, sive per modum contractus publici aliquam illius dependentiam inducendo, sive aliqua parte dicionis eum privando. d) Ipsam politicam exsistentiam seu publicam independentiam reipublicae devictae ad tempus suspendere, aut etiam facta eius annexione ad alienam dicionem omnino supprimere. Hoc tamen inter media procurandae in posterum *securitatis et pacis* sane *extremum* — nec facile ratione *necessitatis* iustum censeri potest, nisi forte simul, post exhaustam diuturnam longanimitatem, *ad puniendam perfidiam* gentis eiusque principum compluries iteratam denique exsequendum videatur.

Unde apparet posse quidem per rerum adiuncta *occasione victoriae* (post bellum iustum) legitimum aliquando pro victore titulum iuris oriri partem dominiorum gentis hostilis devictae sibi ipsi tamquam propriam assumendi; sed *numquam* tale illius ius in ipsa *superioritate potentiae physicae,* quae per ultimam victoriam signatur, fundari potest.

**Corollaria.**

**757.** I. Partes hostilis dicionis, ut provinciae, urbes etc., quae tempore belli per felicem pugnae successum occupantur, nequa-

quam eo ipso occupantis propriae putandae sunt, sed interim tantum *transitorie* eius potestati subiiciuntur, donec post „ultimam" victoriam per pacis contractum (secundum praedictam iustitiae normam) inter utramque partem quae iuris sint definiantur.

758. II. Nefas propterea dicendum est incolas provinciae bello captae et occupatae statim adigere, ut permutato suo nexu civili et vi a legitimo suo principe separati deinceps in verba victoris iurent eiusque potestatem civili officio agnoscant. Nec minus nefas hostium bona immobilia aut provincias in bello (transitoria potestate) occupatas ita considerare ut *praedam* iure belli immediate legitimam, ut nihil obesse putetur, quominus actualis possessor de iis ad libitum disponere, v. g. eas cuicumque alteri nationi pretio vendere aut alia condicione alienare legitime valeat.

759. III. Ne „ius praedae" quod vocant, in publicum latrocinium degeneret, nequaquam ita intellegendum est, quasi victori „iure gentium" fere illimitata libertas competat, ex terra hostili armis devicta asportandi in suae gentis thesauros ditandos et exornandos quidquid illi placuerit, bona mobilia pretiosa et curiosa, opera artis conspicua nullo pretio venalia, archivalia documenta a saeculis forte caute custodita, aut inalienabilia nationalis historiae monumenta etc. Praedari per se est actio *hostilis,* qua belligerantes aliquando legitime utuntur ad victoriam sibi comparandam. Ergo „ius praedae", qualecumque sit, pertinet ad modum belli gerendi et sic etiam non est illimitatum, sed proxime dirigitur in opportune auferenda *subsidia bellica* hostium, ut v. g. occupanda horrea rei frumentariae, receptacula publica armorum aliorumque utensilium in usum hostilis exercitus. *Privatorum* autem bona, quantum fieri potest, intacta manere debent. Dicitur „quantum fieri potest". Nam si in aliquo forte casu ad felicem belli *iusti* exitum etiam *privatarum possessionum* violatio aut destructio *necessaria* videatur, belligerans eam exsequendo *suo iure* utitur. Ita in bello laesis post bellum recursus manet ad suum civile gubernium ad obtinendam congruam indemnitatem. — Ea etiam bona, quae ad sustentandum transeuntem exercitum ab incolis regionis interdum necessario „requirenda" sunt, secundum regulam iuris recentioris non instar praedae vi extortae, sed vel soluto pretio vel saltem reddito chirographo pro pignore futurae illis procurandae indemnitatis accipi solent; nisi forte iidem incolae civiles propter hostiles actiones aliquatenus puniendi videantur. Itaque „ius praedae"

*post ultimam victoriam* nullum exsistit neque naturale neque legitimum positivum, nisi „praedae“ nomine quis intellegat ea omnia, quae victor speciali uno vel pluribus iuris titulis (ex iis, qui supra nominati sunt) ab hoste devicto iuste exigere potest [1].

**760.** IV. Urbem aliquam post longam et laboriosam obsidionem denique cruenta expugnatione captam militum *arbitrio* diripiendam tradere, partim ad remunerandos milites partim ad ulciscendam obstinatam urbis defensionem, quod quidem secundum ius belli „antiquius“ non raro factum esse constat, *hodie* merito tamquam barbara crudelitas ab omnibus reprobatur; eo magis, quod neque

[1] In hanc rem ait *Bluntschli*, Das moderne Völkerrecht p. 36: „Auch hier bewährt jener Grundsatz des heutigen Rechts, dass der Krieg gegen den Stat und nicht gegen die Privaten geführt werde, seine heilsame Wirkung. Wir unterscheiden nun zwischen *öffentlichem Vermögen* und *Privatgut*. Das öffentliche Vermögen, welches dem feindlichen State gehört, darf im Kriege angegriffen und von dem Sieger weggenommen werden. Voraus bemächtigt sich die Kriegsgewalt aller der Sachen des Feindes, welche Bezug auf die Kriegführung selber haben, der Waffen, der öffentlichen Magazine und Vorräthe, der Kriegskasse, denn voraus ist die Kriegsgewalt berechtigt, dem Feinde die Mittel zu entwinden, mit denen derselbe Krieg führt und Widerstand leistet. Ferner ergreift sie, indem sie im feindlichen State fortschreitet, die Zügel der Statsgewalt und nimmt mit Recht die öffentliche Autorität einstweilen für sich in Anspruch. Sie verfügt daher über die öffentlichen Gebäude, nimmt die Finanzzölle aller Art in ihre Hand und erstreckt ihre Hand über die öffentlichen Kassen; denn es dient das, den feindlichen Stat zu überwinden und zum Frieden zu zwingen.... Nicht alles öffentliche Gut dient in gleicherweise dem State.... Viele öffentliche Anstalten dienen mit ihrem Vermögen andern, eher socialen Zwecken.... Eben deshalb sind sie nicht im Sinne des Kriegsrechtes als öffentliches Vermögen zu betrachten.... Wenn das heutige Völkerrecht sogar einen Theil der öffentlichen Güter vor den Griffen des Siegers bewahrt, so versteht sich der Schutz des *Privateigenthums* nun von selbst.... Endlich hat das gereiftere Rechtsbewusstsein der civilisirten Welt es eingesehen, dass auch jenes angebliche *Beuterecht* im Krieg, trotz der zahlreichen und ehrwürdigen Autoritäten der römischen Rechtswissenschaft and der [illegible]telalterlichen Rechte, *eitel Unrecht* sei und sich mit einer gesicherten W[illegible]ordnung durchaus nicht vertrage“.... Die scheussliche Maxime, ... dass [illegible] Krieg sich selber ernähren müsse, und dass daher die Heere in Feind[illegible]nd auf Kosten der friedlichen Bewohner leben dürfen, wird heute von der ö[illegible]ichen Meinung als Barbarei gebrandmarkt. In der Noth freilich, wenn a[illegible]suchende Lebensmittel ... in ordentlicher Verkehrsform nicht zu erwerl[illegible], ... dann kann es dem Truppenkörper nicht verwehrt werden, [illegible] h[illegible] Gev[illegible]; sich die Dinge anzueignen, ohne die er nicht leben und seine [illegible]s er-[illegible]füllen kann.... Aber auch in diesem äussersten Falle erkennt [illegible] Kriegsgewalt ... die Pflicht schatzungsgemässer Entschädigung an.“

ruina innumerorum insontium incolarum iusta merces militum esse potest, neque insignis et constans fortitudo hostium in urbe defendenda *per se* criminis instar punienda, sed potius generatim etiam in adversario bonae fidei ut virtus aestimanda et honoranda est[1]. Tametsi enim *obiective,* ut supponitur, contra causam *iustam* ita pugnarunt, spectata tamen fere *passiva* condicione hodiernis exercitibus plerumque communi, admodum raro in militibus hostilis exercitus ea cognitio causae *iniustae* a se defendendae invenitur, quae sufficiat ad *subiectivam ipsis conscientiam iniustitiae* ingerendam. Severius sane iudicandum, si pars adversa tota ex collectis voluntariis constaret.

**761.** V. Hostes *captivi,* ex consuetudine hodie inter cultas nationes recepta, nullo alio personali suo iure privandi sunt nisi *usu libertatis,* quantum opus est, ut ab ulteriore cooperatione hostili cum sua gente impediantur. Quamdiu autem captivi detinentur, cum humanitate et excluso vindicandi animo tractandi sunt, ut appareat eos ob solam cautionem bellicam, non vero in poenam libertate destitui; nisi quis forte bellum manifeste iniustum tamquam miles *„voluntarius“* aut singulari studio promovens speciale sibi demeritum comparaverit, vel aliunde tamquam criminis reus legitimum iudicium subire teneatur. Solent bello adhuc durante utriusque belligerantis captivi ex conventione facta commutatione redimi. Pace autem conclusa, quicumque remanent, libertati et patriae reddendi sunt.

## Notanda ad solvendas difficultates.

**762.** 1. Quid in bello et post ultimam victoriam in hostes devictos *solo spectato iure naturae* liceat, nequaquam recte quis concluderet ex iis, quae S. Scriptura de variis bellis populi israelitici refert[2]. Is enim sub regimine theocratico constitutus

[1] *Bluntschli* l. c. p. 39: „Zuweilen vertheidigt man noch heute die Erlaubniss zur Plünderung eines hartnäckig vertheidigten Platzes mit dem Bedürfniss der Kriegsführung, die Angreifer durch die Aussicht auf Gewinn zum Sturme zu ermuthigen. Indessen ist das nur die alte Barbarei.... Ganz mit denselben schlechten Gründen hatte man vordem den Stürmenden auch die Frauen in dem eroberten Platze preisgegeben. Was seiner Natur nach schändliches Unrecht ist, das darf auch nicht als Belohnung versprochen und nicht als ein Mittel benutzt werden, um den Pflichteifer leidenschaftlich aufzuregen.“

[2] Ita *Grotius* l. c. l. III, c. VI, § 1, ut ostendat *ius praedae* in bello iusto et intra iustos terminos a *Deo probari,* complura affert exempla et testimonia S. Scripturae, ut inter alia Deut. XX, 44 de quo dicit: „Deus in lege sua

saepe positiva mandata Dei exsequebatur, cuius absoluto dominio utique cuncta subiecta sunt. Huius igitur supremo et inscrutabili iudicio et mandato quasdam gentes usque ad internecionem aggressive debellavit ac penitus destruxit, idque legitime, non sane iure gentium naturali et cunctis gentibus *communi,* sed *particulari* iure divino *positivo.* — Perperam igitur nonnulli auctores argumentis ex Veteri Testamento depromptis *theologice* probare conati sunt principes belligerantes etiam christianos, qui practice „ius belli antiquius" sequebantur, suo iure legitime usos esse, nisi forte mensuram debiti moderaminis aliquando excesserint.

**763.** 2. Non sane sine speciali ratione Deus, qua rerum humanarum providus gubernator, frequenter etiam „Deus exercituum" vocari voluit, idque non solum respectu populi Israel sed totius generis humani, quasi belligerantibus quibuscumque diceret: scitote Me solum esse supremum belli arbitrum, qui ad fines suos arma dirigit et cui voluerit victoriam largitur, *„tradens illi in manus"* hostes sibi adversos. Ita videlicet in historia sacra identidem victoriam a Deo concessam *realiter* circumscriptam legimus. — Nihilominus nemo profecto rationabiliter hinc concludere audeat testimonio S. Scripturae „ius illud belli antiquum" universaliter tamquam divinitus approbatum habendum esse, proinde (saltem post bellum iustum) omni victori devictos hostes *a Deo* ita *„in manus tradi",* ut de iis tamquam omni iure privatis illimitata potestate disponere valeat.

*Nam* praeterquam quod huc etiam pertinet, quod supra ad 1 notatum est, ista loquendi forma: „alicui hostes in manus tradere", manifeste *per se* nihil aliud significat quam perfectam subiectionem sub eius *potestate physica* seu plenam victoriam, nullatenus vero victori a Deo datam simul potestatem *moralem* et quasi licentiam generalem utendi potestate physica in hostes devictos *pro suo arbitrio* et nulla habita ratione legum naturalium iustitiae et caritatis. Quoties autem „tradere in manus" *in casu particulari* simul referri videtur ad exsecutionem vindictae divinitus praeceptae, id semper ex contextu et propria belli ratione intellegitur.

**764.** 3. *Grotius*[1] in hac quaestione *ius naturae* et *ius gentium positivum* distinguendum esse existimat. Et considerato quidem

---

de civitate post pacem repudiatam expugnata loquens sic ait: Omnia spolia diripies tibi et frueris praeda hostium quam tibi Deus dederit."

[1] L. c. § 1 et 2.

*solo iure naturae* de legitima potestate victoris in hostes devictos idem fere profitetur, quod in nostra thesi asseritur. Dicit enim: „Iure naturae bello iusto ea nobis acquiruntur, quae aut paria sunt ei, quod cum nobis sit debitum, aliter consequi non possimus, aut etiam quae nocenti damnum inferunt intra aequum poenae modum.“ Quod vero Grotius cum aliis illius aetatis aut scholae auctoribus quasdam insuper belli praxes secundum vestigia „iuris antiquioris“ inter gentes christianas adhuc usurpari solitas nomine „*iuris gentium*“ (positivi) comprehendit, idque ut tale *publice* legitimum agnoscit, pro illius temporis usu tolerandum magis quam positive approbandum videtur (cf. n. 754). Sed etiamsi forte saeculis praeteritis haec opinio suum qualecumque fundamentum habuit, a saeculo certe XIX virtualis consensus cultarum nationum, quo illud „ius gentium“ constare deberet, nequaquam subsistit, immo in dies magis in contrarium se convertit.

765. **Scholium.** I. Absoluto huic articulo coronidis instar subiungere liceat eiusdem brevissimum aliquod compendium, quo iam *Victoria*[1], cuius in hac re auctoritatem ipse Grotius celebrat, christianis principibus et populis officia circa bellum servanda inculcat, hos praeclaros tres canones statuens:

„*Primus canon:* Supposito quod Princeps habeat auctoritatem gerendi bellum, primum omnium non debet quaerere occasiones et causas belli, sed, si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habere, ut Paulus (Rom. 12) praecipit. Debet autem recogitare, quod et alii sunt proximi, quos tenemur diligere sicut nos ipsos, et quod habemus omnes unum communem dominum, ante cuius tribunal tenemur rationem reddere ... sed coactum et invitum venire oportet ad necessitatem belli.

*Secundus canon:* Conflato iam ex istis causis bello, oportet illud gerere non ad perniciem gentis, contra quam bellandum est, sed ad consecutionem iuris sui, ad defensionem Patriae et Reipublicae suae, ut ex illo pax aliquando et securitas consequatur.

*Tertius canon:* Parta victoria et confecto bello oportet moderate et cum modestia christiana victoria uti, et oportet, victorem existimare se iudicem sedere inter duas respublicas, alteram quae laesa est, alteram quae iniuriam fecit, ut non tamquam accusator, sed tamquam iudex sententiam ferat, qua satisfieri quidem possit reipublicae laesae, sed quantum fieri potest cum minima calamitate et malo reipublicae nocentis.“

II. Observatis in bello his praeceptis, quae, ut apparet, tota fundantur in *caritate christiana iustitiae sociata*, abunde quoque satis-

[1] Relect. de iure belli n. 32 sqq.

fieret cunctis regulis *„humanitatis“*, quas pro sua indole *hodierna* societas a belligerantibus exigere solet, et quarum theoria, interim politicorum examini subiecta, destinatur fieri aliquando vigens ius belli internationale. Illarum fere conspectum nobis exhibent *Acta internationalis congressus („conférence“) Bruxellensis anni 1874* [1]. Huc namque (invitante *Russia*) legati fere omnium Statuum Europae eo potissimum fine convenerant, ut serio de mediis deliberarent, quibus mala belli mitigari et principia humani-

[1] „Actes de la Conférence de Bruxelles 1874. — Bruxelles, Imprimerie du Moniteur Belge, 1874.“ — *Pag. 2: „Projet d'une Convention internationale concernant les lois et contumes de la guerre“:*

*„Principes généraux:* § 1. Une guerre internationale est un état de lutte ouverte entre deux États indépendants (agissant isolement ou avec des alliés) et entre leurs forces armées et organisées. — § 2. Les opérations de guerre doivent être dirigées exclusivement contre les forces et les moyens de guerre de l'État ennemi et non contre les sujets, tant que les derniers ne prennent pas eux-mêmes une part active à la guerre. — § 3. Pour atteindre le but de la guerre, tous les moyens et toutes les mesures, conformes aux lois et coutumes de la guerre, et justifiés par les nécessités de la guerre, sont permis. Les lois et coutumes de la guerre n'interdisent pas seulement les cruautés inutiles et les actes de barbarie commis contre l'ennemi; elles exigent encore, de la part des autorités compétentes, le châtiment immédiat de ceux qui se sont rendus coupables de pareils actes, s'ils n'ont pas été provoqués par une nécessité absolue. — § 4. Les nécessités de la guerre ne peuvent justifier: ni la trahison à l'égard de l'ennemi, ni le fait de le déclarer hors la loi, ni l'autorisation d'employer contre lui la violence et la cruauté. — § 5. Dans le cas ou l'ennemi n'observerait pas les lois et coutumes de la guerre, telles qu'elles sont définies par la présente Convention, la partie adverse peut recourir à des représailles, mais seulement comme un mal inévitable et sans jamais perdre de vue les devoirs de l'humanité.“

*Particularis autem materia* Conventionis propositae ex hac eius distributione in *sectiones* et *capita* aliquatenus coniici potest:

*Section I.* Des droits des parties belligérantes l'une à l'égard de l'autre. — *Chapitre I.* De l'autorité militaire sur le territoire de l'État ennemi. — *Chapitre II.* Qui doit être reconnu comme partie belligérante; Des combattants et des non-combattants. — *Chapitre III.* Des moyens de nuire à l'ennemi; de ceux qui sont permis ou qui doivent être interdits. — *Chapitre IV.* Des sièges et des bombardements. — *Chapitre V.* Des espions. — *Chapitre VI.* Des prisonniers de guerre. — *Chapitre VII.* Des non-combattants et des blessés.

*Section II.* Des droits des parties belligérantes par rapport aux personnes privées. — *Chapitre I.* Du pouvoir militaire à l'égard des personnes privées. — *Chapitre II.* Des réquisitions et des contributions.

*Section III.* Des relations entre les belligérants. — *Chapitre I.* I modes de communications et des parlementaires. — *Chapitre II.* Des capitulations. — *Chapitre III.* De l'armistice.

*Section IV.* Des représailles.

tatis practice applicari possent („tout ce qui peut adoucir les maux de la guerre et développer les principes humanitaires"). Argumentum fundamentale et quasi materiam totius deliberationis et liberae discussionis Russiae gubernium in antecessum sollicite praeparari curaverat, ita ut congressui statim ab initio amplissimum rerum *schema* examinandum proponere posset, hac inscriptione praeditum: „Projet d'une convention internationale concernant les lois et coutumes de la guerre." Hoc imprimis documentum (simul cum eius modificationibus post discussionem in conventu placitis) etiamnunc practica aliqua gravitate non caret, eo minus, quod eius *idea fundamentalis* in recentiore internationali conventu, 1899 *Haagae* similiter praeeunte Russia celebrato, manifeste iterum proposita exstat, quamquam latius practice extensa, instar complementi Actorum Bruxellensium.

# Caput III.

## De sociali problemate gentium.

### Articulus 1.

*De obiectivo fundamento talis problematis.*

766. In prospere solvenda „quaestione sociali" quam vocant. optimorum hodie studia versantur, scrutantium condiciones, quibus variae hominum classes in societate civili ordinate, pacate et cum oeconomica sufficientia coexsistere et ad commune bonum cooperari secure valeant. His tamen non totum qua late patet in genere humano sociale problema coarctatur. Quod si enim sociales relationes ordini naturae consentaneas non iam inter varias hominum ac civium classes neque inter individua membra humanae societatis, sed inter diversas gentes seu respublicas qua tales consideramus, mirum videri nequit, inter has quoque „socialem quaestionem" quandam ab illa distinctam discerni posse, quae *internationalis* vocari queat, et cui similiter *internationale problema sociale* respondeat. Huius autem positive asserendi *duplex* obiectivum fundamentum congrue distinguere licet, alterum empiricum alterum philosophicum et ideale.

#### § 1. Ratio empirica.

##### A. Sensus fere communis peritorum.

767. Viri docti non pauci, qui decurrente saeculo XIX de iure internationali sive philosophice sive politice et practice scribere

susceperunt, etsi ceterum in multis doctrinae capitibus divergentes, in eo tamen fere omnes facile consenserunt, quod ius internationale universum, quale hactenus subsistit, respectu finis quem sibi propositum habeat, per se *imperfectum* atque *insufficiens* declararent (cf. n. 745). Quod autem potissimum in eo desiderari solet, est *artior gentium inter se communio maiorque solidaritas.* Ita inter alios *Rob. v. Mohl*[1] conqueritur, quod iuris internationalis scientia, dum recte quidem et necessario ab independentia seu libera personalitate publica societatum civilium procedit indeque necessarias iuris conclusiones deducit, nimis exclusive in his occupetur, multo minus autem in considerando problemate singulis his liberis societatibus proposito „ordinata coniunctione cum aliis statibus publicis, vitae fines tum sui populi tum universi generis humani promovendi". — Similiter complures alii scriptores[2] (plerique iam ante v. Mohl) suo modo et pro suprema politica idea, quae unicuique obversabatur, ius internationale critico examini subiecerunt,

[1] L. c. vol. I (1860) (Völkerrecht): „Die Pflege der internationalen Gemeinschaft als Aufgabe des Völkerrechtes." p. 587 sq.: „Die gewöhnliche Auffassung des Völkerrechtes ist, dass dasselbe diejenigen Rechtssätze entwickle, welche die gegenseitigen Verhältnisse *souveräner*, d. h. selbständiger und von einander unabhängiger Staaten regeln.... Es ist unzweifelhaft richtig, dass im Völkerrechte vor allem und zur Gewinnung einer rechtlichen Grundlage für das Weitere das Recht des einzelnen Staates, zu bestehen, sich Zwecke zu setzen und diese mit den nothwendigen Mitteln zu verfolgen, begründet und gegen willkürliche Eingriffe anderer Staaten sichergestellt wird; und es kann dieses nicht geschehen, ohne dass manchfache logische Folgerungen alsbald gezogen werden. Die Souveränität der Staaten ist ihre rechtliche Persönlichkeit.... Allein es ist eine Halbheit, wenn nur dieses egoistisch berechtigte und abgeschlossene Sein der Staaten zum Gegenstande der Erörterungen des Völkerrechtes gemacht, und daran etwa nur noch die Darlegung der Mittel geknüpft wird, wie die Persönlichkeit und die ihr innewohnenden Rechte gütlich oder mit Gewaltmassregeln gewahrt werden können. Neben diesem Rechte, zu sein und für sich zu leben, ungekränkt und ungezwungen von andern, im Nothfalle sich zu vertheidigen, steht nämlich auch noch die grosse Aufgabe, durch geordnete Verbindung des Staates mit fremden Staaten sowohl die Lebenszwecke des eigenen Volkes als die des gesamten Menschengeschlechtes zu fördern."

[2] Nominari possunt: *H. C. v. Gagern*, Kritik des Völkerrechts (1840). *I. Fallati*, Die Genesis der Völkergesellschaft, ein Beitrag zur Revision der Völkerrechtswissenschaft (Tübinger Zeitschrift für Staatswissenschaft " Heft 1—3). *K. v. Kaltenborn*, Kritik des Völkerrechts nach dem j punkte der Wissenschaft (1847). *A. Bulmerincq* l. c. Bd. I: Ki führungen und Forschungen zu Gunsten der Systematisirung d rechtes (1858). Quibus addi potest *Bluntschli*, Das moderne Vi

simul autem experti sunt, quam difficile sit illius qualemcumque *idealem* perfectionem vel theoretice delineare. In concreto enim et in historica populorum coexsistentia *nullibi* naturae hominum *ideali,* sed *ubique* contra innumeris vestigiis *originalis eius lapsus ac degenerationis* occurrimus. Huic statui *reali* humani generis consequenter Deo providente ipsas quoque sociales institutiones accommodari videmus, eas etiam, quas in sua specie naturalis originis esse constat.

B. **Realis internationalis necessitas.**

768. Quemadmodum universim in externis vitae socialis condicionibus ita in externo habitu socialium relationum inter diversas gentes saeculum XIX stupendam sane mutationem attulit. Ex quo enim non sine alto Dei consilio naves currusque vaporarii et telegraphi electrici iam fere per totum orbem, terra marique suo providentiali officio funguntur, omnes populi, quantiscumque terrarum mariumque spatiis inter se dissiti, sese in dies magis invicem quasi vicinos et affines reddi sentiunt. Hinc autem novos pariter in dies socialis commercii modos inter coexsistentes nationes oriri necesse est. Quo magis enim haec moralis vicinia crescit, quo facilior, frequentior et multiplicior universalis nationum inter se communicatio evolvitur, eo plura ac potentiora momenta *artioris* cuiusdam nec plane transitoriae *socialis communionis* inter illas fundari videmus. Exsistentia certe alicuius populi (non penitus barbari) quasi solitaria et mere egoistica, quod sibi soli sufficere videatur, hodie iam haud possibilis apparet; neque casui vel causis fortuitis attribuendum est, quod nostra demum aetate ipsum *sinense imperium* internationalis communionis influxum diutius a suis finibus et populis arcere nequaquam possit. Pleraque nempe bona culturae, sive natura sive arte et industria producantur, ea etiam, quae alias fere exclusive proprium thesaurum vel ornamentum unius alteriusve gentis exhibere videbantur, nunc, etsi non iure possessionis, in suis tamen effectibus et fructibus magis magisque omnium nationum *bona communia* esse intelleguntur. Sensus hic *solidaritatis nationum* oeconomicae, intellectualis et moralis more recenter inducto *„expositionum“ internationalium* haud ambigue illustratur; et proxime quidem hic mos id efficit, ut inter varios populos pacifica aemulatione culturae sensa nationalis alienationis et frigidae indifferentiae paulatim vincantur eorumque loco studia *positive socialia* communis boni internatio-

nalis induantur. Ita quoque fit, ut omnes graviores casus, quibus singillatim una aut plures nationes commoventur, maxime vero belli pericula, illico reliquas omnes aliquo modo tamquam commune malum attingant, nec omnino indifferentes esse sinant.

Quae cum ita sint, facile intellegitur fieri non posse, quin horum assiduo influxu sociales populorum nexus paulatim versus gradum quemdam, quantumvis imperfectum, *moralis unionis* progrediantur. Et vero suae propriae utilitatis ratione, immo necessitate singulae nationes iam compelluntur ad opportunas investigandas vias, quibus communi omnium consilio et cooperatione id, quod omnes ut commune malum sentiunt, impediri et averti, quod vero cunctis utile, promoveri et conservari queat.

Inter liberas vero respublicas alia via eiusmodi bona communia socialiter prosequendi non exstat, nisi via *internationalis conventionis et foederis.* Quam sit autem haec via suapte natura difficilis et plerumque multis nec raro insuperabilibus impedimentis obnoxia, historica experientia demonstrat. Duarum quidem vel trium nationum liberum consensum fieri in idem placitum singulis commodum atque ita partiales inter diversas nationes conventiones et pactiones iniri sane haud difficile apparet. Valde autem crescit difficultas, ubi agitur de obtinendo consensu pactitio *omnium* cultarum nationum in aliquam legem internationalem condendam, quae deinceps agnitum *ius commune gentium* sit singulis ex obligatione reverendum[1]. Iam vero ad tales communes *internationales normas practicas,* quantocius in commune bonum humani

[1] Quam difficile sit *pluralitatem* gentium politice *independentium*, sed historica condicione, externae potentiae ambitu vel angustia, spe etiam vel metu futurae forte sibi instantis politicae sortis valde inter se discrepantium, ad *efficacem unire consensum* de proposito aliquo practico communi consilio perficiendo, recentiore tempore illustratur potissimum per Congressum internationalem Bruxellis 1874 habitum, de quo supra n. 765 iam dictum est. In eo namque per legatos fere omnium populorum Europae gravissimae quaedam regulae post maturam deliberationem adoptatae ac propositae sunt, quibus deinceps, ubi bellum omnino vitari non posset, tota saltem belli gerendi ratio eiusque malorum extensio humanitatis postulata haud praeteriret. (Cf. „Actes de la Conférence de Bruxelle 1874. Imprimerie du Moniteur Be[illegible] 1874.") Verum totus hic labor sane laudabilis (iam tum inspirante ac pr[illegible] v[illegible] e imprimis Russiae Imperatore susceptus), si *moralem* eius influxum in [illegible] publici scientiam excipias, omni sperato effectu *reali* adhuc caruit, quia [illegible] Bruxellensia legatis placita ab ipsis guberniis *ad praesentem usque di[illegible] non sunt* (!). Ita quidem Russia conquesta est cum ad novam „C[illegible] pacis" Haagae 1899 habendam invitaret.

generis ope foederis stabiliendas, omnes nationes per commemorata horum temporum adiuncta haud dubie sese compelli sentiunt. Unde sperare licet huic *instinctui sociali* populorum eam paula efficaciam accessuram, ut superatis impedimentis, quae a ] rismo vel egoismo forte paucorum aliquando opponi possunt, iuris publici subsidia ad procurandum et firmandum *commune bo gentium* augere et stabilire valeat. Quis non inter alios ei ı *fructus iuris internationalis* aliquod satis tutum *remedium* in desideret, quod, ut alias iam dictum, ad *excludenda in pc bella* inter nationes christianae culturae participes sufficiat? — Utinam huius quoque communis ratio utilitatis ac necessitatis iis, qui nationibus praesunt, mox eodem practico lumine illucescat, quo permoti nonnulla miranda instituta internationalia, quibus omnes gentes cultae iam fruuntur, invicta constantia sapienter suscitarunt; e quibus prae ceteris nominandum est internationale foedus, quod vulgo „Weltpostverein" nuncupatur.

## § 2. Ratio philosophica seu idealis.

769. Huius quidem rei iam alias data occasione ut: P. I, n. 429: P. II, n. 622. 745 mentio facta est eiusque fundamenta partim per modum scholii exposita. Quod tamen nil impedit, quominus eadem doctrinae momenta, quae ibidem quasi per transennam considerationi suggesta sunt, hic tamquam in loco sibi proprio per thesin asserantur. *Iuris internationalis* enim potissimum interest *quaestio:* Utrum socialis organismus, qui naturali origine in his terris historice exsistit, quique a familia procedens per ulteriores gradus sociales ad perfectam denique *civilem societatem* assurgit, secundum *ideam naturae* in hoc gradu completus et absolutus censeri possit; an vero relative tantum perfectus dicendus sit, quamdiu non *universalis* omnium populorum societas tamquam naturale complementum ei accesserit?

Quodsi haec *altera* disiunctionis pars *affirmanda* videtur, illico *nova quaestio* oriatur necesse est: qua ratione haec *idea naturae*, quae *per se* progressu temporis aliquando adimpleri postulat, cum reali et historico statu societatis humanae conciliari possit.

770. **Thesis LXXXIV. Organica societatis humanae structura secundum ideam et directionem naturae nequaquam per solum numerum societatum civilium cum aequali libertate et independentia sibi coexsistentium, sed ultimatim per earundem universalem aliquam socialem unitatem terminatur.**

Praenotanda. Thesis nullum factum neque praesens neque futurum, sed mere philosophice aliquod *postulatum naturae* enuntiat, quod proxime non tam realis quam *idealis* ordinis est. Id ipsum indicant verba: „secundum ideam et directionem naturae".

**Probatur I.** *Ex principio unitatis, quo tota structura socialis naturaliter informatur.*

Intra *unitatem* generis humani sub influxu naturae totum in his terris sociale aedificium incipit ab elementaribus *unitatibus* individuorum, e quibus *prima* fundamentalis oritur *socialis unitas,* familia (societas domestica); coniunctione familiarum ulteriores sequuntur *unitates sociales,* communitates inchoative civiles, quae iterum proxime elementa fiunt *universalioris* unitatis socialis, perfectae scilicet *societatis civilis.* Haec autem naturalis progressio ad ulteriores et generaliores *unitates sociales* ex immediate praecedentibus formandas *per se* alium naturalem terminum habere non potest nisi *unitatem* denique socialem *nationum,* quae cum unitate generis humani coincidat.

771. **Probatur II.** *Ex causali efficacia socialis naturae.*

Organica structura humanae societatis secundum ideam et directionem naturae ad eam moralis unionis universalitatem *per se* tendere dicenda est, ad quam in sociali hominis natura causalis efficacia *per se sufficiens et proportionata* exsistit. Atqui haec efficacia per se talis est, quae nulla sociali unione *particulari* exhauriatur. Ergo...

Prob. min.

1. Virtus naturae socialis, qua fit, ut ex individuis familiae, ex familiis per gradus variae communitates usque ad *perfectam civilem societatem* coalescant, in hoc gradu formationis socialis, qui historice hactenus supremus est, nequaquam exhausta esse putanda est, sed, quia *humanae naturae essentialis,* in omni etiam perfecto politico corpore *integra* manet ad ulteriores suos sociales influxus exercendos per se prona.

2. Similiter praeceptum naturale mutui amoris, quod generalissimum omnis societatis est fundamentum, non solum inter homines individuos aut singulas familias viget, sed pari obligatione naturali tum negativa tum affirmativa diversas quoque *nationes* sibi mutuo obstringit (cf. n. 691).

3. Spectato suo *fine naturali* sociali (s ili )
intra ambitum sui generis necessario est il
fini satisfaciat, debet esse proportionata n

*bilitati*, quae est intra condiciones exsistentiae terrestris pariter illimitata. In *associatione* videlicet *generale naturae medium* continetur, quo hominis insufficientiae in suo ascensu ad naturalem sui perfectionem opportune succurritur. Et primum quidem bona vitae maxime necessaria, ad quae comparanda solitaria humana *individualitas* impar esset, familia subministrat. *Familia* ipsa dein, nisi stabili societate cum pluribus aliis et iunctis omnium facultatibus ad novam unitatem socialem, quasi ad familiam familiarum succresceret, sibi nequaquam sufficeret, neque ad securam sui conservationem neque ad congruam sui perfectionem per copiam bonorum utilium procurandam. Ubi vero iam *perfecta* societas civilis constituta est, cessat quidem in ea stricta et immediata *necessitas* cum aliis similibus societatibus altiorem ineundi unitatem socialem, quia societas perfecta seu „completa" eatenus dicitur, quatenus externe et interne est independens, i. e. *sibi sufficiens* in procurandis bonis ad vitam civilem generatim necessariis (cf. P. I, n. 392). Verum tamen etsi cessat *urgens necessitas*, manet nihilominus semper aliqua *naturalis indigentia* illius ulterioris associationis et pro adiunctis temporum maior minorve esse potest. Ratio est naturalis *perfectibilitas generis humani*, cui in his terris in antecessum aliquis certus terminus praefigi nequit. Huic pro suo gradu satisfacere singulae quidem societates civiles iam non sine aemulatione contendunt, dum in suis populis iugiter augere „bona culturae" (sive vera sive existimata) nituntur, quae directe toti generi humano perficiendo conducant, spectata scilicet hodierna facilitate ac celeritate communicationis rerum et idearum in universo orbe. Atque haec ipsa adiuncta internationalia non possunt non gignere semper nova et maiora *externae humanae culturae* problemata inter ea procul dubio etiam talia, quorum exsecutio et sustentatio stabilem consensum et socialem cooperationem *plurimorum*, immo quantum successu temporis fieri potest, *omnium populorum* requirat. Eiusmodi problema esset v. g. institutio internationalis, qua *efficaciter* impediatur, quominus ullae controversiae inter nationes cultas armis et sanguine dirimantur. Negari igitur nequit societatibus etiam civilibus, tametsi respectu sui finis *interni* sibi omnino sufficientibus, nihilominus ratione sui finis *externi*, qui est bonum commune omnium gentium seu totius humani generis, *insufficientiam* internam inhaerere et hinc *indigentiam* aliquam socialis complementi *per organicam vel foederalem cum aliis gentibus unionem.*

**Corollaria.**

**772.** I. Universalis ista nationum societas, quae quidem interim *idealis* tantum est, si umquam futuris generationibus eius aliquam realem formam videre contingat, in eo sane cum omni vitali corpore sociali conveniet, quod per aliquam qualemcumque internationalem *auctoritatem* suam stabilem unitatem exhibeat et conservet. Modus autem *legitimus* inter liberas nationes talem auctoritatem erigendi intra naturae ordinem alius esse nequit nisi *libera conventio.*

**773.** II. Ita constitutum sociale corpus internationale suapte natura *latissima tantum organica unitate* constaret, utpote libera foederatione orta; ea videlicet condicione, ut singulis foederatis circa negotia politica *mere interna* et sibi soli propria originaria libertas maneret, obligatio autem socialis circa res tantum *communes* incumberet. Eidem condicioni analoga esset *auctoritatis internationalis* potestas et competentia, *solis* quippe curandis rebus vere internationalibus circumscripta. In eo namque totus eius *finis naturalis* et ratio exsistendi consistit, ut in ordine ad bonum *commune* omnium nationum ope socialis unionis mediorum id complere conetur, ad quod singulae nationes seiunctae non sufficerent.

**774.** III. Hinc concludere licet hanc *internationalem societatem* secundum „ideam naturae" nullatenus concipiendam esse tamquam monarchiam vel rempublicam *unam universalem,* quae totius generis humani legiferam et politicam administrationem in se sola comprehendat, neque proinde similem politicum organismum supponere, qualem in particularibus statibus publicis praesertim maioribus requiri videmus. Formam potius tum internam tum externam *confoederationis statuum liberorum* in perpetuum stabilitae suapte natura postulare videtur. Propterea magnificum nomen „status publicus mundi", „Weltstaat", quo illam vocare nonnullis scriptoribus placuit [1], admodum ambigue *veram* illius indolem exprimit, immo aliquatenus suspectam reddit nativae libertati nationum. Multo autem minus genuinam illius ideam assecuti sunt, qui ambitione ducti vi armorum et fama invincibilis suae potentiae cunctas gentes, totum orbem *suo imperio subiugare* atque ita ad unitatem corporis politici aut saltem communis servitutis cogere

---

[1] Vide quae P. I, n. 429, nota, referuntur dicta *Bluntschli*, Allgem. Staatsrecht vol. I, I, 2. — Similia et partim eadem in eius opere recentiore „Die Lehre vom modernen Staat" I, 26 sq. leguntur.

susceperunt, uti post Alexandrum principes romani et suo modo recentius Napoleo I.

775. IV. Porro, sicut in ipsa thesi per vocem „ultimatim" insinuatur, putandum non est ex multitudine independentium populorum aliquando quasi *subito et immediate* universalem illam omnium nationum societatem nasciturum esse. Hanc enim *ultimum* potius idealem terminum socialis unionis in his terris esse asseritur, ad quem socialis organismus generis humani per saeculares qu dam intermedios gradus magis magisque appropinquare supponitur. Eiusmodi gradus proximi et intermedii procul semper erunt organicae unitates *particulares* complurium p rum ope confoederationis sive ob cognationem nationalem e cohabitationem in eadem terrae plaga sive ob cuiuscumq munis utilitatis rationem politice et historice constitutae. Ex lum habemus in „statibus unitis Americae septentrionalis". S is formationis politicae semina exstant in America centrali et meridionali. Utrum autem aliquod futurum saeculum etiam „status unitos Europae" forte allaturum sit, praesentem scientiam fugit[1]. Nec minus obscura quaestio, quid sub hoc respectu Asia, Africa post aliquam temporum periodum paratura sit.

## Articulus 2.

*De condicionata reali possibilitate societatis internationalis.*

776. Condiciones ad illius realem possibilitatem necessario requisitas ipsa historia generis humani a suis exordiis ad haec usque tempora haud dubie nos docet. Et duae quidem eiusmodi condiciones opportune distinguuntur, altera in se *naturalis*, altera *positive-providentialis*.

### § 1. Condicio naturalis.

777. Est haec communis hominum *conscientia unitatis generis humani*, in qua universalissima hominum communio, primum et

[1] Inter eos, qui hodie serio in examinandis quaestionibus politico-socialibus occupantur, non desunt, qui ad feliciter superandam *crisin agrariam*, qua hodie omnes fere Europae regiones laborant, nec non ad alias graves quaestiones sociales facilius solvendas, hoc unum certum et efficax remedium fore existimant, ut *sub libere constituto directorio communi europaeo* singuli status publici Europae, in ordine ad *communes* publicas condiciones exsistentiae, etiam oeconomicas, in *unum corpus confoederationis* coalescant. (Cf. Hist.-polit. Blätter 1899, CXXIII, 1. Heft, Art. „Zum Neujahr", ubi remittitur ad 1893 CXI, 221 sqq.)

essentiale societatis momentum consistit[1]. Per communionem enim *eiusdem naturae rationalis,* et consequenter eiusdem relationis ad Deum creatorem et beatificum finem, inter omnes homines illa generalis cognatio oritur et vinculum universalissimum sociale, quo singuli se sentiunt sub Deo supremo legislatore et paterno rectore membra aequalia universalis humanae societatis praesentis et futurae, et ideo in magna quasi Dei familia *fratres.* In eadem communione naturale praeceptum amoris fundatur, quo unusquisque erga omnes et singulos homines obstringitur (cf. P. I, n. 398 sq.). Itaque ex ipsa natura rei concludere licet hanc latissimam basin humanae socialitatis, puta *communem sensum universalis hominum fraternitatis* omni humanae societatis universalitati esse interne *correlatam* et hinc instar *necessariae condicionis* praerequiri, ut humana in his terris societas umquam *universum* genus in sua organica unitate comprehendere possit.

Id ipsum vero *historice* luce clarius illustratur. Et huc quidem tota generis nostri ante Christi adventum historia pertinet. Per peccatum namque alienato genere humano a Deo, communi conditore, legislatore ac fine, communionis quoque ac fraternitatis vinculum inter homines laxari ac prope dissolvi necesse erat. Polytheismus dein, qui erat fructus conaturalis eiusdem illius ab originali centro unitatis dissidii, socialem humanitatis dissolutionem

---

[1] *Walter* l. c. n. 38 in hanc rem scribit: „Kraft der Abstammung aller Menschen von einem einzigen Paare ist das ganze Menschengeschlecht seiner geistigen Natur nach nichts anderes als die in die Vielheit auseinandergezogene Einheit des ersten Menschen, und der erste Mensch nichts anderes als die noch in der Einheit beschlossene Vielheit aller derjenigen, die aus ihm hervorgehen. Alle Menschen zusammen, der vergangenen wie der künftigen Jahrtausende, müssen darum, wie Pascal (Pensées I, 1, p. 95) sich ausdrückt, angesehen werden als ein und derselbe Mensch, der fortwährend in der Entwicklung begriffen ist, gleichsam als ein einziger universaler Mensch. Die ganze Menschheit bildet demnach, als aus *einem* hervorgegangen, einen einzigen grossen Organismus, ein einziges Gesamtwesen.... Dieser eine Körper der Menschheit hat sich zwar in Sprachen und Nationen geschieden. Allein nicht bloss die Thatsache der einheitlichen Abstammung, sondern auch das Gefühl derselben lebt, wenn auch dunkel und unbewusst, in den Nationen fort, und äussert sich in menschheitlichen Regungen, die in steigender Stärke auch zu festen Organisationen hindrängen. Diese Anschauungen und Regungen fallen mit denen des Christenthums zusammen, welches ... die Menschheit nicht bloss als eine physische, sondern auch Gott gegenüber als eine geistige Einheit auffasst, und für diese in der Kirche eine Organisation geschaffen hat, in welcher die Menschheit als Ganzes sich abspiegelt und ihrer bewusst wird."

in fragmenta innumera sibi invicem hostilia non solum re-
tardabat sed positive propagabat. Propterea non est quod mi
apud antiquas gentes quoscumque alienos passim ceu adve
vel hostes odio dignos habitos esse. Hinc bella in il
continua, quae, abiecto omni communis humanitatis ,
alia ex causa suscipiebantur ac gerebantur, quam ut et
crudelitati utrimque satisfieret, victores autem spoliis et vitute
captivorum ditescerent et de numero occisorum gloriarentur. Atque ita, publice ignorato omni vero iure internationali, ad actuales pro tempore definiendas externas relationes gentium, iugiter mutabiles, vario successu cooperabantur singularum egoismus, potentiorum ambitio et dominandi cupiditas, astuta vel perfida avaritia. Tam letali autem et intestino totius humanae societatis malo verum salutare remedium providere nulla humana philosophia valuit.

778. Unicum et essentiale hoc remedium soli Christo Domino, salvatori, acceptum debemus, qui ruptum originale unitatis vinculum resarciendum atque firmius quam umquam ante nectendum suscepit, omnium factus cum Deo reconciliator, frater et rex. Atque ita quidem *prima condicio, eaque naturalis,* ad praedictum finem necessaria, *conscientia originalis unitatis et cognationis,* sub influxu christianae religionis et culturae in genere humano iterum resuscitata et generatim restaurata est. Quo fit, ut universalis organismus socialis *totius humanitatis* secundum *ideam naturae* aliquando realiter exstiturus — saltem *per se et in abstracto* — haud impossibilis appareat.

Ut autem idem etiam *in concreto,* i. e. spectato reali et historico statu naturae humanae, vere possibilis censeri possit, *prima* ista condicio sola non sufficit, sed insuper requiritur *altera,* quam „positive-providentialem" appellavimus.

## § 2. Condicio positive-providentialis.

779. Ignorare etiam philosopho non licet, quod theologia christiana de originali lapsu generis humani et de eiusdem consequenti degeneratione partim physica partim morali docet, et quod ethnographicae investigationes morumque historia omnium populorum mirifice confirmant. Funestam sane inversionem recti naturae ordinis in homine arguit generale factum experientiae, quo constat in humano composito sensitivo-rationali ex naturae lege *regimen individuale* totum quidem menti rationali deberi, revera

autem generatim potius penes partem sensitivam et animales instinctus inveniri, nisi magno et speciali virtutis conatu id impediri contigerit. Haec porro vitiosa dispositio, si non solum in singulis individuis sed in iuncta hominum multitudine consideratur, non potest non multos in ea effectus per se *antisociales* producere. Ubicumque enim sensitivae inclinationes et particularis commodi studia cum studio boni communis obiective collidere videntur, egoismum plerumque socialibus officiis praevalere necesse est, *nisi imperium rationis in homine novo aliquo moralis virtutis robore* firmetur.

Hanc vero naturae socialis ex originali lapsu deficientis medicinam iterum solus Christus salvator generi humano attulit, idque *supernaturali providentia et institutione.* Christus enim, postquam restituta hominum (sub Deo communi patre) fraternitate universalem totius generis socialem communionem iterum remote saltem *possibilem* reddidit, insuper positive eiusdem communionis *realiter efficiendae* certissima *fundamenta* iecit. Talia procul dubio dicenda sunt: solemniter et speciali modo *inculcata lex universalis caritatis,* maxime autem *fundatio Ecclesiae* tamquam corporis socialis perfecti, perennis et universalis seu catholici, catholicitate omnium gentium ac temporum [1]. Accedit, quod membris Ecclesiae simul fons perpetuus aperitur supernaturalium mediorum, quibus moralis insufficientia naturae lapsae ad superandos inordinatos instinctus et ad subeunda cuncta officia socialia abunde compleri possit.

780. Tametsi igitur *originaria et per se naturalis destinatio* generis humani ad constituendam denique universalem societatem per culpam humanam quasi emortua fuerit, ex parte tamen ipsius auctoris naturae et societatis clementer illam resuscitatam novimus simulque provide naturae condicionem ad hunc finem supernaturali incremento auctam. Utinam post tam gratuitam restaurationem naturae socialis, divinitus factam, a populis nomine christiano gloriantibus id, quod per Christum humanae societati accessit, semper digne aestimatum atque in sua integritate conservatum esset! Tum sane arcta internationalis unio populorum, proxime quidem christianorum, spontanea quadam evolutione secuta fuisset. Huius pulchra initia iam media aetate erectum per

[1] De influxu sociali catholicitatis Ecclesiae cf. P. I, n. 429, ubi praeclara quaedam de hac re testimonia, etiam acatholicorum, referuntur, ut *Guizot,* L'église et la société chrétienne ch. 14. *Ed. v. Hartmann,* Phil. des Unbewussten p. 339.

Romanos Pontifices *Imperium Romanum*[1] exhibuit, quo ex eor intentione, sicut universalis Ecclesia in supremo Christi vica ita et tota internationalis familia christiana sub uno supremo peratore unitatem regni Christi in his terris atque omnium gentium in Christo fraternitatem profiteretur. Notum est, qua ratione haec prospere coepta, quae futurum universae humanitatis socialiter unitae salutarem organismum veluti in prophetica imagine referebant, iterum per infelicem hominum temeritatem in suo progressu interrupta atque deinceps saeculari oblivioni ac sterilitati tradita sunt, cum pars populorum, qui hactenus in sinu Ecclesiae catholicae *unam* internationalem familiam constituerant, hanc catholicam unitatem deserens internationali quoque societati ac fraternitati infelix divortium inferret.

Atque ita, ut praeteritis temporibus ita et futuris, divina providentia sua beneficia hominibus aut gentibus *invitis* non simpliciter obtrudere putanda est, sed *libero* hominum usui per-

---

[1] De hoc instituto *Bluntschli*, Allgem. Staatsrecht (1857) vol. I, l. I, c. 2 ita scripsit: „Das romanisch-germanische Mittelalter hat sie (die Idee des Weltstaates) wieder in seiner Weise zu verwirklichen versucht, zuerst in der *fränkischen Monarchie*, dann in dem *römisch-deutschen Kaiserthum*. In bescheideneren Verhältnissen freilich, aber nicht ohne in der Erkenntniss der Wahrheit wichtige Fortschritte gemacht zu haben. Es sollte nicht mehr *ein* übermächtiges absolutes Reich hergestellt werden, welches alle Seiten des gemeinsamen Lebens gleichmässig beherrsche. Der grosse für die Menschheit so folgenreiche Gegensatz von Staat und Kirche war inzwischen durch das Christenthum der Welt offenbar geworden. Der Staat verzichtete darauf, auch die Gewissen durch seine Gesetze zu beherrschen. Er erkannte an, dass es neben ihm auch eine religiöse Gemeinschaft gebe, welche ein eigenes Lebensprincip und ebenfalls einen sichtbaren Körper habe, verschieden von seiner Existenz und wesentlich selbständig. Damit aber war eine Schranke gezogen, welche ihn hinderte, allmächtige Herrschaft zu üben. Er war genöthigt, das religiöse Leben der Leitung der Kirche zu überlassen. . . . Sodann sollte das christliche Weltreich nicht mehr die verschiedenen Völker verschlingen und vernichten, sondern allen Völkern Frieden und Recht gewähren. Der mittelalterliche römische Kaiser galt nicht als absoluter Herr über alle Völker, sondern als *gerechter Schirmer* ihres *Rechts* und ihrer *Freiheit*. Die Kaiseridee, für welche sich ein Staatsmann wie *Friedrich II.* und ein Denker wie *Dante* begeistert hatte, war so gereinigt. Das mittelalterliche Reich umfasste eine grosse Anzahl wesentlich selbständiger Staaten, welche zu einer Gesamtordnung zwar verbunden uud formell dem Kaiser untergeordnet, aber in allen wesentlichen Beziehungen unabhängig waren und für sich lebten nach eigenem Willen. Die Mannigfaltigkeit auch des Volks- und Stammeslebens wurde im Mittelalter mit Vorliebe geschützt und gepflegt. Aber was an sich ein Fortschritt war in der Entwicklung des Weltstaates, führte, weil zu einseitig verfolgt, zu dessen Auflösung."

mittere aut grato animo, si sapiant, acceptanda aut insipienter suo periculo repudianda.

## §. 3. Aliqua consectaria.

**781.** I. Iuris philosophia, quae in considerandis humanae societatis fundamentis vel deismum vel merum naturalismum vel pantheismum profitetur, consequenter in *perfecto humanitatis cultu* in his terris supremum rerum et institutionum humanarum finem agnoscit. Hanc vitae philosophiam, exclusa omni religione positive revelata, ut omnes norunt, illa internationalis societas, quae vulgo Francomurariorum vocatur, omnibus mediis, quae in moderno culturae progressu praesto sunt, iugiter prosequi ex professo sibi proponit. Hi igitur prae ceteris humanae culturae fastigium in universali denique et uno corpore sociali totius *humanitatis* exspectant; hoc autem realiter aliquando assequendi aliam necessariam *condicionem* requiri negant nisi eam, quam *naturalem* diximus. In *sola* enim natura humana, secluso omni supernaturali eius complemento, cunctas vires physicas, intellectuales et morales, quibus humanitas per successivos gradus ad statum idealis perfectionis evolvatur, vel actu vel virtualiter contineri contendunt.

His vero philosophis, ex rationibus supra (n. 779) expositis et propter erroneam, quam profitentur, *realis* naturae humanae aestimationem, denuntiari haud dubie potest, *spretis supernis subsidiis,* quae a *Christo* in humanam societatem manarunt, *omnem spem desideratum illum naturae lapsae triumphum celebrandi fore inanem.*

Neque movere quemquam sincere christianum potest, quod *Bluntschli* huic politicae desperationi opponit. Ad consolandos namque viros politicos a Christi Ecclesia alienos et ad solam idealem „humanitatem" sua studia dirigentes, non veretur recurrere ad quandam condicionis *paritatem,* quam reperiri existimat inter *Ecclesiam* sua destinatione *catholicam* et universalem intentionem *„politicam humanitatis"*; quemadmodum illi, ita et huic spem manere revocandi totum genus ad organicam societatis unitatem[1]. Istam

[1] L. c.: „Erst die spätern Jahrhunderte [illegible] W[illegible] wirklichen sehen. Aber die Sehnsucht nach e[illegible] solchen [illegible] gemeinschaft aller Völker ist schon in der b[illegible] zu Zeit offenbar geworden und die civi[illegible]te [illegible] reits das hohe Ziel fester ins Auge. Es [illegible] Versuche, den Weltstaat zu verwirklichen, [illegible] daraus folgt für den Staat so wenig die [illegible]

condicionis paritatem humanitas *christiana* vel ideo merito negabit, quia utrimque plane impar habetur aedificii socialis *fundamentum*, „lapide angulari" divinitus dato hinc fideliter assumpto, illinc superbe contempto.

782. II. *In sola igitur vitali coniunctione cum Ecclesia Christi*, ad quam „omnes gentes" vocantur, pro universis populis, si sapere velint, non solum condicio, verum et *directa quaedam et efficax praeparatio* agnoscenda est, qùa paulatim hominum et populorum societas in sua organica unitate totius generis uni fideliter referat. Ita namque ad originariam naturae voc ac-cedens insuper, instar supernae confirmationis, per Christum data *societas universalis*, cuius essentialis constitutio est, ut „unum ovile et unus pastor" — non potest non in soci quoque civilibus et externis gentium inter se relationibus i-pliciter suscitare et nutrire sociales motus ad consimilem nec-tendum publicum organismum, quo singulae nationes constit membra unius denique magnae internationalis familiae. Acc t, quod mundus semel nomine et professione christianus eo quod eidem supremae et immobili auctoritati Ecclesiae, Ro o Pontifici religiosa veneratione uniretur, necessario ad b quoque et vitalem corporis socialis unitatem coalesceret[1].

Unde hic merito concludere licet, quod iam alias (P. I, n. 429) asserere non dubitavimus: „Organicam consociationem uni i generis humani, quamquam in natura sociali per se praesign ac postulatam, aut numquam aut solum in et cum Ecclesia Chr catholica aliquando realiter futuram exspectari posse."

## Articulus 3.

*De partiali solutione problematis.*

### § 1. Urgens necessitas.

783. Perfecta solutio idealis problematis gentium, universalis videlicet populorum societas sub communi aliqua dirigente auc-

für die christliche Kirche, welche ebenso die Hoffnung in sich trägt, dereinst die ganze Menschheit zu umfassen, aus der bisherigen Nichterfüllung auf die Unmöglichkeit der Erfüllung geschlossen werden kann. Wie die christliche Kirche den Glauben nicht aufgeben kann, eine allgemeine zu werden, so kann die humane Politik das Streben nicht aufgeben, die ganze Menschheit zu organisiren."

[1] Cf. quae in hanc rem verissime observat *Cathrein*, Moralphilosophie II, 649 (ed. 3, p. 713 sq.).

toritate organice constituenda, utrum aliquando, gravibus praesentibus obstaculis superatis, realis futura sit, secundum dicta humanam scientiam latet. Quominus autem *versus* hunc finem, interim idealem, varii *reales progressus* hoc imprimis aevo obtineri possint, non modo nulla insuperabilia impedimenta obstare videntur, verum et momenta quaedam mirifice faventia sub adventum novi saeculi annuntiantur. Et vero quoniam eiusmodi progressus iuris internationalis liberas consentientium populorum pactiones supponunt, satis per se liquet illos nulla re potentius ac certius promoveri, quam si penes omnes de illorum actuali *utilitate* aut etiam urgente *necessitate communis* vigeat sensus. Idque inter diversas etiam huius temporis nationes tum saltem contingere posse intellegitur, cum de communi aliquo materialis potissimum prosperitatis periculo avertendo agitur, quamquam ceteroquin aestimatione bonorum idealium, ut confessione publica religionis, plurimum inter se divergant.

Sunt autem revera hoc tempore quaedam publica damna et pericula cunctis fere nationibus communia, quibus efficaciter occurri nonnisi communi internationali consilio et fideli cooperatione potest. Et haec quidem gravia modernae societatis mala, quorum remedia per decursum huius tractatus occasione data iam identidem insinuavimus, ad hoc demum *principale* merito reducuntur, quod nomine *militarismi* comprehenditur, et quod Leo XIII, in sua „ad principes populosque universos" 20 Iunii 1894 data „Epistola apostolica" non sine magno animi dolore et paterna sollicitudine his verbis denuntiat:

„Ante oculos habemus Europae tempora. Multos iam annos plus specie in pace vivitur, quam re. Insidentibus suspicionibus mutuis, singulae fere gentes pergunt certatim instruere sese apparatu bellico. Improvida adolescentium aetas procul parentum consilio magisterioque in pericula truditur vitae militaris: validissima pubes ab agrorum cultura, a studiis optimis, a mercaturis, ab artificiis ad arma traducitur. Hinc exhausta magnis sumptibus aeraria, attritae civitatum opes, afflicta fortuna privatorum: iamque ea, quae nunc est, veluti procincta pax diutius ferri non potest. Civilis hominum coniunctionis talemne esse natura statum?"

Est igitur haec ipsa „procincta pax", quae iam „diutius ferri non potest", unde populis eorumque ducibus necessitas quaerendi remedii internationalis in dies magis urgens oritur. Et populi quidem europaei, vix non omnes sub ferreo isto pacis iugo fa-

tiscentes, iam diu unanimes desiderarunt solutionis denique qualiscumque beneficium, maxime autem ope sincerae pacificae unionis inter potentissimas cultas nationes, qua pax internationalis secura non mutua bellici apparatus iactantia, sed *publica fidei sanctitate* constaret, restituto veri nominis *iure internationali.* A compluribus sane decenniis verbo et scripto innumerae et gravissimae voces passim audiebantur, quae, ex intimis populorum praecordiis prolatae, communem hunc nobilissimum eorum sensum manifestant. Huc imprimis pertinet recentiore tempore late propagata ac fere internationalis „societas amicorum pacis" seu virorum, qui influxu suo sociali et politico studiosoque conatu hunc communem finem publice promovendum sibi proponunt: *e moderna societate quamprimum bella bellique timores eliminandi.* Ad hoc etiam solemniores interdum internationales conventus modo in hac modo in alia Europae civitate instituere solent, quos „Weltfriedens-Congresse" vulgo appellant. In iis quae a singulis ad illum finem opportuna media excogitata fuerint, communi examini ac deliberationi subiiciuntur, quae autem a conventu ipso sunt probata et acceptata, qua talia typis eduntur et per organa publica „opinioni publicae" commendantur.

**784.** Longe difficilius ad haec usque tempora communis ista populorum persuasio de intolerabili iugo pacis iugiter „procinctae" ipsa publica populorum gubernia penetravit. Nec mirum sane: quoniam ii potissimum, qui populis cum suprema potestate ex officio praesunt, prae omnibus aliis illa infelicia vincula politica participent necesse est, quae, ut deplorat Leo XIII, ab *„insidentibus suspicionibus mutuis"* proveniunt, et singulas gentes quodammodo invitas compellunt, ut „pergant certatim instruere sese apparatu bellico".

Eo igitur magis laudandum eoque maioris meriti aestimandum est magnanimum consilium, quo potentissimus Russiae imperator, Nicolaus, ad finem vergente saeculo (Sept. 1898) primus statuit illi malo communi, *iugiter crescenti militarismo,* publicum quaerere remedium aut certe moderamen immediate necessarium. Et si quidem res agitur iuris internationalis, ad investigandos et conferendos opportunos modos adimplendi consilii universae humanitati tam salutaris, idem princeps potestates publicas omnium cultarum gentium necnon ipsum Romanum Pontificem, caput orbis christiani catholici, sollicita cum benevolentia

invitare voluit. Quam invitationem a cunctis invitatis cum gratae ac promptae voluntatis significatione exceptam esse constat.

Hinc vero aliud concludere interim nolumus, quam revera communi consensu et populorum et regentium principum *actualem necessitatem* agnosci iugiter crescenti internationali calamitati, quam pax ad bellum semper procincta imponit, absque longiore mora internationalem aliquam medelam providendi.

Verum a communiter agnita necessitate *finis* usque ad communem consensum de *medio* determinate eligendo ac deinceps fideli et constanti cooperatione practice adhibendo, in consilio gentium, ut historia testatur, haud mediocris distantia intercedere solet. Id sane eo magis timendum, quo minus diversae gentes unitate religionis moraliter coniunguntur, aut quo diutius inter se politicae aemulationi, historico dissidio vel nationali alienationi indulgere consueverunt. Quapropter spes publica recenter excitata, quamquam realiter bene fundata, cum patientia tamen etiamnunc socianda videtur.

## § 2. Consilia, quae a philosophia christiana in hoc negotio suggeruntur.

**785.** Philosophia christiana, si de recte instituendo et informando iure internationali interrogatur, in suis responsis *primario* quidem ea omnia postulata comprehendet, quae iuris internationalis relationibus secundum eius ideam *absolute* conveniunt eiusque perfectionem obiective constituunt. *Secundario* autem ad ea etiam consideranda et proponenda descendet, quae propter adiuncta illi perfectioni adversa et pro tempore insuperabilia, *relative* tantum conveniunt, sed eo ipso in concreto *practice* commendantur.

### A. Primario consulitur.

**786.** Secundum *priorem* respectum quid philosophia christiana ad praeparandum statum iuris internationalis simpliciter rectum ante omnia exigere debeat, satis colligi potest ex iis, quae supra (n. 777—780) explicata sunt. In *communi* namque *christiana* conscientia cultarum nationum, earumque arcta coniunctione in *unam christianarum gentium familiam sub uno supremo spirituali capite,* Christi vicario, ius internationale non solum suam naturalem ac providentialem perfectionem in sua forma exprimeret, verum et mala internationalia, quorum nunc remedia quaerimus, aut penitus nesciret aut oriri coepta facile sanaret.

Id ipsum Leo XIII pro munere suo apostolico in Epistola supra (n. 783) citata „principibus populisque universis“ item publice inculcatum voluit, dicens: *„Restitutis . . . ad fidei u[illegible] [illegible]tem imperiis et civitatibus mirum quam efficax medicina malor[illegible] et quanta bonorum copia manaret.“* — Deinde horum praecip[illegible] attingens pergit: „Pertinet primum ad dignitatem et munera Eccl[illegible]e, quae quidem receptura esset honoris gradum debitum atque i[illegible] suum et invidia vacuum et libertate munitum pergeret, administra evangelicae veritatis et gratiae; idque singulari cum salute civitatum. Ea enim cum magistra sit et dux hominum generi a Deo data, conferre operam potest praecipue accommodatam maximis temporum conversionibus in commune bonum temperandis, caussis vel impeditissimis opportune dirimendis, recto iustoque, quae firmissima sunt fundamenta reipublicae, provehendo. — Praeclara deinde coniunctionis inter nationes accessio fieret, desideranda maxime hoc tempore, ad taetra bellorum discrimina praecavenda.“ — Facta hic mentione communis calamitatis, quae ex pace gentium propter mutuas suspiciones iugiter armata oritur, haec subdit: „Atqui hinc evadere et pacem veri nominis adipisci, nisi Iesu Christi beneficio, non possumus. Etenim ad ambitionem, ad appetentiam alieni, ad aemulationem cohibendam, quae sunt maximae bellorum faces, christiana virtute imprimisque iustitia, nihil est aptius: cuius ipsius virtutis munere tum iura gentium et religiones foederum integra esse possunt, tum germanitatis vincula firmiter permanere, eo persuaso: ‚Iustitia elevat gentem‘. Prov. 14, 34.“ — Immo praeter haec firmandae pacis internationalis fundamenta ex eadem illa felicissima unione populorum Leo XIII nihil dubitat mundo futuram abundantiam omnis generis bonorum socialium promittere: „Fingi vix animo potest, quantus ubique gentium repente foret ad omnem excellentiam prosperitatemque cursus, constituta tranquillitate et otio, incitatis ad incrementa litteris, conditis insuper auctisque christiano more, secundum praescripta Nostra, agricolarum, opificum, industriorum consociationibus, quarum ope et vorax reprimatur usura, et utilium laborum campus dilatetur. Quorum vis beneficiorum, humanarum atque excultarum gentium nequaquam circumscripta finibus, longe lateque velut abundantissimus amnis deflueret. . . . Quantum valet mortalis ratio ex rerum eventis existimare, hoc plane videtur Europae munus assignatum a Deo, ut christianam [illegible]entium humanitatem ad omnes terras sensim perferat. . . . Omnes

igitur pari studio demus operam, ut concordia vetus, communis boni caussa, restituatur. Eiusmodi reconciliandae concordiae, pariterque beneficiis christianae sapientiae late propagandis, opportuna maxime fluunt tempora, propterea quod humanae fraternitatis sensa numquam altius in animos pervasere, neque ulla aetate visus homo sui similes, noscendi opitulandique caussa, studiosius inquirere. Immensos terrarum marisque tractus celeritate incredibili currus et navigia transvehuntur; quae sane egregios usus afferunt, non ad commercia tantummodo curiositatemque ingeniosorum, sed etiam ad Verbum Dei ab ortu solis ad occasum late disseminandum. — Non sumus nescii, quam diuturni laboriosique negotii sit rerum ordo, quem restitutum optamus; nec fortasse deerunt, qui Nos arbitrentur nimiae indulgere spei, atque optanda magis quam exspectanda quaerere. Sed Nos quidem spem omnem ac plane fiduciam collocamus in humani generis Servatore Iesu Christo, probe memores, quae olim et quanta per stultitiam Crucis et praedicationis eius patrata sint, huius mundi obstupescente et confusa sapientia. — Principes vero et rectores civitatum nominatim rogamus, velint pro civili prudentia sua et fideli populorum cura consilia Nostra ex veritate aestimare, velint auctoritate et gratia fovere. . . . Extrema saeculi superioris fessam cladibus trepidamque perturbationibus Europam reliquere. Haec, quae ad exitum properat aetas, quidni, versa vice, humano generi heriditate transmittat auspicia concordiae cum spe maximorum bonorum, quae unitate fidei christianae continentur? — Adsit optatis votisque Nostris dives in misericordia Deus, cuius in potestate tempora sunt et momenta, benignissimeque implere maturet divinum illud Iesu Christi promissum: Fiet unum ovile et unus pastor. Ioan. 10, 16."

### B. Secundario consulitur.

787. Longe faustissima iuris internationalis condicio procul dubio ex restituta *perfecta unitate* ovilis christiani efflorescerent; quae propterea a Leone XIII non solum qua supremo pastore huius ovilis, verum etiam qua sincero amico omnium populorum eorumque omnimodae felicitatis studiosissimo, tam ardenter desideratur. At vero antequam saeculorum forte decursu Deo providente tam beata rerum conversio illucescat, necesse est interim permanenti *imperfecto rerum statui* sociales institutiones et actiones ita accommodare, ut *practice*, quantum fieri potest, illius incommoda compensentur. Porro ad compensandam aliquatenus praecipuam

illam stabilis pacis internationalis condicionem, quae ex unitate christianae communionis gentium emergeret, *triplex fere procidentiae socialis modus* proponitur, per se gradu perfectionis dispar atque ita variae temporum capacitati accommodatus.

788. I. Modus in se praestantissimus et practice obvius etiamnunc ille dicendus est, quem iam *Leibnizius*, etsi non catholicus, tamquam optatissimum politicum progressum rectoribus populorum commendavit notissimis illis verbis: „*Si auream aetatem reducere cupimus, ad dirimendas lites principum aliquod tribunal erigendum et huic praeficiendus est papa, utpote qui olim revera iudex inter christianas potestates exstitit.*“ [1] Probe nimirum Leibnizius intellexit, quantum damnum politicum et sociale nationibus christianis dissidium religionis et separatio a centro catholicae unitatis intulerit. Propterea necessarium esse duxit, ut in eius aliqualem compensationem *centrum saltem politicae unionis* quantum fieri posset tamquam *stabilis institutio* restituatur. Haec idea, hic finis internationalis cum idea illius „tribunalis“ manifeste coniungitur. Verum idem tribunal, ut cum stabili et universali efficacia morali inter nationes arbitri munere fungi queat, secundum opinionem Leibnizii illa morali auctoritate historice stabilita, qua eminentior et universalior in his terris non invenitur, *auctoritate Romani Pontificis*, practice carere nullatenus potest. Quod si hic vir sua iam aetate hanc ducere conclusionem non dubitavit, quid, si Pontificatum Pii IX et Leonis XIII eorumque moralem influxum in orbem universum videre et ad suos fines computare potuisset?

Et revera eadem idea Leibnizii recentiore tempore longe validius et efficacius patrocinium nacta est. Occasione enim Concilii Vaticani frequentissima corona principum ecclesiasticorum Pio IX Pontifici supplicem libellum dedit, quo instantissime rogarunt, ut inter cetera cum Concilio tractanda supremus doctrinae christianae magister et custos quaestionem etiam de *christiano iure internationali* proponere dignaretur, quo deinceps *praecipua et gravissima huius iuris principia* cunctis gentibus christianis servanda definiri et vi supremi magisterii enuntiari queant. Simul

[1] „Will man das goldene Zeitalter zurückführen, so muss man zur Schlichtung der Streitigkeiten unter den Fürsten ein Tribunal errichten und den Papst zum Vorsitzenden desselben machen, wie er denn in Wahrheit einst der Richter unter den christlichen Potentaten gewesen ist“ (Oeuvres V, 65). Cf. P. I, p. 351, nota. — Huc pertinet etiam Articulus in „Civiltà Catt.“ 1899, quaderno 1168: „La Russia et l'arbitrato della Santa Sede per la Pace.“

autem ut a Sede Apostolica viae praeparentur ad *erigendum supremum internationale tribunal* petierunt, cuius publica stabilis institutio eatenus etiam vere internationalem indolem prae se ferret, quod ex iuris-consultis e singulis nationibus delectis componendum esset. Tali deinceps collegio, praeside et dirigente Pontifice Maximo, publicum politico-morale officium incumbere volebant, clara et integra semper in mutuo nationum commercio signandi ac sustentandi principia iustitiae. „Viros graves rerumque publicarum peritos ... persuasum habere, inquiunt, necessariam esse omnino declarationem, qua authentice promulgentur eae iuris canonici partes, quae ad iura gentium et belli naturam spectant, illaque omnia respiciunt, unde vel officii vel sceleris rationem bellum obtineat. Cum hoc facto instaurata, ut ita dicam, fuerit moralis hominum conscientia, tunc amota videbimus pericula nobis iamiam imminentia, quod quidem per mundanam prudentiam rationesque politicas haudquaqam sperare fas est.“ [1] Accessit in eandem rem simile fere „postulatum Synodi patriarchalis Armenorum“ sollicite per quaedam proposita doctrinae capita praeparatum [2].

Eo quoque pertinet supplex libellus a nonnullis Angliae catholicis subscriptus et iam Septembri 1867 Romam missus, quo a S. Sede et Concilio pari instantia petitur, ut vel condatur vel restauretur ius commune gentium, Romaeque instituatur supremum arbitrorum iudicium [3].

Immo ad easdam ideas eademque studia latius eo tempore in societate propaganda nobilis animi protestans, Anglus *David Urquhart* miro studio et constantia suam operam contulit. Mentis suae propositum non solum anglice, ut in periodico „Diplomatic Review“ (anno 1869), sed et elucubrationibus gallice conscriptis acriter propugnavit. Neque religiosae confessionis diversitas eum impedivit, quominus unum e suis opusculis („Appel d'un protestant au Pape pour le rétablissement du droit publique des nations. Paris 1869) simul cum supplici epistola, plena reverentiae ac fiduciae, ad Pium IX, Pontificem Maximum mitteret; affirmans nullam aliam praeterquam Ecclesiae catholicae reperiri auctoritatem, quae recto codici iuris gentium inter homines restituendo par esse possit. Ad hoc praeclarum munus vocari futurum concilium oecumenicum [4].

[1] Acta et decreta SS. Concilii Vaticani (Collect. Lac. t. VII) p. 861 sq.: „Postulata de re militari et bello.“

[2] Ibid. p. 862 sq. [3] Ibid. p. 1307.

[4] Collect. Lac. l. c. p. 1309 sq. Epistola haec concomitans, quae data est

789. II. Alter modus, qui proponitur, eo tantum a priore hactenus exposito differt, quod similiter quidem stabile aliquod *internationale tribunal arbitrorum* deposcit, *omisso autem omni influxu directe ecclesiastico vel pontificio* sive in eius institutionem sive directionem. Qua in propositione, ut satis per se apparet, neque historicae neque politicae experientiae, sed solius notissimae opinionis moderni „liberalismi" ratio habetur. Eatenus igitur ea indolem politicam vel antichristianam vel de religione indifferentem „moderni status publici" repraesentat.

„Internationale arbitrorum tribunal" (internationales Schiedsgericht), secundum generalissimam hanc formam intellectum, a tribus iam decenniis in cunctis publicis conventibus „amicorum pacis", sive nationalibus et regionalibus, sive internationalibus (internationale Friedenscongresse, Weltfriedenscongresse) quotannis solemniter celebratis, praecipuum semper obiectum universalis desiderii atque solemnis enuntiatae resolutionis fuit [1].

Idem recentius omni studio urgetur per *„unionem interparlamentarem"* quam vocant, membris scilicet permultis variorum Europae „parlamentorum" in hunc finem coniunctis, quae pariter singulis annis alicubi conveniunt. Fructus haud contemnendus huius societatis merito agnosci potest *Memorandum* exhibens *schema organice constituendi permanentis internationalis tribunalis arbitrorum,* in Bruxellensi „congressu interparlamentari" anno 1895 adoptatum et supremis nationum guberniis dedicatum. In eo simul omnes particulares condiciones expenduntur, quae ad talem in-

---

„Montreux Helvetiorum prima die A. D. 1869", hisce supplicibus verbis terminatur: „Miseris, qui mala a se ipsis illata nec tolerare nec sanare possunt, in auxilium venias — per dignitatem regiam, per antiquum titulum tuum, per praeteriti memoriam, per urbem sedem imperii quam incolis, per linguam ipsam, qua uteris — oro" (David Urquhart).

[1] De ortu et progressu istius motus socialis fere universalis specialior aliqua relatio habetur apud *Cathrein* l. c. II (ed. 3) p. 714. Sic i. a.: „Das internationale Friedensbureau veröffentlichte vor kurzem eine Liste der zahlreichen Friedensgesellschaften, welche sich die Verhinderung des Krieges, insbesondere durch internationale Schiedsgerichte zum Zwecke setzen. Danach existiren in Amerika 45, in Europa 40 derartige Friedensgesellschaften. Aus dem Schosse dieser Gesellschaften sind die „internationalen Friedenscongresse" hervorgegangen. Der erste internationale Friedenscongress tagte zu Paris im Jahre 1889. Seither hat jährlich ein solcher Friedenscongress stattgefunden. Derjenige von Bern im Jahre 1891 schuf ein permanentes internationales Friedensbureau, das den Verkehr unter den verschiedenen Gesellschaften vermittelt und das Bindeglied von einem Congress zum andern bildet etc."

stitutionem practice stabiliendam tam materialiter quam formaliter necessariae videntur[1].

**790.** III. Sunt denique, quibus praesentis temporis adiuncta, si in concreto considerantur, ad fundandam *stabilem* eiusmodi internationalis iudicii auctoritatem nondum sat matura esse videntur. Unde ad illum finem *paulatim* et quasi per modum spontaneae evolutionis politicae realiter demum consequendum ab aliquo potius eius gradu minus perfecto et minus arduo incipiendum esse existimant. Itaque *proxime* aliud non requiri sentiunt, nisi ut, quantum fieri potest, communi omnium cultarum gentium consensu *lex internationalis* statuatur, qua singulis nationibus *stricta obligatio* incumbat, omnes graviores forte cum altera natione obortas controversias, quas mutua actione pacifice componere nequeunt, ad unum vel plures arbitros utrimque *libere* designatos deferendi, quorum sententiam dein ratam habere teneantur. Et talis quidem internationalis institutio hac aetate eo facilior apparet, quod eius practicum exercitium iam nunc frequenter a partibus litigantibus belli vitandi causa ultro assumitur, plaudentibus cunctis amatoribus pacis et collaudante universali „opinione publica". Propterea etiam speratur *legem* illam internationalem, cunctis gentibus ex *pacta obligatione* reverendam, generatim *sufficiente sanctione* fore munitam *solo intuitu eiusdem „opinionis publicae"*, quae in tali causa generatim iudicium christianae et cultae humanitatis propugnatura putatur.

**791. Scholium.** Sane, quamdiu tot populi, origine et nomine christiani, nihilominus a communi sinu universalis Ecclesiae christianae dissident, ad pacem internationalem conservandam eiusmodi formae unionis politicae, etsi per se minus perfectae et efficaces, interim tamen spernendae non sunt. Immo sperandum fore, ut per illas paulatim via ad perfectius praeparetur. Quis enim sibi persuadeat gentes bellorum periculo tamdiu fatigatas et securam denique pacem sincere quaerentes, in perpetuum fore immemores *specialis illius missionis pacis*, quam Christi Ecclesia et Sancta Sedes suapte natura et divinae providentiae ordine in mundo sibi demandatum habent? — Eam vero vel in ipsa solemni *„internationali conferentia"*, quae *„pacis"* inscribitur, *studiose ignorari* (!) non solum religio populorum, verum et illustria historiae facta vetant.

Haud ambigue hoc insinuant verba Leonis XIII, quibus 11 April. 1899 solemni allocutioni cardinalium respondens inter alia internationalem

[1] „Essai sur l'organisation de l'arbitrage international. Mémoire aux Puissances par le chevalier Descamps, sénateur de Belgique, président de l'union interparlamentaire" (Bruxelles 1896). De eadem re cf. *Cathrein* l. c. p. 715.

„conferentiam pacis", tunc proxime (18 Maii) Haagae futuram, commemoravit atque ea de re *sua universalis pastoris sensa* aperuit. Agnito primum ac laudibus ornato sublimi consilio Nicolai II, imperatoris Russiae, cuius auspiciis tam grande opus susceptum sit, simul ex rerum natura ostendit huius felicem successum nemini in hoc mundo *ex officio proprio* magis cordi esse posse, quam illius in terris vicario, cui nomen aeternum est *Princeps pacis:* „Voglia il cielo", ita supremus pastor subdit, „che questo primo passo conduca sino all'esperimento di comporre i litigi delle nazioni col mezzo di forze puramente morali et persuasive. Che potrebbe desiderare e volere più caldamente la Chiesa, madre delle genti, nemica naturale della violenza e del sangue. . . . Lo spirito della Chiesa è spirito di umanità, di dolcezza, di concordia, di carità universale: e la sua missione, non altrimenti che quella di Cristo, è pacifica e pacificatrice per sua natura, perchè ha per oggetto la riconciliazione dell'uomo con Dio. Indi l'efficacia del potere religioso a recare in atto la pace vera fra gli uomini, è, non soltanto nel dominio della coscienza, come fa tuttogiorno, ma eziandio negli ordini pubblici e sociali, in ragione della libertà concedutagli di far sentire l'azione sua; azione, che ogni qual volta intervenne direttamente nei gran negozii del mondo, non fu mai senza costrutto di qualche pubblico bene. Basta rammentare quante volte venne fatto ai romani Pastori di far cessare oppressioni, ovviare a guerre, ottener tregue, accordi, trattati di pace. E chi li mosse fu la coscienza di un ministero altissimo, fu l'impulso di una spirituale paternità, che affratella e salva. Guai alla civiltà dei popoli, se non fosse accorsa in certi frangenti l'autorità papale a infrenare gli istinti disumani del prepotere e della conquista, rivendicando di diritto e di fatto la supremazia naturale della religione sulla forza! Parlino i nomi indissolubilmente congiunti di Alessandro III e Legnano, del Santo Ghislieri e di Lepanto. — Siffatta è l'intrinseca virtù del potere religioso. Contraddizioni e pressure potranno qua e là intralciarne gli effetti, ma in sè ella vive immutabile e indefettibile di modo che, qualunque sia la fortuna dei tempi, seguirà serenamente il suo corso la Chiesa di Dio, beneficando sempre. Sua mira è il cielo, ma la sua azione abbraccia cielo e terra, perchè furono unite in Cristo tutte le cose, e quelle che sono in cielo, e quelle che sono in terra. Impromettersi dunque prosperità schietta e durevole dal pretto umanesimo, sarebbe vana lusinga: il medesimo che regresso e rovina sarebbe tentar di sottrarre la civile cultura all' alito del cristianesimo, che le diede vita e forma, e che solo può conservarla in solidità di essere e ubertà di frutti." [1]

[1] Civiltà cattolica (1899) Ser. XVII, VI, 355.

# Index rerum et personarum alphabeticus.

Numeri IX—XXX referuntur ad paginas Prooemii generalis; numeri *arabici* denotant *numeros textus* (non paginarum); numerus romanus II illis praefixus designat *alteram partem* seu Ius speciale.

## A.


**Abnegatio** sui II 38.
**Abrogatio** 300.
**Academiae** scientiarum et artium II 680.
**Accessio** II 197 sq.
**Acta** internationalis congressus Bruxellensis 1874 II 765.
**Actio** salutis publicae 301; II 465. Vide actus.
**Activitas** vitalis organismi publici, v. Functiones publicae auctoritatis.
**Actor** in iudicio II 586.
**Actus** (actio) *naturalis* 1—5. 8. 21 ad 23. 31; — hominis 38; — *humanus* s. moralis 8. 12. 21—139; — eius indifferentia 192—194; — eius imputabilitas 195—200; *socialis* 360.
**Administratio** 382.
**Adoratio** II 15.
**Advocatus** II 586.
**Aequiprobabilismus** 316.
**Aequivocatio** II 59. 60. 62.
**Aesthetica** 47.
**Aestimatio** sui II 30.
**Agraria** crisis II 775.
**Ahrens**, H. 57. 241. 545; II 309.
**Alembert**, Jean d' 157.
**Alexander VIII.** 258. 316.
**Alphonsus**, S. 322; II 526.
**Ambrosius**, S. II 179.
**Amor** Dei II 15; — sui 29; — proximi 49. 50; — inimici 51.
**Analphabetae** II 675.
**Anarchismus** II 139.
**Anima** separata 73.
**Annexio** alienae ditionis II 511—514.
**Antoine**, Ch., S. J. II 129.
**Appetitus** rationalis seu voluntas: actualis 37, potentialis 37.
**Apprehensio** et expansio 15.
**Arbiter** pacis II 584; — privatus 584; — internationalis 745. 788 sqq.
**Arbitrium** liberum 107. V. Voluntas.
**Arcanum** 59.
**Aristocratia** II 437; — eius commoda et incommoda 479.
**Aristoteles** XVI. 8. 49. 53. 66. 93. 150. 159. 331. 373. 398. 417. 422; II 40. 42. 55. 101. 103. 112. 119. 130. 131. 164. 192. 299. 366. 388. 412. 431. 449. 560.
**Ars** II 679. 680.
**Assecuratio** II 257.
**Associatio** II 261; — anonyma (Actiengesellschaft) 263.
**At**, P. XXVI.
**Athei** 245.
**Auctoritas** *humana* 378; — *socialis* 385; — *politica*, eius natura II 380. 381. 382. 383. 384. 385, eius origo II 386. 387. 388. 389. 391; — *domestica* II 126.
**Audisio**, G. II 139. 529. 532.
**Augias**, C. XXV.
**Augustinus**, S. 49. 61. 238. 241. 262. 279. 283. 294. 428; II 5. 26. 42. 57. 119. 369.
**Autochiria** II 39. 40. 42.
**Autonomia** rationis 253—256.
**Axiomata** propaedeutica 8—34.
**Ayala**, B. II 684.


## B.


**Baco de Verulam** XXIII.
**Bader**, Fr. 545.
**Bailey** 166.
**Bain** 166.
**Bakúnin** II 139. 146.
